Quamuis In ſcripturis ſanctis quaſi in ſpeculo limpidiſſimo perſecutiones eccleſie dei fuerint verbis prophericis multis varijſqꝫ modis promulgate. Nihilominus a Dauid Jeremia ⁊ Joāne euangeliſta clarius ſunt deſcripte. Unde Dauid prophetarum Eximius raptus in ſpiritu vidit lucem illam inacceſſibilem quam inhabitat deus. Ibiqꝫ a ſplendore tante maieſtatis repercuſſus intellexit in illo raptu omnes perſecutiones eccleſie chriſti futuras. Ex quo totus tremefactus expauit. Cum enim eſſet Dauid natura manſuetiſſimus vidēs amaritudines ſponſe eterni regis. tantus fuit ei admiratōis pauor vt a gemitibus ⁊ lachrimis contineri nō potuerit. Ideo in perſona eccleſie exclamans dixit. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc iſrael. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea ⁊ enim non potuerunt mihi. Super quo textu nota q̄ Dauid reiterat li aduerbium ſepe. ad maioreꝫ expreſſionem eius q̄d dicit. eo q̄d eccleſia dei non ſolū ſepe ſed ſepius. imo ſepiſſime tribulata ac expugnata fuit. vt dicemus in ſequentibus. Et cum ſubiungitur a iuuentute mea. ſubaudi. In ſtatu meo primitiuo. q: eccleſia in principio. ſ. a tempore paſſionis chriſti vſqꝫ ad tempora beati Silueſtri in quo quidem ſeculi ſpacio floruerunt ſancti martires acerrimas perſecutiones paſſa eſt. Nam tunc quaſi infinita hominum multitudo zelo fidei catholice domino ieſu chriſto per martiriuꝫ conſecrata fuit. Tanto enim odio tunc temporis perſequebatur eccleſia vt chriſtiani quaſi greges ouium ducerentur ad mortem ⁊ ſuper altaria velut oues occidebantur. Nam capti epiſcopi interfecti preſbiteri ⁊ diuerſorum officia clericorum ſubuerſa. dirupte eccleſie. ad altaria chriſti ſtabulati equi ⁊ martirum effoſſe ſunt reliquie. Heu quot virgines. quot matrōe. quot ingenua nobiliaqꝫ x̄pianoꝝ corpora dilaniata atqꝫ omni ludibrio expoſita. Ubiqꝫ luctꝰ vbiqꝫ gemitus: ſingultus: lachrime: ⁊ plurima mortis imago. Cōtinue eniꝫ x̄pianoꝝ ſanguis effundebat̄ adeo vt multe fluuioꝝ aque hūano cruore imutari potuiſſent. Et ideo x̄piana religio tota ſcōꝝ meritis ac ſanguine martirū tanq̄ꝫ lapidibꝰ viuis ⁊ p̄cioſis ornata. ſplēdet virtutibꝰ. ⁊ micat exēplis.

Dauid Jeremias ⁊ Joānes viderūt perſecutiones eccleſie.

Non ſepe ſed ſepiſſime tribulata fuit eccleſia.

Chriſtiana religio eſt ſanguine martirū ornata.

Qualiter eccl'ia expugnata fuit a iuuẽtute.

Uel dicit̃ eccleſia expugnari a iuuẽtute. q2 ſicut iuuentus eſt etas florida ſic pariter eccleſia in cunctis pſecutionibus ſuis ſemper floret meritis. Uel a iuuẽtute dicit̃ expugnari q2 ipſa nunq̃ antiquat̃ nec ſceneſcat. Ut ergo dar et̃ intelligi ſoliditas ac ſtabilitas eccleſie dei dicit̃ a iuuẽtute expugnari. q2 dum perſequit̃ floret. dum opprimitur quieſcit. dum cõtemnit̃ pficit. dum ledit̃ vincit. dum arguit̃ intelligit. ⁊ breuiter tunc ſtat cum ſuperari videt̃. Cum ãt ſubiungit̃. ⁊ etiam nõ potuerunt mihi. explana ſic. In veritate nõ potuerunt mihi fidem ⁊ caritatẽ. ceter aſq3 virtutes auferre.

Jeremias vidit pſecutiones eccleſie.

Conſequẽter Jeremias tactus a ſpiritu pphetico vidit eccleſiã xpi oppreſſam amaritudine atq3 inter anguſtias ⁊ acerrimas pſecutiones laborantẽ. Ideo zelo cõpaſſionis cõmotus lamentationes plurimas lugubri affectu explicauit dicẽs. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: Facta eſt quaſi vidua domina gentiũ non eſt qui conſolet̃ eam ex omnibus caris eius. Omnes perſecutores eius apprehẽderunt eam inter anguſtias. ⁊ reliqua que ſeqũt̃. Sup quo

Jeronimus.

textu nota ſm Jeronimũ. q̃ iuxta hiſtoriã Jeremias deplorat ruinam peruerſi populi ⁊ ſubuerſionẽ perfide ciuitatis. que ſemper cõtraria domino ſuo ſentiebat ⁊ p̄ceptis ſuis aduerſabat̃ ingrata beneficiox dei. Unde in manu hoſtiũ tradita deuaſtata eſt. ita vt que prius diuerſis gẽtibus ⁊ puincijs imperabat. poſtmodũ dura ſeruitute premeretur. Nec ſolũmodo lamentationes Jeremie ad ſenſum litteralẽ ſuper vrbis Je

Jeronimus.

ruſalem vaſtatione ⁊ iudaici populi captiuitate. ſed vt ait Jeronimus ẽt ſuper Joſie regis occaſum cõſcripte ſunt. Unde in .ij. lib. Paralipomenon. c°. xxxv. dicit̃ ſic. Mortuus eſt rex Joſias ⁊ ſepultus in mauſoleo patrũ ſuox. ⁊ vniuerſus Juda ⁊ Jeruſalẽ luxerunt eũ. Jeremias maxime cuius oẽs cantores atq3 cãtatrices vſq3 in preſentem

Lamentationẽs Jeremie fcẽ ſũt pp̄ter Joſiam.

diem lamẽtationes ſuper Joſiam replicãt ⁊ quaſi lex obtinuit in iſrael. Et idcirco quãuis Jeremias in hoc loco iuxta hiſtoriã loquat̃ ſuper vaſtatione ieruſalem ⁊ peruerſi populi atq3 ſuper Joſie occaſum. tamẽ ſm alegoriã a ppheta decentius nunc deſolatio eccleſie q̃3 tunc ruina ciuitatis ieruſalẽ lamentat̃. Nam quondã eccleſia plena erat numeroſitate virtutũ. nũc vero flãmis libidinũ ac vitiox reſperſa omni ſolatio videt̃ deſtituta: Ut libeat iterũ cum Jeremia dicere. Facti ſunt hoſtes eius in capite inimici eius locupletati ſunt. q2 dominus locutus eſt ſup eã3 pp̄ter multitudinẽ iniquitatũ eius. Et iter. Omnes qui glorificabãt eã ſpreuerũt illam q2 viderũt ignominiã eius.



Joãnes euãgeliſta vidit i ſpũ tribulatõnes eccleſie.

Demum Joãnes euangeliſta in Apocalipſi qui liber eſt totus pphetieus. in quo quot ſunt verba tot ſunt ſacramẽta ⁊ i verbis ſingulis multiplices latent intelligẽtie vt ait Jeronimus. Ibi enim deſcribunt̃ omnes perſecutiones future in eccleſia a tẽpore apoſtolox vſq3 ad finem mundi vt fideles contra ipſas patientie clipeo arment̃. Ideo vt de omnibus clariorẽ3 habeas intelligentiã lege pulcram explanationẽ ſuper Apocalipſim magiſtri Raymũdi Martini ordinis predicatorum. ⁊ magiſtri Nicholai de lira ordinis minox ⁊ aliox qui litteralẽ expoſitionẽ ſecuntur. ⁊ precipue. a. iiij. c. vſq3 ad ſeptimũ in quibus ſtatus eccleſie deſcribit̃ ſub ſimilitudine celi. Nam Joãnes dicit celum ſibi fuiſſe apertũ. ibi autẽ per celum eccleſia ſignificat̃. eo modo quo accipit̃. Math. v. c°. vbi veritas ait. Qui ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis ⁊ docuerit ſic homines minimus vocabit̃ in regno celox. Ibi eni3 accipit̃ celum p eccleſia militãte in cuius medio eſt poſita ſedes romane eccleſie que

Joãnes euãgeliſta in raptu vidit totũ decurſum eccleſie.

eſt caput omniũ eccleſiax. ¶ Nota ergo q̃ beatus Joãnes in ſua Apocalipſi dũ eſſet in illo raptu ſub quibuſdam imaginibus in vna die. ſ. in die dominica vt dicitur. j. c. vidit totũ decurſum eccleſie a principio vſq3 in finẽ quo ad perſecutiones: tribulationes: ⁊ varietates. Iſtas ãt viſiones imaginarias trib9 modis principaliter deſcripſit. Primo ſub ſeptem ſigillis. Scdo ſub ſeptẽ tubis. Tertio ſub ſepte3 phialis de qbus

omnibus plenariam habuit intelligentiã.ſed illa non expreſſit. Interpoſuit tamen ali
qua vt daret via ad intelligendũ reliqua.vnde in.j.c°.dicit. Septem candelabra au-
rea ſeptem eccleſie ſunt. Et iterũ.ſeptez angeli.i.eſt Epiſcopi eaꝝ vt dicit Nicholaus
de lira. ¶ Primus ergo ſtatus eccleſie deſcribit in.v.⁊.vj.c°.ſub apertione ſeptem ſi Primus ſtatus eccle deſcribit.
gilloꝝ ſecretoꝝ. In quibus ſignificabant ſeptem precipue perſecutiones ſanctoꝝ mar
tirum quas paſſura erat eccleſia ante Conſtantinum imperatorem. ¶ Secundus ſta
tus eccleſie deſcribit Apoc.viij.c°.ſub clangore ſeptem tubaꝝ que fuerunt ſeptem he Scđs ſtat° eccle
reſes potiſſime in eccleſia dei poſt Conſtãtinũ.quaꝝ vltima fuit heresis Machome
ti que ꝓprie dicit ſentina omniũ hereſum qꝛ ipſa amplectit omnes hereſes ⁊ depraua
uit tam vetus ꝙ̃ nouum teſtamentũ. ¶ Tertius ſtatus eccleſie deſcribit ſub ſeptem
phialis que ſignificãt ſeptez plagas nouiſſimas vt ipſemet Joãnes exponit.quas paſ- Terti° ſtat° eccle
ſura eſt eccleſia a beſtia Machumet qui cõuenienter Apoc.xiij.c°.deſignat ſub noie
beſtie que aſcẽdebat de terra ꝓpter vitã ſuã voluptuoſam ⁊ terrenalẽ.hec tractant.c.
xv.⁊.xvj. ¶ Sed ſcire debes ꝙ beatiſſimus euãgeliſta Joãnes ſignãter hos tres ſta-
tus eccleſie deſcribit in numero ſeptenario.qꝛ p hunc numerũ vniuerſitas tpalitatis ſi



gnificat eo ꝙ ſeptẽ diebus omne tẽpus vite preſentis cõprehendit. Hinc Grego.in.j.
lib.mora.c.xj.ait. Quid in ſeptenario numero niſi ſumma pfectionis accipit? Et iteꝝ. Gregorius.
Certiſſime ſcimus ꝙ ſeptenariũ numerũ ſcriptura ſacra ꝓ pfectione ponere cõſueuit.
Etiã Gregorius in.xxxv.lib.mora.c.vj.ita inquit. Septenarius numerus apud ſapiẽ
tes huius ſeculi quadã ſua habet ratione pfectus qꝛ ex primo pari ⁊ ex primo impari Gregorius.
ꝯſumit.primus enim impar trinarius eſt.⁊ primus par quaternarius ex quibus duo
bus ſeptenarius conſtat.qui eiſdẽ partibus ſuis multiplicatus in duodenariũ ſurgit.
hec Gregorius. Per iſta ergo tria ſeptenaria pſecutionũ que deſcripta ſunt a beato
Joãne intelligunt ſimpliciter omnes pſecutiones eccleſie quas paſſura erat a princi-
pio vſꝗ in finẽ. Nam frequẽter in ſcripturis ſacris ponit numerus determinatus ꝓ
indeterminato. Sic pariter omnes pſecutiones eccleſie de quib° in hoc tractatu age
re intẽdimus.ad iſta tria genera reducunt. Taceo cetera que clarius patẽt in explana
tione litterali ſup librũ Apoc. ¶ Nemini ergo debet mirũ videri ſi eccleſia xp̄i tot pa
titur aduerſa que tot ꝓphetaꝝ oraculis fuit pdicata. O vere ſtupendũ negociũ ⁊ om-
ni admiratiõe plenũ.a cunabulis eccleſie ait Jero.nõ defuit iniquitas p̄mens ⁊ iuſti
cia patiẽs. Adhuc xp̄s in cunabulis erat ⁊ iã cogebat fugere:exulare:⁊ ſeuitiã Hero- Jeronimus.
dis timere. Que fuga ſiue pegrinatio dñi ieſu cũ matre innoxia.omnes pſecutiões ſi-
gnificabat que cõtra eccleſiã erãt mouẽde vt dicũt doctores catholici. Hinc venerabi
lis Beda in omelia ſup illo euãgelio. Math.ij.c. Defuncto Herode: Ecce angelus Beda.
dñi apparuit in ſomnis Joſeph.ita ingt. Quod occiſis ꝓ dño pueris. Herodes nõ lõ



ge poſt obijt ⁊ Joſeph monẽte angelo dñm ieſuz cũ matre ſua ad terrã iſrael reduxit.
ſignificat oẽs perſecutiones que ꝯtra eccleſiã erãt mouẽde.ipſoꝝ pſecutoꝝ morte vin
dicãdas.eis deniꝗ mulctatis pſecutorib° pacẽ eccleſie denuo reddendã.⁊ ſanctos q
latuerãt ad ſua loca fuiſſe reuerſuros.hec Beda. Et pariter Criſoſtom° ſup Math.
dicit ſic. Poſt ſtelle glorioſum indiciũ.xp̄s magos in pſidẽ remittit ⁊ ipſe cũ matre in
egiptũ fugit.vt diſcamus ab ipſis vite principijs ad tẽptatiões ⁊ inſidias p̄parari.ſciẽ Criſoſtomus.
tes tribulatiões maximas inſeparabiles comites eſſe virtutũ. Nam vt ſtatim ort° eſt
xp̄s ſtatim in eũ ſeuit tirãnus.mater inoxia in regiõe barbaroꝝ fugat. Magi tãꝙ̃ rei
clam fugiũt. Sed miſericors deus meſtis rebus.quedã ẽt iocũda pmiſcet.qđ certe in
oĩbus ſanctis facit.quos nec tribulatiões nec iocũditates ꝯtinuas habere pmittit.hec
Criſoſtomus. Etiã deuotiſſimus doctor Anſelm° in lib.q dr ſpeculũ euãgelici ſermo
nis.alias ſtimulus amoris.c.iiij.loquẽs de fuga xp̄i in egiptũ.ſic ait. Sed ⁊ tenella tua Anſelmus.

xp̄e inſantia a perſecutoꝝ gladijs tuta nō fuit. Adhuc enim inter dulcia matris vbera
fugiēs depēdebas qñ apparuit angelus dñi in ſomnis Joſeph. dicēs. Surge ⁊ accipe
puerū ⁊ matrē eius. ⁊ fuge in egiptū ⁊ eſto ibi vſqꝫ duꝫ dicā tibi. futurū eſt eniꝫ vt He
rodes querat puerū ad perdendū eū. Jam ex tūc bone ieſu pati cepiſti. Non ſolum āt
illaꝫ infantie tue vexationē in te ipſo ꝑtuliſti. ſed ⁊ mortē in puſillis tuis. quoꝝ multa
milia inter mamillas matrū ꝓ te Herodis trucidauit imanitas. hec Anſelmus. Et id-
circo ſicut xp̄s qui eſt princeps ⁊ caput eccleſie nunqꝫ in hoc mūdo proſperari voluit.
ſed ab vtero matris vſqꝫ ad ſupplitiū crucis cōtinue aduerſa ⁊ incōmoda multa paſ-
ſus eſt. Sic pariter decētiſſimū fuit. ⁊ ipſe ſic voluit. vt ſponſa ſua a principio vſqꝫ in fi
nem ſeculi ꝑſecutionibus ⁊ aduerſis laborādo creſceret. Hinc Augu. in. xviij. lib. de ci
Auguſtinus. uitate dei. c. xlj. in fine eiuſdē capituli ſic ait. Nō ſolū a tp̄e corporalis p̄ſentie xp̄i ⁊ apo
ſtoloꝝ ei⁹. ſed ab ipſo Abel quē primū iuſtū impius frater occidit. ⁊ deinceps vſqꝫ ad
huius ſeculi finē inter ꝑſecutiones mūdi ⁊ ꝯſolationes dei ꝑegrinādo ꝓcurrit eccl'ia.
hec Augu. Qua ſentētia aperte daꝛ intelligi ꝙ eccleſia dꝛ inchoaſſe in Abel iuſto ⁊ du
rabit vſqꝫ ad vltimū electū q naſciturus eſt in fine mūdi. ¶ Sed qō aīum pulſat. qua
Queſtio. re potius in Abel qꝫ in Adā diciꝛ eccleſia inchoaſſe. Pro reſpōſione ſcias ꝙ Adā ⁊ ſi
primo inocens ⁊ plenus gratia fuerit ⁊ poſt lapſuꝫ de peccato penituerit vt inqꝛ Aug.
Reſponſio. de pe. di. j. Sicut primi. tñ qꝛ ꝓpter inobedientiā eius. infectū fuit totū genus huma
num originali peccato. nō videꝛ principiū eccleſie ꝯuenire ſibi. Ne eccleſia videaꝛ ini-
tium habuiſſe a peccatore. Et ideo decētiſſimū fuit vt in Abel principiū ſumeret. qui
fuit ſanctus: iuſtus: ⁊ inocens. Tum qꝛ Abel ꝑſecutionē ⁊ mortē a fratre ſuo iniuſte ſu
ſtinuit. Jn quo figuraliter dabaꝛ intelligi ꝙ eccleſia ⁊ collectio bonoꝝ a fratribus ſuis
ꝑſecutiones: anguſtias: ⁊ tribulatiōes paſſura erat. Hinc Gregorius ait. Abel quippe
Gregorius. renuit eſſe quē Caym malitia nō exercet. Et ꝓpterea diuus Jeronimus in explana-
tione ſup Abacuch ꝓphetā. vbi ꝑtractat illud. j. c°. Jmpius p̄ualet aduerſus iuſtū. ita
Jeronimus. inqꝛ. Non debemus ſup hac rex iniquitate turbari. vidētes ⁊ in principio mūdi ab im
pio Caym interfectū Abel iuſtū. Et poſtea exulāte Jacob regnare in domo patris
Eſau. Et Egiptij luto ⁊ latere affligūt filios iſrael. Et dñs ꝯtra quē nūc querella diri
giꝛ. crucifigiꝛ a iudeis. ⁊ Barrabā latro eligiꝛ. Dies me deficiet ſi voluero enumera
re quomodo in iſto ſeculo impijs p̄ualētibus opprimanꝛ iuſti. hec Jero. Licet ergo a
principio naſcētis eccleſie vſqꝫ nūc qꝫ plures ꝑſecutiones cōtra fideles inſurrexerint.
tamen maiores inſurgent circa finem mundi tempore Antichriſti. vt dicemus.

De prima Perſecutiōe eccleſie dei. facta ſub diuerſis principibus romanis. ſub quibus qꝫ plures atqꝫ acerrime in chriſtianos computantur perſecutiones.

Ad pleniorem Jntelligentiam eorum que di
cenda ſunt. ſcire oportet ꝙ illa
tam grādis ꝑſecutio eccleſie ſacta ſub principibus romanis
cōtinet multas ꝑſecutiones diuerſoꝝ principum romanoꝝ
que preuiſe fuerūt ⁊ deſcripte anteqꝫ eſſent in effectu. a bea
to Joāne euangeliſta ſub apꝛtione ſeptē ſigilloꝝ vt dictū eſt.
que ſigilla nil aliud videnꝛ ſignificare niſi dei volūtatem ſe-
cretam qui claudit ⁊ aperit ſua iudicia ſm̄ beneplacitum
ſapientie ſue. Jſte autem perſecutiones romanoꝝ principū

in numero ſeptenario deſcribunt̃ q̃uis plures fuerint. q: hic numerus in ſcripturis ſanctis eſt p̃ceteris multipliciter cõſecratus ⁊ eſt numerus vniuerſitatis. ideo per ſeptenariũ vniuerſitas intelligit̃ vt dictuꝫ eſt. Nõnulli vero doctores catholici iſtas perſecutiones quas per principes romanos paſſa eſt eccleſia ad denariũ numerũ reducere conant̃. Unde Paulus Oroſius in. vij. lib. cronice ſue per pulcre ⁊ ingenioſe illas decem plagas quibus Pharao ⁊ egiptij flagellati ſunt vt habet̃ in li. Exodi. a. vij. c°. vſq͡ ad. xij. oſtendit fuiſſe factas in figuram decem perſecutionũ quas eccleſia chriſti paſſura erat. a tpe Neronis vſq͡ ad tpa Maximiani. qui trigeſimuſtertius cuꝫ Diocletiano imperauit ab Auguſto. Ideo Oroſius refferens ſingula ſingulis ꝓpoſitum ſuum ꝓbare conatur. dicens. Quod ſicut ſinagoga iudeorum ſubdita fuit egiptijs. ſic eccleſia chriſtianorum ſubdita fuit romanis. Et ſicut egiptij perſecuti ſunt hebreos. ſic romani perſecuti ſunt chriſtianos. Et ſicut illic decẽ contradictiões aduerſus Moyſen ſic decem edicta aduerſus chriſtum. Iterum illic decem plage egiptiorum ſic decem calamitates chriſtianorum. Deinde Oroſius affirmat vndecimam plagam futuram que erit tempore Antichriſti. poſtq͡ꝫ eccleſia de ſeruitute mundi ⁊ diaboli plene erit liberata. ſicut fuit liberatus populus iſrael de egiptiaca ſeruitute per vndecimam plagam quando Pharao cum exercitu ſuo in mari rubro ſubmerſus eſt. vt habetur Exodi. xiiij. c°.. ¶ Sed Auguſtinus qui fuit ingenio acutiſſimus ⁊ ſenſu profundiſſimus diligentius conſiderans hunc modum dicendi Pauli Oroſij ⁊ aliorum qui euꝫ ſecuntur non approbat. ſed multopotius eum impugnare videtur. vnde in. xviij. lib. de ciuitate dei. c°. lij. ita inquit. Plagas enim egiptiorum quoniam decem fuerunt. anteq͡ꝫ inde exire inciperet populus dei. quidaꝫ putant ad hunc intellectum eſſe refferendas vt nouiſſima Antichriſti perſecutio ſimilis videatur vndecime plage qua egiptij dum hoſtiliter perſequerentur hebreos in mari rubro populo dei per ſiccum trãſeunte perierunt. Sed ego illa re geſta in egipto. iſtas perſecutiones prophetice ſignificatas eſſe non arbitror: q̃uis ab eis qui hoc putant exquiſite ⁊ ingenioſe illa ſingula his ſingulis cõparata videant̃. non ꝓphetico ſpiritu. ſed coniectura mẽtis humane. qua aliquãdo ad verũ ꝑuenit̃ aliquãdo fallit̃. Et poſtq͡ꝫ Auguſtinus plura diſeruit impugnando dictã poſitionẽ. quaſi in fine capituli. ita ſubiungit. Hec atq͡ꝫ huiuſmodi mihi cogitanti nõ videt̃ eſſe diffiniẽdus numerus ꝑſecutionũ quibus exerceri oportet eccleſiam. ſed rurſus affirmare aliquas futuras a regibus ꝑſecutiones p̃ter illã nouiſſimã. de qua nullus ambigit xpianus: nõ minoris eſt temeritatis. hec Aug. Nota q͠ iſta perſecutio romanoꝝ principũ iam dudũ deſcripta fuit a Daniele ꝓpheta. vij. c. ſub ſimilitudine Leene ꝓpter ſeuitiã ⁊ crudelitatẽ. Sed videamus per ordinẽ. ſm Paulum Oroſiũ ⁊ Euſebiũ ⁊ alios eccleſiaſticos ſcriptores. iſtas decẽ perſecutiones ab imperatoribus romanis factas contra eccleſiã chriſti. quas etiã Auguſtinus vbi ſupra cõmemorat ſed non approbat vt clarius patebit in ſequentibus..

Paul° Oroſi°.

Oroſius.

Oroſius.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Prima Igitur perſecutio contra chriſtianã religioneꝫ ſub principibus romanis cõputatur facta a Nerone Ceſare qui quintus ab Auguſto imperauit. Sed q: Nero fuit princeps ac magiſter ſcelerũ famoſiſſimus. ideo velle nephariam ⁊ impura eius flagitia deſcribere longũ eſſet nimis. ac noſtro operi incõueniens. q: ꝑfecto vincit officiũ lingue tantoꝝ ſcelerũ magnitudo. ideo illa contẽnimus. eo maxime cum a multis ſcriptoribus elegãtiori ſtilo fuerint deſcripta. Unde Euſebius eccleſie Ceſarieñſis epũs qui greco ſermõe multa p̃clara volumina edidit. in cronica ſua de tpibus reffert de Nerone: Quod ipſe Agrippinã matrẽ ſuaꝫ. ⁊ Octauiã vxorẽ ꝓpriã Sororem quoq͡ꝫ patris ſui ⁊ q͡ꝫ plurimos ciues ⁊ inſignes viros interfecit. Sed ⁊ magnam partẽ romane vrbis incendit vt ſimilitudinẽ ardentis Troye inſpiceret. Tante

Nero primus ꝑſecutor eccleſie.

Euſebius Ceſarienſis.

Paul⁹ Oroſi⁹. etiam luxurie fuit vt frigidis ⁊ calidis lauaretur vnguētis. Et Paulus Oroſius beati Auguſtini quondam auditor vir tam in diuinis ſcripturis q̄ꝫ ſecularibus litteris crudiuſſimus in.vij.lib.cronice ſue de Nerone ita inquit. Nero ab Auguſto quintus principatum adeptus eſt manſitꝫ in eo annis non plenis.xiiij.libidinibus tantis exagitatus eſt vt ne a matre quidem vel ſorore vel vlla conſanguinitatis reuerentia abſtinuiſſe refferatur. Uide ibi quot ⁊ quāta ſcelera ⁊ flagitia de eodem ſcribit Oroſius.

Boetius. Boetius quoqꝫ in.ij.lib.de conſolatione metro.vj.quattuor Neronianas exprimit crudelitates. Et in.iij.lib.proſa.v.ſic ait. Nero Senecam familiarem preceptorē ſuuꝫ

Euſebius. ad eligende mortis coegit arbitrium. Sed vt inquit Euſebius. Nero ſuper omnia ſcelera ſua etiam primus perſecutionem in chriſtianos fecit in qua Petrus ⁊ Paulus glorioſe rome occubuerūt. In hiſtoria quoqꝫ eccleſiaſtica lib.ij.c.xxiiij.xxv.xxvj.multa

Idem. de ſeuitia Neronis refferuntur ⁊ qualiter ipſe primus ex imperatoribus romanis atrociſſimam in chriſtianos ſeuitiam exercuit.vt videres repletas humanis corporibus ciuitates.iacentes mortuos ſimul cum paruulis ſenes:feminarūqꝫ abſqꝫ vlla ſe-

Paul⁹ Oroſi⁹. xus reuerentia nudata in publico reiectaqꝫ ſtarent cadauera. ❡ Iterum Oroſius in vij.libro de eodem ſic ait. Crudelitatis autem rabie ita efferatus eſt vt plurimam ſenatus partem interfecerit. Equeſtrem ordineꝫ pene deſtituerit.ſed ne patricidijs quidem abſtinuit. Matrem:fratrem:ſororem:vxorem:ceteroſqꝫ cognatos ⁊ ꝓpinquos ſine heſitatione proſtrauit. Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in deum. Nam primus rome chriſtianos ſupplitijs ⁊ mortibus affecit ac per omnes prouincias pari perſecutione excruciari imperauit.ipſumqꝫ nomen extirpare conat⁹ beatiſſimos chriſti apoſtolos. Petrum cruce. Paulum gladio occidit. Tanta quippe

Jeronimus. fuit rabies illius perſecutionis in chriſtianos vt teſte Jeronimo in explanatione ſuper Danielem.xj.c⁹. Multi noſtrorum putarent ob ſeuitie ⁊ turpitudinis magni

Paul⁹ Oroſi⁹ tudinem Neronem Antichriſtum fore. Demum Oroſius loquens de qualitate mortis eiuſdem ita ſubiungit. Nero poſtq̄ꝫ Galbam in hiſpania imperatorem creatum ab exercitu cognouit totus animo ac ſpe concidit. Cumqꝫ incredibilia perturbande imo ſubruende reipublice mala moliretur hoſtis a ſenatu ꝓnunciatus ignominioſiſſime fugiens ad quartum ab vrbe lapidem ſeſe interfecit.atqꝫ in eo omnis Ceſarum familia conſumpta eſt.hec Oroſius. Uixit autem Nero annis.xxxij.



Domitianus ſecūdus pſecutor eccleſie.

Secunda Perſecutio eccleſie ſub principibus romanis computatur facta a Domitiano qui nonus ab Auguſto imperauit. De quo Euſebius Ceſarienſis in cronica ſua de temporibus dicit.q᷑ Primus Domitianus dominum ſe ⁊ deum appellari iuſſit. Tanta quippe fuit elatus iactantia ac ſuperbia vt aureas ⁊ argenteas ſtatuas ſibi in capitolio poni iuſſerit quibus.ſe deum coli vel-

Domitian⁹ quaſi deus coli voluit. let. Sub iſto Principe Joannes euangeliſta poſtq̄ꝫ poſitus eſt in dolium olei feruentis a quo illeſus exiuit in pathmos inſulam relegatus Apocalipſim ſcripſit quam Hireneus interpretatur. Hic Domitianus exquiri ⁊ occidi iuſſit eos qui erant de genere Dauid quaſi timens ne adhuc futurus eſſet ex ſemine eius.qui regnum poſſet adipiſci vt Euſebius ⁊ Oroſius teſtantur. Hic quoqꝫ ſecundus poſt Neronem perſecutionem acerrimam fieri iuſſit cum vtiqꝫ pater ſuus Ueſpaſianus nihil prorſus chri-

Euſebius. Oroſius. ſtianis irrogauerit iniurie vt dicitur in hiſtoria eccleſiaſtica libro.iij.c⁹.xvj. Et pariter Euſebius in cronica ſua de temporibus idem aſſerit. Etiam Oroſius in.vij.libro de eodem.ita inquit. Domitianus Titi frater ab Auguſto.fratri ſucceſſit in regnum qui per annos quindecim ad hoc paulatim per omnes ſcelerum gradus creuit. vt confirmatiſſimam toto orbe chriſti eccleſiam datis vbiqꝫ crudeliſſime perſecutionis edictis conuellere auderet. Is in tantam ſuperbiam prolapſus fuit.vt dominuꝫ ac deum ſeſe

vocari iuſſerit. Nobiliſſimos e ſenatu inuidie ſimul ac pꝛede cauſa. alios palam inter ſecit. alios in exilium truſit. ibiqꝫ imperauit trucidari. libidinis intemperantia quicquid cogitari poteſt fecit. hec Oꝛoſius. Tandem Domitianus crudeliter a ſuis in palatio interfectus eſt: Cuius cadauer ignominioſiſſime ſepultum eſt: vt Oꝛoſius ⁊ Euſebius teſtantur. Vixit autem Domitianus annis. xlv.

Domitian⁹ occiditur.

Tertia Perſecutio eccleſie ſub pꝛincipibus romanis computatur facta ſub Trayano imperatoꝛe qui vndecimus ab Auguſto romane reipublice gubernacula Nerua tradente ſuſcepit. Hec perſecutio fuit acerrima. vnde in Eccleſiaſtica hiſtoꝛia libꝛo. iij. c°. xxxj. dicitur. ꝙ pondere ſuo vrgebat eccleſiam. q̄ immenſe caterue martirum quottidie iugulabantur. Eſt autem conſiderandum ſecundum Paulum Oꝛoſium in. vij. libꝛo cronice ſue ꝙ Adrianus inſecutus eſt chriſtianos erroꝛe deceptus. Et pꝛopterea Tertulianus vir doctiſſimus ac vehementis ingenij qui rethoꝛicam apud Carthaginem multis annis glorioſe docuit. Hic teſte Euſebio in ſuo Apologetico reffert. Quod cum Plinius ſecundus quandam pꝛouinciam regeret ⁊ in magiſtratu ſuo plurimos chriſtianoꝛum interfeciſſet multitudine occiſoꝛuꝫ perterritus queſiuit a Trayano. quid facto opus eſſet dicens ei. ꝙ pꝛeter obſtinationem animo ſacrificandi. ⁊ ante lucanos cetus ad canendum cuidam chriſto deo. nihil apud eos reperiri. Et pꝛopterea ad confederandam diſciplinam vetari ab ijs homicidia: furta: adulteria: latrocinia: ⁊ hijs ſimilia. Ad iſta cōmotus Trayanus reſcripſit. Hoc genus quidem chriſtianoꝛum inquirendos non eſſe. oblatos vero puniri opoꝛtere. Hic nota ſecundum Oꝛoſium ꝙ Plinius ſecundus inter ceteros iudices perſecutoꝛ chriſtianoꝛum datus erat. cuius relatu Trayanus admonitus illico leuioribus reſcriptis temperauit edictum. Vide latius ſuper his in. iij. libꝛo Eccleſiaſtice hiſtoꝛie. c°. xxxj. Iſte Trayanus fuit optimus Auguſtoꝛum vir ſumme clementie ⁊ iuſticie qui vixit annis. lxiij. menſibus nouem. diebus quattuoꝛ. imperauit autem annis. xviij. menſibus ſex. demum pꝛofluuio ventris extinctus eſt.

Trayanus fuit tertius pſecutoꝛ eccleſie.

Euſebius.

Paul⁹ Oꝛoſi⁹.

Tertulianus.

Paul⁹ Oꝛoſi⁹.

Laus Trayani.

Quarta Perſecutio eccleſie dei ſub pꝛincipibus romanis computatur facta ſub Marcho Anthonio vero qui decimuſquartus ab Auguſto imperium cum Aurelio Cōmodo fratre ſuſcepit manſitqꝫ in eo annis. xiiij. Nota hic ſecundum Paulum Oꝛoſium in. vij. libꝛo hiſtoꝛie ſue ꝙ poſtq̄ꝫ iſte Marchus Antonius Verus Seleuciam aſſirie vrbem cum quadringentis milibus hominum cepit ⁊ cum fratre de victoꝛia contra Parthos mirabiliter triumphauit. non multo poſt frater eius caſu moꝛbi quem apoplexiam greci vocant ſuffocatus interijt. Quo defuncto Marchus Anthonius ſolus reipublice pꝛefuit. ⁊ tunc perſecutiones chriſtianorum quarta iam vice poſt Neronem in Aſia ⁊ in Gallia graues valde pꝛecepto eius extiterunt multiqꝫ ſanctoꝛum martirio coꝛonati ſunt. Iſte Anthonius Verus in multis comendatur. Nam victoꝛioſiſſimus in pꝛelijs ſemper fuit ⁊ difficilem fratris naturam ⁊ vitia eius pꝛudentiſſime tollerauit qui ſecum regnauit annis. xj. Fuit pariter a Frontone oꝛatoꝛe inſigni latinis litteris eruditus. ⁊ in philoſophia peritiſſimus extitit. modeſtia: benignitate: ac optimis moꝛibus oꝛnatus. Etiam vir tante conſtantie erat. vt nunq̄ꝫ ſiue ex leticia ſiue ex triſticia vultum mutauerit. In hoc autem maxime deliquit ꝙ quartam perſecutionem vtiqꝫ acerrimam chriſtianis inferri iuſſit. in qua innumerabiles vtriuſqꝫ ſexus martirio coꝛonati ſunt. Unde in pꝛincipio quinti libꝛi. eccleſiaſtice hiſtoꝛie dicitur ꝙ illo tempoꝛe per multas romani oꝛbis pꝛouincias perſecutiones aduerſum chriſtianos duriſſime concitate ſunt. ita vt multa milia martirum per loca ſingula fierent. Omnes enim fremebant aduerſum chriſtianos atqꝫ inſanabili odio furere ceperunt. Tunc completum fuit illud q̄d a domino dictum eſt. q̄

Marchus Antoni⁹ ver⁹ quartus pſecutoꝛ eccleſie.

Oꝛoſius.

Marchus Antonius ver⁹ erat optimis moꝛib⁹ oꝛnatus.

Hiſtoꝛia Eccleſiaſtica.

veniet tempus in quo omnis qui occiderit vos putet ſe obſequium offerre deo. Tandem poſtq̃ Anthonius verus annis.xviij.imperauit in Pānonia conſtitutus repentino morbo interijt anno vite ſue.lxj.

Seuer⁹ fuit quintus pſecutor eccleſie.

Quinta Perſecutio in chriſtianos ſub principibus romanis ſuſcitata fuit a Seuero qui.xvij.ab Auguſto imperauit.Hic natura ſeuus vir fortis ⁊ terribilis tam ſenatui q̃ populo fuit.De quo Oroſius in.vij.libro.ita inquit.Seuerus quinta poſt Neronem perſecutione:chriſtianos excruciauit.plurimiq; ſanctorum per diuerſas prouincias martirio coronati ſunt.Et ſicut in hiſtoria eccleſiaſtica.libro.vj.c°.ij.dicitur.Eo tempore inter martires Leonides Origenis pater pro martirio chriſti capite plexus eſt.⁊ tenere adhuc etatis Origenem puerum dereliquit.Accenſo igitur perſecutionis incendio.⁊ multis ea tempeſtate martirio coronatis in tantum ardorem capeſcendi martirij puerulus Origenes exarſerat vt spontis ſe periculis ingereret.Et alijs in certamine poſitis preceps in medios rueret.ita vt inſectari ipſam mortem ⁊ rapere velle videretur.Quam ⁊ adipiſci omnimodis potuiſſet niſi ꝙ diſpenſatione domini ad vtilitatem multorum putatur pro totius eccleſie edificatione ſeruatus.per ſollicitudinem matris que glorioſe mortis eius deſideria impediuit.Vide ibi multa notabilia tam de Origene q̃ de ſeueritate huius perſecutionis. in qua multa milia martirum per orbem domino ieſu chriſto conſecrata ſunt.Seuerus tandem in Britania morbo interijt.Anno vite ſue.lxxxix.poſtq̃ annis.xviij. imperauit.

Hiſtoria eccleſiaſtica.

Origenes adhuc puer ꝓ xp̄o mori cupiebat.

Maximianus fuit ſextus pſecutor eccleſie.

Sexta Perſecutio contra chriſtianos ſub principibus romanis facta computatur ſub Maximiano.qui vigeſimuſſecundus ab Auguſto arripuit imperium.De hac perſecutione Paulus Oroſius in.vij.libro ita inquit.Maximinus vigeſimuſſecundus ab Auguſto nulla ſenatus voluntate imperator ab exercitu poſtq̃ bellum in Germania proſpere geſſerat creatus.perſecutionem in chriſtianos ſextus a Nerone exercuit.Sed cōtinuo hoc eſt tertio quo regnabat anno a Pupieno Aquileie interfectus.⁊ perſecutionis ⁊ vite finem fecit. Nota ſm Euſebium in cronicis ſua de temporibus.Et Oroſium vbi ſupra.ꝙ hec perſecutio magis in clericos doctores ⁊ eccleſiarum ſacerdotes facta fuit.Vide latius in hiſtoria eccleſiaſtica libro.vj. c.xx.⁊.xxj.Hic Maximinus qui ⁊ Maximianus.natus de regiōe Tracie tam ex patre q̃ ex matre Barbarus.fuit quidem magnus corpore ⁊ Gigas fortiſſimus.ſed ferus:aſper:ſuperbus:⁊ crudeliſſimus.

Euſebius.

Idem.

Decius fuit ſeptimus perſecutor eccleſie.

Septima Perſecutio ſub principibus romanis facta eſt iuſſu Decij qui vigeſimuſquintus ab Auguſto imperauit.Hec perſecutio fuit acerbiſſima vltra q̃ dici poſſit affligens eccleſiam.Nam infra triginta dies decemſeptem milia promiſcui ſexus leguntur martirio coronati.Ideo in hiſtoria eccleſiaſtica libro.vj.c°.xxxj.dicitur.Quod eo tempore tanta aduerſum chriſtianos ferebatur immanitas vt ſecundum ꝙ predictum eſt.a domino ſi fieri poſſet ſcādalizarentur etiam electi.Nam perſecutores tunc temporis nil aliud q̃ chriſtianorum ſanguinem ſitiebant.in hac tempeſtate Fabianus ⁊ Laurentius rome martirio coronantur.De hac perſecutione loquitur Oroſius in.vij.lib.ſic dicens.Decius ciuilis belli incentor ⁊ reppreſſor occiſis Philipis.xxv.ab Auguſto inuaſit imperium tenuitq; annis tribus.idē continuo in quo ſe etiam ob hoc Philipos interfeciſſe docuit ad perſequendos interficiendoſq; chriſtianos ſeptimus poſt Neronem feralia diſperſit edicta.plurimoſq; ſanctorum ad coronas chriſti de ſuis cruciatibus miſit.hec Oroſius. Nota hic cum dicit Oroſius Decium occidiſſe Philippos.intellige Philippum predeceſſorē ſuū quī fuit primus imperator chriſtianus qui filium ſuū Philippum conſortem regni

Paul⁹ Oroſi⁹.

Paul⁹ Oroſi⁹.

feccrat. Hi ergo Philippi.ſ.pater ⁊ filius tumultu militari ⁊ fraude Decij interfecti ſunt quibus occiſis Decius inuaſit imperiū. Et qⁱ hic Decius fuit ſeuiſſimus tirānus qui ſibi arripuit imperiū occiſis Philippis chriſtianis. ideo ſicut egit in eos ſic pariter iuſto dei iudicio factū eſt ei. Nam vt Euſebius de tēporibus ⁊ Paulus Oroſius ſcribunt. Ipſe Decius ſimul cum filio ſuo in medio Barbaroꝝ ſinu interfectus eſt.

Octaua Perſecutio ſub Valeriano cōputatꝛ qui cum Galieno filio ſuo vigeſimuſſeptimus ab Auguſto ſuſcepit principatū. Hic Valerianus vt dicitꝛ in hiſtoria eccleſiaſtica.lib.vij.c.ix. In principio benignus ⁊ humanus fuit erga famulos dei ita vt illis benignioꝛ videretꝛ. Sed depꝛauatus eſt ⁊ a veritate deiectꝰ per quendā doctoꝛem peſſimum: magiſtrū ⁊ pꝛincipem Egiptioꝝ magoꝝ. vt iuſtos ⁊ ſanctos viros perſequi ⁊ interimi iuberet. tanq̄ qui aduerſarentꝛ magicis artibꝰ quibus ſe ipſe ſubdiderat. Etiam Paulus Oroſius in.vij.lib.cronice ſue de eodem ita inqͭt. Valerianus ſiquidem mox vt arripuit imperiū octaua ſane rome perſecutione adigi per toꝛmenta chriſtianos ad ydolatriā abnegāteſq̄ interfici iuſſit fuſo per oēm romani regni latitudinē ſanctoꝝ ſanguine. hec Oroſius. Nota ꝙ iſte Valerianꝰ prius bellicoſus ⁊ in cunctis victoꝛioſus. poſtq̄ chriſtianos perſequi cepit ſtatim a Sapoꝛe rege perſaꝝ capitꝛ apud quem miſerabili ſeruitute cōſenuit. ſuſtinens ſemper in tergo regem non quidē manu ſua ſed doꝛſo cum aſcēderet equum. vt Euſebius ⁊ Oroſius refferūt. Et idcirco Galienus filius tam claro dei iudicio territus tanq̄ miſero collega permotus exemplo pacem eccleſijs trepida ſatiſfactiōe reſtituit vt inquit Oroſius. Vixit autem Valerianus annis.lxx. poſtq̄ annis ſex imperauit.

Valerianꝰ fuit octauus pſecutoꝛ eccleſie.
Hiſtoria Eccleſiaſtica.
Paulꝰ Oroſiꝰ.
Euſebiꝰ ⁊ Oroſius.

Nona Perſecutio ſub Aureliano facta eſt. qui vigeſimuſnonus ab Auguſto recepit imperium. De quo Paulus Oroſius in.vij.lib.ſic ait. Aurelianus. vigeſimuſnonus imperiū adeptus qnq̄ annis ⁊ ſex mēſibus tenuit. vir induſtria militari excellētiſſimus. Expeditione in danubiū ſuſcepta Gothos magnis ꝓlijs ſtrauit. ditionēq̄ romanā antiquis terminis ſtatuit. Hic vt ait Euſebius de tēpoꝛibus tēplum ſolis edificauit ⁊ romā muris firmioꝛibus cinxit. Fuit autē a pꝛincipio clemens ⁊ miſericoꝛs ex quo multa digna memoꝛatu peregit. Sed vt inquit Oroſius nouiſſime perſecutionem aduerſum chriſtianos agi nonus a Nerone decerneret fulmen ante eum magno pauoꝛe circūſtantium ruit: ac non multo poſt inter Conſtātinopolim ⁊ Heracleam in itinere occiſus eſt. vt habet Euſebius.

Aurelianus fuit nonus perſecutoꝛ eccleſie.
Euſebius.
Oroſius.

Decima Perſecutio computatur ſub Diocletiano qui cum Maximiano herculio triceſimuſtertius ab Auguſto regnauit. Hic Diocletianus arrogans valde ⁊ ſuperbiſſimus fuit. Unde Euſebius de tempoꝛibus ſic de eo reffert. Diocletianus adoꝛari ſe vt deum iuſſit ⁊ gēmas veſtibus calciamentiſq̄ inſeri. cum ante eum omnes imperatoꝛes in modum iudicum ſalutarentur ⁊ clamidem tantum purpuream a pꝛiuato habitu plus haberent. Etiam de his duobus pꝛincipibus Paulus Oroſius in.vij.lib.ita inquit. Diocletianus in oꝛiente Maximianus herculius in occidente vaſtari eccleſias affligi interficiq̄ chriſtianos decimo poſt Neronem loco pꝛeceperunt. que perſecutio omnibus fere anteactis diuturnioꝛ atq̄ immanioꝛ fuit. Nam per decem annos incendijs eccleſiaꝝ. ꝓſcriptionibus inocentium. cedibus martiruꝫ inceſſabiliter acta eſt. hec Oroſius. Hic Maximianus vna vice legionem Thebeoꝛum interfecit in qua erant ſex milia. ſexcenti. ſexaginta ſex milites xp̄iani. Judices quoq̄ in diuerſis ꝓuincijs de mādato iſtoꝝ pꝛincipū tot interfecerūt xp̄ianos vt nō potuerint ſub certo numero redigi. Tandē Diocletianus veneno obijt anno etatis ſue.xlviij. cum imperaſſet annis decem. Sic igitꝛ patet ꝙ decē perſecutiōes a Nerone vſq̄ ad Diocletianū ⁊ Maximianū eccleſia xp̄i paſſa eſt. Que ſm Paulū

Diocletianꝰ fuit decimus pſecutoꝛ xp̄ianoꝝ.
Paulꝰ Oroſiꝰ.
Legio thebeoꝝ ſub Diocletiano occiditur.

Auguſtinus.

Oroſium per decē plagas Egipti iam dudū fuerant ꝑfigurate. ℭ Sed Aug. in. xviij. lib. de ciuitate dei. c°. lij. non negat vel reprobat ꝙ eccleſia chriſti iſtas decem perſecutiones paſſa non fuerit. Sed hoc reprobat ꝙ ſolūmodo iſtas decē fuerit paſſa cum plu

Paul° Oroſi°.

res alias diuerſis tēporibus ſuſtinuerit. Sed nota ꝙ opinio Pauli Oroſij qui perſecutiōes eccleſie ad numerum denariū reducit non eſt omnino reprobanda. ſi per decē vniuerſalitas intelligat̄ quam numerus denarius ſignificat. Sunt eniꝫ numeri ſequētes ad denariū replicationes ipſius denarij. Sic igitur per numerum denariū intelligi poteſt vniuerſalitas omniuꝫ perſecutionū eccleſie dei que ſunt pene innumerabiles.

Eccleſia añ Neronē paſſa fuit ꝑſecutiōes per iudeos.

Et ideo ſi loquamur de ꝑſecutionibus factis ꝑ imperatores romanos Ner prīmā ꝑſecutionē mouit. ſed antea eccleſia ſuſtinuit perſecutionē ꝑ iudeos. Proꝫ: [illegible] p̄d Aug. vbi ſupra dicit ꝙ poſtq̄ꝫ chriſtus aſcendit in celum grauis perſecutio facta eſt Jeroſolimis. vbi Stephanus lapidatus eſt. vbi Jacobus frater Joānis gladio trucidatus eſt. Ubi apoſtolus Petrus vt occideret̄ incluſus eſt ⁊ per angelum liberatus. Ubi fugati atqꝫ diſperſi de Jeroſolimis fratres. Ubi Saulus qui poſtea Paulus apoſtolus factus eſt vaſtabat eccleſiā. Ubi ipſe quoqꝫ iam fidem quam perſequebat̄ euangelizans. qualia faciebat eſt paſſus. ſiue per iudeam ſiue per alias gentes quacunqꝫ chriſtum feruentiſſime predicabat. Cur ergo eis a Nerone videtur ordiendum cum ante Neronis tempora inter atrociſſimas perſecutiones de quibus nimis longum eſt cuncta dicere eccleſia creſcēdo peruenerit? Etiam inter illos decē imperatores de quibus

Plures fuerūt ꝑſecutiones ſub principibus romanis.

dictum eſt. multi alij fuerunt inter medij quoꝝ tēpibus multi chriſtiani fuerūt martirizati. ſed iſti decem prenominati. dicunt̄ ſpecialiter chriſtianoꝝ perſecutores quia ipſi renouarunt ⁊ fecerunt edicta contra chriſtianos. Alij vero qui fuerunt inter medij nō ſic. Sed temporibus iſtorum decem imperatoꝝ ꝓpter coꝝ acerrimas perſecutiones chriſtiani non habebant eccleſias nec altaria ſtabilia ſed in locis occultis audiebant miſſarum ſolemnia. ⁊ potiſſime in martirum Criptis. in quib° ſunt corpora eorum ſepulta. Ibiqꝫ erigebatur altare ligneum pro celebratione miſſarum.

Auguſtinus.

ℭ Amplius Auguſtinus vbi ſupra iteruꝫ reprobat ꝙ tantūmodo eccleſia fuerit paſſa illas decē ꝑſecutiones que facte ſunt a tpe Neronis vſqꝫ ad tpa Diocletiani ⁊ Maximiani. Nam dicit duas alias ꝑſecutiones factas ab imperatoribus romanis. ſ. a Ju

Due ꝑſecutōes eccleſie a Juliano ⁊ Ualente.

liano apoſtata. ⁊ a Ualente Arriano fratre Ualentiniani Auguſti. De Juliano apoſtata ſciendum ꝙ ipſe. xxxvj. imperauit ab Auguſto. de quo ſcribit Auguſtinus vbi ſupra. ꝙ chriſtianos liberales litteras docere ac diſcere vetuit. Etiā Paulus Oroſius in. vij. lib. de eodē. dicit ſic. Julianus iā dudū Ceſar poſtq̄ꝫ. xxxvj. ab Auguſto regno

Paulus.

potitus anno vno ⁊ mēſibus. viij. imperij ſummā ſolus obtinuit. xp̄ianā religionē arte potius q̄ꝫ poteſtate inſecutus vt chriſti fides negaretur ⁊ ydolorum cultus reciperetur. honoribus magis prouocare q̄ꝫ tormentis cogere ſtuduit. Aperto tamen precepit

Julianus apoſtata ſeuiſſimus ꝑſecutor eccleſie



edicto. ne quis chriſtianus docendoꝝ liberalium ſtudioꝝ ꝓfeſſor eſſet. Julianus añt bellum aduerſus Parthos parans cum romanis vires cōtractas vndiqꝫ ad deſtinatam ſecum retraheret perditionem. chriſtianoꝝ ſanguinem dijs ſuis vouit. palā perſecuturus eccleſias ſi victoriam potuiſſet adipiſci. Nam ⁊ Amphiteatrum hieroſolimis extrui iuſſit. in quo reuerſus a Parthis epiſcopos monachos omneſqꝫ eius loci ſanctos beſtijs etiam arte ſeuioribus obijceret. ſpectaretqꝫ laniandos. Itaqꝫ poſtq̄ꝫ a Creſiphonte caſtra mouit dolo cuiuſdam transfuge in deſerta perductus. cum vi ſitis ⁊ ardore ſolis atqꝫ inſuper labore harenarum confectus periret exercitus. imperator tanto rerum periculo anxius dum per vaſta deſerti incautius euagat̄ ab obuio quodā hoſtiū equite conto ictus interijt. Sic miſericors deus ꝯſilia impij morte diſſoluit. hec Oroſi°. ℭ Iteꝝ de Ualēte acerrimo ꝑſecutore xp̄iani nominis Ualētiniani

fratrē qui poſt fratrē trigeſimuſnonus ab Auguſto imperauit: Augu. in. xviij. li°. de ci
uitate dei. c°. lij. dicit ſic. Valēs ſupradicti Valētiniani frater Arrian⁹. nōue pſecutiōe
magna p oriētis ptes catholicā vaſtauit eccleſiā. Oroſius quoqȝ in. vij. li°. de eodē ita
inqt. Valēs viuēte fratre in ſocietatē imperij aſſumptus ē. ꝛ ab Eudoxio epiſcopo ar
riani dogmatis aſſertore baptizatus ꝛ pſuaſus in ſeuiſſimā hereſim declinauit. Mor
tuo autem fratre illico velut effrenata liber audacia legem dedit vt monachi hoc eſt
chriſtiani qui ad vnum fidei opus dimiſſa ſecularium rerum multimoda actione ſe
redegerant. ad militiā cogerent. Vaſtas illas egipti tunc ſolitudines arenaſqȝ diffu-
ſas apud quas propter ſitim ac ſterilitatē. piculoſiſſimāqȝ ſerpētum habūdātiam con
uerſatio humana nō noſſet. magna habitantium monachorum multitudo compleue-
rat. Hic tribuni ꝛ milites miſſi. qui ſanctos ac veros milites dei: alio nomine pſecutio
nis abſtraherent. interfecerūt ibi agmina multa ſanctoruꝫ. que autē per diuerſas vbi
qȝ ꝓuintias his ſimilibuſqȝ iuſſis aduerſus eccleſias catholicas ꝛ recte fidei populos
geſta ſint. ſatis ſignificatum ipſa reticendi electione ſufficiat. Interea in affrice partib⁹
firmus ſeſe excitatis Maurorꝫ gentibus regem conſtituens: Affricā mauritaniāqȝ va
ſtauit Ceſareā vrbem nobiliſſimā Mauritanie dolo captam deinde cedibus incen-
dijſqȝ completam barbaros in predam dedit. hec Oroſius. ¶ Tandē hic valens duꝫ
in Tratia ſagitta ſautius fugeret e prelio. ꝛ ob dolorem nimium ſepe equo laberetur
in cuiuſdam villule caſam deportatus lateret ab inſequētibus barbaris deprehēſus
ſubiecto igne conſumptus eſt. Et quo magis teſtimoniuꝫ punitionis eius ꝛ diuine in
dignationis terribili poſteris eſſet exemplo. cōmuni caruit ſepultura. Sic igitur patet
ꝙ vnus deus vnam fidem tradidit. vnam eccleſiam toto orbe diffudit. Hanc aſpicit
hanc diligit hanc defendit. Quolibet ſe quiſqȝ nomine tegat ſi huic non ſociat alien⁹.
ſi hanc impugnat inimicus eſt. hec ex Oroſio ꝛ Euſebio excerpta ſunt. ¶ Taceo cete-
ros perſecutores ꝛ occiſores chriſtianorꝫ: Quintianū: Aſpaſium: Egeam: Datianuꝫ:
Marētium: Martinianū: Agricolaū: Marcellinuꝫ: Licinium: Cornelium: Alma-
chiū: Siſinniū: Fabianū: Maximū: Aſtaſiū. ꝛ reliquos q in diuerſis ꝓuintijs ac mū-
di ptibus innumerabiles occiderūt fideles. qb⁹ diuerſa tormētorꝫ genera exqrebāt ſibi
inuicem ſuccedentia. Nam flagris per omne corpus martires dei carpebant. Poſt
hec tradebant ad beſtias. Adhibebātur Leones: Vrſi: Pardi: Lupi: Thauri: Apri:
Canes: atqȝ omne ferarꝫ genus quibus ferro ꝛ igni feritas addebat. Preparabantur
hec omnia aduerſum cultores dei. ꝛ omnis contra eos hominū beſtiarūqȝ ꝛ elemen-
torꝫ crudelitas armabat. Patet itaqȝ ex dictis ꝙ pſecutiones eccleſie facte a principi
bus romanis ꝛ corꝫ iudicibus fuerūt pene innumerabiles. ſub quibus xpīana religio
ſemp laborando aduerſitatibus creuit. O vere mirabile oīum mirabiliū mirabilius.
Quāuis enim eccleſia xpī tātis fuerit pſecutiōibus expugnata. Attamē inter aduerſa
floret ſuaqȝ ꝯtritione grādeſcit. Nam ꝛ ſi videat ſanctos viros amittere in hac vita. ta
men eos probat future patrie acquirere. Et ideo non pōt finiri qm̄ detrimētis ſuis il-
lam cōſtat augeri. Facilius eni teſte Criſoſtomo celum exterminari poterit ꝛ terra pe
rire ꝙ̄ aliqd mali poſſit pati eccleſia. Ideo ait veritas. Celū ꝛ terra tranſibunt verba
aūt mea nō ꝑteribunt. Math. xxiiij. c. Eſt quippe eccleſia carior deo ꝙ̄ celū. Nō eniꝫ
eccleſia ꝓpter celum. ſed ꝓpter eccleſiā celū factum eſt. vt inquit Criſo.

Valēs fuit acerrimus perſecutor eccleſie.

Paul⁹ Oroſi⁹.

Agmina ſanctorum occidunt.

Valēs mala morte obijt more tirannorꝫ.

Multi pſecutores eccleſie.

Diuerſa ſupplicia parabantur chriſtianis.

De ſecunda acerrima pſecutione contra eccleſiā facta p hereticos q peſtifera dogmata ꝛ errores plurimos diſſeminarūt p orbē vniuerſum.

Secunda perſecutio Cõtra eccleſiã xpi facta fuit ꝑ hereticos qui inſtructi a diabolo. falſas doctrinas. ⁊ errores multos ꝑ omne corpꝰ eccleſie tã verbis ꝗ̃ ſcriptis diſſeminarũt. Nec non cum phiſicis diſciplinis ⁊ ſeculari ſciẽtia. atq̃ verboſa eloquẽtia multos ſeduxerũt. Hec igiẽ hereticoꝝ pſecutio ſub clãgore ſeptẽ tubaꝝ dſcripta fuit a Joãne euãgeliſta Apoc. viij. c. vt ſupra dictũ eſt. Etiã iſta pſecutio. a. Daniele ꝓpheta. vij. cº. deſcribiẽ ſub ſimilitudine vrſi qui ſecũdum Ambro. ẽ fera, plena fraudibus. ꝑ quã dabaẽ intelligi hereticoꝝ doctrina erroribus plena. hec pſecutio fuit maxia ⁊ terribilis q᷑ vt inqt. S. Tho. Hereſis ſubuertit fundamentũ omniũ bonoꝝ, ⁊ plus nocet xpianitati ceteris peccatis. Jdeo diciẽ grauiſſimũ omniũ pccõꝝ ꝑ ſe. Hinc Jero. in explanatõe in epl'aꝝ Pauli ad Galatas ad paulã ⁊ Euſtochiũ ſup illo paſſu manifeſta ſũt opa carnis. v. c. diẽ ſic. Jnimica aũt ſũt oia dogmata falſitatis deo repugnãtia. Cõſequenter ⁊ hereſes inuicẽ: deo ad carnis opa refferunẽ. hereſis aũt grece ab electiõe dr̃ q̃d. ſ. eã ſibi vnus quiſq̃ eligat, diſciplinã quã putat eſſe meliorẽ. hec Jero. Et ꝓpterea heretici nõ debẽt tollerari. ſed acriter puniri. ¶ Scias ergo ꝙ heretici puniunẽ quattuor modis. pmo per excõmunicationẽ q᷑ hodie oĩs hereticus ſiue occultus ſiue manifeſtus eſt ipſo iure excõicatus. Jdeo. xxiiij. q. j. cº. j. ſic dicitur. Quicũq̃ hereſim ſemel damnatã labiẽ eius damnatione ſeipſuꝫ inuoluit. ¶ Scdo puniunẽ depoſitione q᷑ indiſtincte ſiue clericus ſiue laycus ſiue Papa vel Jmꝑator vel qlibet alius inferior dꝫ deponi ab omni dignitate. Vñ. xxiiij. q. j. ⁊ ẽ talis titulus. Spolienẽ oĩ honore. q̃ ꝯtra pacẽ eccleſie nitunẽ. ¶ Tertio puniunẽ rerꝫ ablatõe. q᷑ bona coꝝ ipſo iure oĩa ſunt ꝯfiſcata. ſed tamẽ executio ipſius ꝯfiſcationis vel bonoꝝ ꝯfiſcatio non dꝫ fieri ꝑ principes ſeculares anteq̃ ꝑ iudiciũ eccleſie ſuꝑ eodẽ crimine ſentẽtia ſit ꝓmulgata. ¶ Quarto puniunẽ militari pſecutõe q᷑ ſi aliter non põt fieri manu armata ſunt ab eis oĩa bona aufferẽda imo poſſunt iuſte occidi in iudicio ſeculari. Unde. S. Tho. in ſa ſe. q. xj. ar. iij. vbi querit. Utrꝫ heretici ſint tollerãdi. dicit. ꝙ heretici merenẽ non ſolũ ab eccleſia per excõicationẽ ſeparari ſed etiã ꝑ mortem a mũdo excludi. Multo enim grauius ẽ corrũpere fidem ꝑ quã eſt anime vita: ꝗ̃ falſare pecuniam ꝑ quam tẽporali vite ſubuenitur: Jdeo ſi falſari pecunie vel ceteri malefactores ſtatim ꝑ ſeculares principes iuſte morti tradunẽ. multo magis heretici ſtatim ex quo de hereſi ꝯuincuntur poſſent non ſolũ excõmunicari. ſed ⁊ iuſte occidi. Hinc Jero. ⁊ habeẽ. xxiiij. q. iij. Reſecande ſunt putride carnes ⁊ ſcabioſa ouis a caulis repelenda ne tota domus: maſſa: corpus: ⁊ pecora ardeãt corrumpanẽ putreſcãt intereant. Arrius in Alexãdria vna ſcintilla fuit ſed quoniam nõ ſtatim oppreſſus eſt totum orbẽ eius flãma populata eſt. hec Jeronimus. Jteruꝫ Jero. contra Ruffinũ in epiſtola reſpõſiua que incipit. lectis litteris prudentie tue. pulcre oſtẽdit ꝙ hereticis nõ ſit parcẽdum vbi ita inqt. Jn vno tibi cõſentire non potero. vt parcã hereticis. vt me catholicũ nõ ꝓbem. Si iſta eſt cã diſcordie. mori poſſum tacere nõ poſſum. hec Jeronimus. Etiã Jero. ad Pãmachium ⁊ Marcellã in j. liº. ꝯtra Ruffinũ. q̃ liber incipit. Ex veſtris ⁊ multoꝝ litteris didici. ſic ait. Si aſperior ſum in hereticos ⁊ illorũ in publicum ſtrophas profero letare in inuectione mea ne ſi dolueris hereticus eſſe videaris. Quãdo ſine nomine cõtra vitia ſcribiẽ qui iraſcitur accuſator eſt ſui. hec Jero.

¶ Nota ꝙ iſte Arrius de quo hic ſupra loquitur Jero. fuit quidam p̃ſbiter hereticus apud Alexandriã a quo deriuati ſunt Arriani. qui vt dr̃ in eccleſiaſtica iſtoria. li. x. c. j. Erat magis ſpecie ⁊ forma religioſus ꝗ̃ virtute. Sed ⁊ glorie laudiſq̃ ⁊ nouitatis improbe cupidus. hic praua quedam de fide chriſti ꝓferre cepit que antea in queſtione

Sanctus Tho.

Jeronimus.

Heretici q̃ttuor modis puniũẽ.

Heretici deponuntur ab omni dignitate.

Hereticoꝝ bõa ipõ iure ꝯfiſcãẽ.

Sanctus Tho.

Jeronimus.

Jeronimus.

Jeronimus.

Arrius hereticꝰ

hunquam venerant. Et cum eſſet lingua facilis atq̄ʒ ſeculari eloquentia peritiſſimus
ſupra modum afflixit eccleſiā tam verbis q̄ʒ ſcriptis errores multos, inter fideles diſ *Arrius hereticꝰ erat lingua facilis.*
ſeminādo. Nam vnitatē diuine eſſentie negabat dicēs ꝙ pſone diuine differunt eſſen
tialiter. filiū quoqʒ ſeparare ab illa eterna ⁊ ineffabili dei patris ſubſtātia vel natura
conabat. ⁊ cum minorē patre ⁊ illum eſſe creaturā dicebat. ℭ Scias igit̄ ꝙ fides xp̄ia
ne religionis principaliter ꝯſiſtit in ꝯfeſſione ſanctiſſime trinitatis. cui Arrius Orige
nes Sabellius ⁊ alij q̄ʒ plures heretici derogarūt. Et ideo cū de trinitate diuinaꝝ p
ſonaꝝ loquimur cū omni reuerētia ⁊ modeſtia agendū eſt. quia vt Augu. in. j. liº. de *Auguſtinus.*
trinitate. dicit. Nec periculoſius alicubi erratur. neqʒ laborioſius aliquid querit̄ nec fru
ctuoſius aliquid inuenit̄. Etiā Sanctus Thomas in comēto aureo ſup Boetium de
trinitate. ſcribit. ꝙ in principio naſcētis eccleſie queſtio de trinitate ingenia fideliū ma
xime fatigauit. Et quia teſte Iero. ex verbis inordinate ꝓlatis incurrit̄ hereſis. Ideo
Sanctus Thomas in opuſculo cōtra errores grecoꝝ ad Urbanū quartū pontificem *Sanctus Tho.*
maximū. in prologo eiuſdē p pulcre oſtēdit qūo caute ⁊ reuerēter ſup tali ac tanto mi
ſterio loqui debeamus. Ubi ſic ait. Multa que bene ſonant in lingua greca. in latina
fortaſis non bene ſonāt. ꝓpter qđ eādem fidei veritatem alijs verbis latini ꝯfitent̄ et
greci. Dicit̄ enim apud grecos recte ⁊ catholice ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpūs ſanctꝰ ſunt tres
ypoſtaſes. Apud latinos aūt nō recte ſonat ſiqs dicat. ꝙ ſunt tres ſubſtātie. licet ypoſta
ſis ſit idem apud grecos. qđ ſubſtātia apud latinos ſecūdum ꝓprietatē vocabuli. Naʒ
apud latinos ſubſtātia vſitacius pro eſſentia accipi ſolet. quā tam nos quā greci vnam
in diuinis confitemur. ꝓpter qđ ſicut greci dicunt tres ypoſtaſes nos dicimus tres p
ſonas. vt etiam Auguſtinus docet. in. vij. liº. de trinitate. Nec eſt dubium quin etiam *Auguſtinus.*
ſimile ſit in alijs multis. hec Thomas.

ℭ Conſequēter nota ꝙ fuerūt alij q̄ʒ plures heretici tam greci q̄ʒ latini qui eccleſiam
valde cōturbarūt quoꝝ Manicheus cōceptam noui erroris ꝑfidiam pertinaciter po *Manicheꝰ hereticus.*
ſuit duo principia. Unū bonoꝝ ſpūalium. ſ. deū. Aliud maloꝝ ⁊ reꝝ corporaliū. ſ. dia
bolū. hec hereſis Manichei pullulauit ꝓpter opinionē Pitagore qui diuiſit oīa entia
in duos ordines. ⁊ vnū ordinē reduxit in bonū ſicut in principiū. ⁊ alteꝝ in maluʒ. Hic
pariter affirmat ꝙ in xp̄o non fuit vera caro ſed fantaſtica ⁊ ꝙ deus eſt corpus. ⁊ lux
infinita. Et ꝙ xp̄us eſt ſol iſte viſibilis cōtra hunc Manicheū ⁊ ſequaces eius calide *Leo papa cōtra Manicheum.*
ſcribit fons eloquētie Leo papa in ſermone de collectis ⁊ elemoſina. q incipit. Miſe
ricordia dilectiſſimi ⁊ iuſticia dei. vbi dicit ſic. Ut aūt in omnibus dilectiſſimi placeat
domino veſtra deuotio. etiā ad hāc vos hortamur induſtriā: vt Manicheos vbicūqʒ
latentes noſtris p̄ſbiteris publicetis. Magna eſt enim pietas ꝓdere latebras impioꝝ
⁊ ipſuʒ in eis cui ſeruiūt diabolum repellere. Cōtra iſtos enim dilectiſſimi oēm qdem
orbē terraꝝ ⁊ totam vbiqʒ eccleſiā licet fidei arma arripere. Sed veſtra in hoc ope de
uotio dʒ excellere. q in progēitoribꝰ veſtris euāgelium crucis xp̄i ab ipſo beatiſſimorū
apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli ore didiciſtis. Non ſinātur latere hoīes qui legem p Moyſen
datā in qua deus vniuerſitatis conditor oſtendit̄: recipiēdam eſſe credūt: prophetis ⁊
ſcō ſpiritui ꝯtradicūt. Pſalmos dauiticos qui p vniuerſalē eccleſiā cū oī pietate cātāt̄
dānabili ipietate auſi ſunt refutare. xp̄i dn̄i natiuitatem ſecūdum carnem negāt. Paſ
ſionē ⁊ reſurrectionē eius ſimulatā dicunt fuiſſe: nō veram. Baptiſmū regeneratiōis
totiꝰ gratie virtute deſpoliāt. Nihil eſt apud eos ſanctū. nihil integrū. nihil verū. Ca
uendi ſunt ne cuiq̄ʒ noceant. Prodendi ſunt. ne in aliqua ciuitatis noſtre parte conſi
ſtant. Uobis dilectiſſimi ante tribunal dn̄i proderit quod dicimus. quod rogamus.
Pium eſt enim vt elemoſinarū ſacrificio etiam huius operis palma iungatur auxi
liante nobis per omnia domino ieſu chriſto. hec Leo. Auguſtinus quoqʒ in libro con- *Auguſtinus.*

tra fauſtum Manicheuꝫ.oſtendit ꝙ illa hereſis manicheoꝝ eſt grauioꝛ q̄ꝫ peccatum
ydolatraꝝ.ſic dicens. Neqꝫ vos manicheos paganos dicimus aut ſciſma paganoꝛū.
ſed cuꝫ eis habere quandā ſimilitudinē.eo ꝙ multos collatis deos. Veruꝫ in hoc eſſe
eis longe deteriores.ꝙ illi ea colunt que ſunt ſed pro dijs colenda nō ſunt. Vos autē
Sanctus Tho. — ea colitis que oio non ſunt.hec Auguſtinus. Sanctus Thomas in ſcd̄a ſcd̄e. q.xciij.
arᵒ.iij.in reſponſione ad quartū argumētum vbi declarat iſta verba Auguſtini.dicit.
ꝙ hereſis Manicheoꝝ etiam quātum ad genus peccati grauioꝛ eſt q̄ꝫ peccatū alioꝛū
ydolatraꝝ quia magis derogatur diuino honoꝛi ponendo duos deos contrarios et
multa vana ⁊ fabuloſa de deo fingentes.Secus autē de alijs hereticis qui vnum deū
confitentur ⁊ eum ſolū colunt.Ex quo patet ꝙ hereſis Manicheoꝝ eſt grauioꝛ aliaꝝ
hereſum. ¶ Pelagius hereticus dixit ꝙ omnia p̄cepta dei ſeruari poſſunt ſine gra-
Pelagius hereticus. — tia ⁊ ꝙ homo pōt mereri ſine gratia.Et ꝙ principium bene operādi eſt ex nobis.ſed
cōſumatio eſt ex deo.Et ꝙ pueri nō cōtrahunt peccatū oꝛiginale.ſed baptizant̄ pro-
pter regnū dei.De iſto Pelagio Jeronimus in epiſtola ad Deſiderium ita inquit.
Jeronimus cōtra Pelagiū. — Pelagius que omnes eccleſie quaſi lupū de ſilua mirant̄.aurēum coloꝛē ſup nigrum
venenū cōponēs.fontē dulcē p̄imi mellis amaritudinis malitie cōmiſcuit.hec Jero.
¶ Origenes aſſerit ꝙ anime ſunt vnite.diuerſis coꝛpoꝛibus ꝓpter diuerſa peccata ⁊
Origenes hereticus. — ꝙ ſpiritus ſanctus ē creatura facta per verbū dei.Et b̄euiter male ſenſit de patre.pe-
ius de filio.peſſime de ſpiritu ſancto.vt ait Jeronimus. Itē Origenes dixit ꝙ pena
demonū ⁊ alioꝝ damnatoꝛum aliquādo terminabit̄. Hinc Jero.contra Vigilantium.
Jero.ꝯ oꝛigenē. — Epiſtola incipit.iuſtum quidē fuerat nequaq̄ꝫ tibi litteris ſatiſfacere.ita inquit.Orige
nes hereticus:quid ad me qui illum in pleriſqꝫ locis hereticū non nego errauit de re-
ſurrectione coꝛpoꝛis.errauit de animaꝝ ſtatu.de diaboli penitentia. Et qd̄ his maiᵘ

eſt filium dei ⁊ ſpiritū ſanctum in comētarijs Yſaye Seraphin eſſe teſtatus eſt. Si er-
raſſe nō dicerem eū ⁊ hec quottidie nō anathematizarē eſſem erroꝛis illius ſociᵘ. Ne-
qꝫ enim ita debemus bona eius recipere vt mala quoqꝫ ſuſcipere cogamur. At idem
⁊ ſcripturas in multis bene interpretatus eſt ⁊ ꝓphetarum obſcura diſeruit ⁊ tam no
ui q̄ꝫ veteris teſtamēti reuelauit maxima ſacramēta.Si igitur que bona ſunt tranſtuli
⁊ mala vel amputaui vel coꝛrexi.vel tacui arguendus ſum? Per me latini bona eius
habēt ⁊ mala ignoꝛāt.hec Jero. Taceo plura q̄ multis alijs erroꝛibus notat̄ Orige-
nes q̄bus vel ipſe deſipuit.vel emulis falſa ſcriptis eius inſerētibus deprauatus fuit.
Jero.de Origene. — Hinc Jero.in ep̄la ad Deſideriū in excuſationē Origenis.dicit.ꝙ multi aliquos eiᵘ
peſſimos diſcipulos multa venenoſa ſub eius nomine edidiſſe teſtantur.Et breuiter.
Semꝑ de Origene varia fuit doctoꝛū opinio.quibuſdā hereticū aſſerentibus.alijs ſi-
Jouinianus hereticus. — bi fraudē affirmātibus impoſitā. ¶ Jouinianus hereticus affirmauit ꝙ matrimoniū
equatur virginitati.Sed Jero.ꝯtra hunc erroꝛē ſcripſit libꝛos duos ſtilo elegantiſſi-
Jero.ꝯtra Jouinianum. — mo.Etiā de iſto Jouiniano Jero.in ep̄la ad Deſiderium inquit. Jouinianus leta fa-
cie ⁊ coꝛde aſpero.potu dulciſſimo.felle cōmixto multos potauit ⁊ cōtrarias ſentētias
Heluidius hereticus. — ꝑ odiū occaſionū xp̄ianis ꝓferens cōpoſuit. ¶ Heluidius hereticus ſuo temerario au
ſu affirmare nō erubuit Puriſſimā matrē xp̄i non ꝑmanſiſſe virginē poſt partū.⁊ eaꝫ
poſt xp̄m alios etiā filios de viro ſuo Joſeph peperiſſe.Sed ꝯtra hunc erroꝛē ⁊ recti
Jero.ꝯtra Heluidium. — us blaſſemiā elegāter ac ſubtiliter ſcribit Jero.aureū opuſculū.qd̄ quidem icipit. Nu
per rogatus a fratribus: In quo notabilia q̄ꝫplurima memoꝛatu digniſſima cōp̄rehē
dunt̄. ¶ Etiā ſplendoꝛ eccleſie Tho.in opuſculo ꝯtra erroꝛes grecoꝝ ad Vrbanū q̄r-
Sanctus Tho. — tū pontificē maximū.parte Ꝑa.in p̄incipio.ꝑ pulcre oſtendit ꝙ hereticoꝝ erroꝛes ad hoc
p̄incipaliter videnṫ tendere vt xp̄i derogent dignitati.vbi ita inq̄t. Conſiderandum
ſiq̄dem eſt ꝙ in hoc apparuit filius dei vt diſſoluant̄ op̄a diaboli.vt dr̄.j. Joā.iij.cap.

Unde ⁊ diabolus verſa vice ad hoc totũ ſuum conatũ appoſuit vt ea que ſunt chriſti
diſſoluat. Quod quidem primo ꝑ tirannos facere temptauit chriſti miniſtros corpo-
raliter occidẽtes. ſed poſtmoduȝ per hereticos ꝑ quos ſpũaliter plurimos interfecit.
Ideo ſiquis diligẽter inſpiciat hereticoꝝ errores ad hoc principaliter videnť tende-
re vt xp̃i derogẽt dignitati. ¶ Derogauit nãqȝ Arrius dignitati xp̃i dũ filiuȝ dei co- Arrius.
eſſentialẽ patri eſſe negauit. eũ aſſerens creaturã. ¶ Derogauit etiã Macedonius q Macedonius.
dum ſpiritũ ſanctũ creaturam eſſe dixit. filio ſubtraxit auctoritatẽ ſpirandi diuinã ꝑ-
ſonã. ¶ Derogauit ⁊ Manicheus qui duȝ viſibilia a malo deo creata eſſe aſſeruit. ꝑ Manicheus.
filiuȝ oĩa eſſe creata negauit. ¶ Diſſoluit etiã q̃ ſunt xp̃i Neſtorius. q dum aliã perſo Neſtorius.
nam eſſe filij hominis: aliã filij dei docuit. xp̃m eſſe aliqd vnũ negauit. ¶ Diſſoluit et Euthices.
Euthices qui dũ ex duabus naturis. diuina. ſ. ⁊ humana. in chriſti incarnatiõe vnam
conficere voluit. vtrãqȝ ſubtraxit. Qđ enim ex duobus conficiť. neutrum coꝝ veraci- Pelagius.
ter dici põt. ¶ Diſſoluit ⁊ Pelagius qui dicẽs gratia nos nõ indigere ad capeſcẽdaȝ
ſalutem ad vẽtum fili dei in carnem fruſtrauit. Gratia enim ⁊ veritas per ieſum xp̃m
facta eſt. Jo. j. c. ¶ Derogauit etiã xp̃o Jouinianus qui dũ virgines in cõiugio viuẽ Jouinianus.
tibus equauit. dignitati xp̃i detraxit. qua cũ natum ex virgine ꝯfitemur. ¶ Deroga-
uit ⁊ vigilantius qui dum paupertatẽ pro xp̃o ſuſceptam impugnauit. ꝑfectioni quaȝ Uigilãtius.
chriſtus ſeruauit ⁊ edocuit. cõtradixit. Unde nõ in merito diciť. j. Jo. iiij. Omnis ſpi
ritus qui ſoluit ieſum ex deo nõ eſt. ⁊ hic eſt Antichriſtus. Sic ergo ⁊ in hoc tẽpore ali-
qui eſſe dicuntur qui ſoluere chriſtũ temptant eius dignitatẽ quãtum in ipſis eſt mi-
nuentes. Duȝ enim dicũt ſpiritum ſanctũ a filio non ꝓcedere eius dignitateȝ minuũt.
qua ſimul cũ patre. eſt ſpiritus ſancti ſpirator. Dum vero vnum caput eccleſie eſſe ne-
gant ſanctam. ſ. romanã eccleſiã. manifeſte vnitatem corporis miſtici diſſoluunt. Non
enim poteſt eſſe vnum corpus ſi nõ fuerit vnum caput. Neqȝ vna cõgregatio ſi nõ fue
rit vnus rector. Unde Joan. x. c°. diciť. fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor. hec Thomas.



Taceo ceteros Hereſiarchas: Sabelliũ: Ualentinuȝ: Hebionem: Julianum: Deſide Heretici multi.
riũ: Florinũ: Cerdonianũ: Donatũ: Apollinarẽ: Heracliũ: Bonoſiuȝ. Sunt ⁊ alie q̃ȝ
plures hereſes. Gabaonite: Priſilianiſte: Nazarei: Tertuliani: Nouaciani: Luciſe-
riani: Cathafrige: Taciani: Macedoniani: Greci: Paupes de Lugduno: Macho
metiſte qui pro lege habẽt ſentinam omniũ hereſum. Quorũ omniũ errores deſcribe
re nõ eſt preſentis opuſculi.

¶ Iſti igiť oẽs multis varijſqȝ modis catholicã veritatẽ ſuis argutijs ſcripturis ac v̄
boſitatibus impugnarũt. Uide Yſido. in. viij. li°. Ethimologiaꝝ. c. v. qui vltra ſeptua Yſidorus.
ginta ſectas hereticorũ enumerat que cõtra eccleſiam dei ſucceſſu temporis ſurrexerũt
⁊ viciſim a ſanctis Patribus damnate ſunt. ¶ Et idcirco nota ꝙ ſancta mater eccle- Nota.
ſia non vtiť tanta ſeueritate cõtra aliquod genus peccatoꝝ ſicut contra hereticos. In
quo datur intelligi ꝙ hereſis eſt peccatũ maxime grauitatis. Nam eccleſia excõmuni-
cat non ſolũ hereticos ſed etiã fautores receptatores ⁊ defenſores eoꝝ. Diciť autẽ Qui ſunt fauto-
fautores qui aliquãdo fauent facto. aliquãdo verbo. puta. cuȝ ꝗs dicit. Iſti ſunt boni res hereticoꝝ.
hoĩes. iniuſtũ eſt agere cõtra eos. vel diciť fautores hereticoꝝ quia non fauẽt prela-
tis vel inquiſitoribus cõtra hereticos ſicut debẽt ⁊ teneť. Uel diciť fautores q pu-
blica poteſtate funguť. vt ſunt p̄lati ⁊ principes qui ab eccleſia cõdemnatos nõ fugãt
⁊ puniunt ſicut debẽt. Receptatores vero diciť qui in domo vel terra ſua eos reci-
piunt ſemel vel pluries. publice vel priuate. Defenſores aũt ſunt qui perſonam defen
dunt vt aduocati ꝑſtãdo patrociniũ vel qui faciunt inſtrã vel iuuãtes in cã. Nota ẽt ꝙ
ille q nõ ꝑſonã ſȝ hereſim defendit hereſiarcha ẽ. ¶ Cõſequẽter ſcire te volo ꝙ multe
adhuc ſũt hereſes ĩ eccleſia repululãtes ⁊ q̃ſi de nouo radices emittẽtes qb⁹ inumerabi

Multe adhuc ſunt hereſes in eccleſia.

lis multitudo chriſtianoꝝ inficit̄. Prima eſt illoꝝ qui de iudaiſmo venerūt ad fidem catholicam qui dicūt ꝙ nullus pōt ſaluari ſine circūciſione. ex eo ꝙ dicit̄. Geñ. xvij. c. Circuncidet̄ in vobis omne maſculinū ⁊ circūcidetis carnem pꝛeputij veſtri. Et iterū. Maſculus cuius ꝑputij caro circunciſa non fuerit delebit̄ anima illa de populo ſuo q: pactum meū irritum fecit.

Circūciſio adhuc obſeruat̄ a quibuſdam.

¶ Arguunt etiā ſic. Omnis xp̄i actio noſtra ē inſtructio ſed xp̄s recepit circunciſionē. ergo oēs xp̄iani debēt circūcidi. ideo ipſe ait. Joan. xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quēadmodum ego feci ita ⁊ vos faciatis.

Iterum.

¶ Et iterū dicunt ſic. Eternum nullo termino clauditur. ſed circunciſio datur in fedus eternum. Unde Geñ. xvij. caplo. Eritq: pactum meum in carne veſtra in fedus eternum. ergo oēs tenentur ad circūciſionem.

Reſponſio.

¶ Pro breui reſponſione. dic ꝙ auctoritates pꝛio allegate intelliguntur de omnibus illis maſculis qui decurrerunt ab Abꝛaā vſq: ad chriſtū. cum Abꝛaā fuerit primus terminus circūciſionis q: in eo icepit. ⁊ chriſt⁹ fuit alius terminus in quo finiri debuit. Et ideo notanda ſunt diligēter verba dei loquentis ad Abꝛaā. cum ait. Ego ſuz dominus deus tuus ambula corā me ⁊ eſto perfectus ponam fedus meū inter me ⁊ te. ⁊ ſic factum eſt. quia xp̄s verus deus ⁊ verus hō fuit vnus terminus circūciſionis ⁊ Abꝛaā alius. Et per hoc etiā patet reſponſio ad ſecūdū argumētum. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ li eternuz non ſumit̄ ſemper pꝛout eternū nullo termino claudit̄. ⁊ ideo cum allegat̄ ꝙ circūciſio datur in fedus eternū. ſumit̄ li eternum ꝓ magna tēpoꝛis duratione. ſicut ibi. Dominus regnabit in eternū ⁊ vltra. ⁊ ſic illa tēporis diſtātia que fuit inter Abꝛaā ⁊ xp̄m pōt dici tempus eternū.

Scd̄a hereſis.

¶ Scd̄a hereſis eſt quorūdam qui dicūt euangeliū xp̄i eſſe falſum. Nota hic ſm̄ Jeronimū. ꝙ nō debemus putare in verbis ſcripturaꝝ eſſe euangeliū: ſed in ſenſu. nō in ſupficie ſed in medulla. nō in ſermonū folijs ſed in radice ratiōis.

Tertia hereſis.

¶ Tertia hereſis eſt illoꝝ qui dicunt cōfeſſionē non valere ad remiſſionē peccatoꝝ ſed vt dicūt ſufficit ſola cōtritio.

Magiſter ſentētiaꝝ ⁊ Gratian⁹

Sed nota ꝙ magiſter ſententiaꝝ in. iiij. lib. di. xvij. ⁊ Gracianus. de pe. di. j. per totum. mouēt tale dubium. Utrū abſq: cōfeſſione ſacramentali actu vel pꝛopoſito per ſolā cōtritionē. ideſt ꝑ doloꝛem de peccatis cū ꝓpoſito abſtinendi ⁊ ſi nō confitendi. poſſit haberi remiſſio peccatoꝝ. Et poſt multa allegata ad vtrāq: partē. Tandē Gratianus in fine illi⁹ diſtinctōis. dicit. Quia vtraq: opinio hz viros ſapientes ⁊ religioſos quid magis ſit tenēdum relinquo iudicio lectoꝛis. Et in. c. fi. illius diſtinctōis. Theodorus cantuarienſis ep̄us in penitētiali ſuo dicit. Grecos tenere cōfeſſionem vocalem nō eſſe neceſſariam.

Sanctus Tho.

Sed Sanctus Tho. in. iiij. ſententiaꝝ. di. xvij. in expoſitiōe littere dicit. ꝙ illud qđ ponit̄ ꝓ opinione. ſ. confeſſionē vocalem nō eſſe neceſſariā nūc eſt hereſis. Non qđ explicite ſit cōtra aliquē articulū vel pꝛecedēs vel ſequēs ad ipſuz ſed implicite aliquid contrariū fidei continet. q: ſequitur ꝙ claues eccleſie non ſunt neceſſarie ad ſalutē. Et in talibus anteq̄ȝ aliquid determinetur per eccleſiam non iudicatur eſſe hereſis. ſed opinio. Et ſic magiſter ⁊ Gracianus pꝛo opinione hoc ponunt. ſed nūc poſt determinationem eccleſie ſub Innocentio tertio factam. hereſis reputanda eſt.

Quarta.

¶ Quarta hereſis eſt alioꝝ dicentiū ꝙ confeſſio nō eſt fienda homini ſed ſoli deo.

Quinta.

¶ Quinta hereſis eſt illoꝝ qui cōcedunt ꝙ cōfeſſio ſit fienda homini. ſed dicunt ꝙ dz fieri ꝓpꝛio ſacerdoti.

Sexta.

¶ Sexta hereſis eſt quorūdam qui dicunt. ꝙ non tenet̄ quis cōfiteri ſacerdoti. ſi laicus ſit pꝛeſto cui poſſit cōfiteri.

Septima.

¶ Septima eſt illoꝝ qui dicunt ꝙ non eſt obediendū niſi ſoli deo.

Octaua.

¶ Octaua eſt alioꝝ dicentiū. Quod licet ſit etiā homini obediendū. nō tñ in peccato exiſtēti. ⁊ ꝙ ſolū boni ſacerdotes habēt poteſtatē ligādi atq: ſoluēdi.

Nona.

¶ Nona hereſis eſt quorūdaz qui dicūt ꝙ nō offiñ ⁊ ordo ſed meritū bone vite hz poteſtatē ligādi: ſoluēdi: ꝯſecrādi: ⁊ bñdicēdi.

Decima.

¶ Decima hereſis eſt eorūdē qui dicunt ꝙ non eſt vera indulgentia epiſcopi. vel relaxatio in conſecratione eccleſie

vel alias indulgentias concedendo. ¶ Undecima hereſis eſt eorum qui tenent ꝙ ora- Undecima.
tiones vel ſuffragia pro mortuis. ab exiſtentibus in peccato mortali facta non profi-
ciunt mortuis. ¶ Duodecima eſt illorum qui negant purgatorium dicentes ꝙ eccle- Duodecima.
ſia propter auaritiam ponit eſſe purgatorium poſt hanc vitam. ¶ Tertiadecima he- Tertiadecima.
reſis eſt quorūdam qui negant aliam vitam ⁊ pariter anime imortalitatem ⁊ reſurre-
ctionem vltimam in die iudicij. Nota ꝙ inter omnes inſidias ⁊ fortiores temptatiōes
quas diabolus ꝑparat aīabus noſtris. eſt circa anime imortalitatem ne quis credat
animam eſſe immortalem. Quo errore admiſſo labuntur homines ad omnia genera
grauiſſimorum peccatoꝝ. Ex iſto enim errore. illico perditur ſpes eterne glorie. quā
non deſiderat amplius. deinde perdit timorem penarum inferni quas non curat eui-
tare. ſed his duobus remotis omnia ſcelera ⁊ peccata facile ingrediuntur ad animaꝫ.
¶ Quartadecima hereſis eſt aliorum qui dicunt ſe non poſſe euitare peccata q2 ſunt Quartadecima
nati in tali ſigno vel in tali conſtellatione. ¶ Quintadecima eſt eorum qui de ſe preſu- Quintadecima.
mentes prepoſtere intelligunt ſcripturam ſacraꝫ aliter exponentes q̄ꝫ ſenſus ſpiritus
ſancti efflagitat. a quo eſt. qui licet ab eccleſia nō receſſerint tamē heretici appellari poſ-
ſunt. vt ait Jero. Uide plenius explanationē iſtarū hereſum in fortalicio fidei. li. ſc̄do.
¶ Nota pro concluſione iſtius ſecunde perſecutionis eccleſie chriſti. ꝙ licet hereſis ſit
grauiſſimum omnium peccatoꝝ ⁊ plus videatur nocere chriſtianitati ceteris pecca-
tis. Eſt tamen vtile eſſe hereſes in eccleſia. Hinc Paulus. j. ad corin. xj. capl̄o. dicit ſic.
Nam oportet ⁊ hereſes eſſe. vt ⁊ qui probati ſunt manifeſti fiant in nobis. hec Pau-
lus. Ex quo patet. ꝙ ſi oportunum eſt hereticos eſſe. videtur ꝙ ſint comēdabiles ⁊ nō Queſtio.
ſint extirpandi ab eccleſia. huic dubitationi. reſpondet Sanctus Thomas in comen-
to aureo ſuper eodem textu. ſic dicens. Dupliciter de aliquo dicitur ꝙ oportet illud Sanctus Tho.
eſſe. Uno mō ex intentione illius q hoc agit. puta ſi dicamus ꝙ oportet iudicia eſſe. qa reſpondet.
ſ. iudices iudicia exercētes intendunt iuſticiam ⁊ pacem in rebus humanis conſtitue-
re. Alio modo ex intentione dei que etiam mala ordinat in bonum. ſicut perſecutioneꝫ
tirannorum ordinauit in gloriam martirum. Unde Auguſtinus dicit in li°. Encheri- Auguſtinus.
dion ꝙ deus eſt adeo bonus ꝙ nullomodo permitteret fieri aliquod malum. niſi eſſet
adeo potens ꝙ de quolibet malo poſſet elicere bonum. Et ſecundū hoc dicit. Math.
xviij. c. Neceſſe eſt vt veniant ſcādala. Uerū tamē ve homini illi ꝑ quem ſcandalum
venit. ⁊ hoc eſt quod dicit hic apoſtolus oportet hereſes eſſe. ex eo ꝙ deus malitiā he-
reticorū ordinauit in bonū fideliū. Et hoc dicit. primo qdem ad maiorē declarationeꝫ
veritatis. Un̄ Augu. in glo. dicit. Ab aduerſario mota q̄ſtio diſcendi extitit occaſio. Auguſtinus.
Multa qppe ad fidē catholicā ꝑtinentia dū hereticorum calida inquietudine excogi-
tanē. vt aduerſus eos defendi poſſint. ⁊ conſideranē diligentius. ⁊ intelliguntē clarius.
⁊ ꝑdicanē inſtantius. Unde ⁊ prouerbioꝝ. xxvij. c. Ferrum ferro acuitur. ⁊ homo exa- Salomon.
cuit faciem amici ſui. Sc̄do ad manifeſtandā infirmitateꝫ fidei in his q recte credunt.
⁊ hoc eſt qd̄ hic ſubdit apoſtolus. Ut qui ꝓbati ideſt. approbati ſunt a deo manifeſti
fiant in vobis. ideſt. inter vos. Sapiētie. iij. c. Tanq̄ꝫ aurū in fornace ꝓbauit illos. hec
Thomas. Etiā Euſebius Ceſarieñſis q hiſtoriam eccleſiaſticā greco ſermone ꝯſcripſit Euſebius Ceſa-
in. vij. lib. eiuſdeꝫ yſtorie. c. vj. dicit ſic. Ego inqt ⁊ tractatus hereticoꝝ lego ⁊ traditio- rienſis.
nes eoꝝ ꝑſcrutor: etiam ſi videar ad horā verbis eoꝝ pollui. Sed multum mihi ꝯfert
hoc ipſuꝫ. qd̄ ex ipſoꝝ verbis arguere eos poſſum. hec ille. Ex dictis pꝫ ꝙ heretici ꝓ-
ſunt veris catholicis. dū deus vtitur etiā malis bene. q2 diligētibus deuꝫ oīa cooperā-
tur in bonū. Et breuiter omnes inimici eccleſie vel eccati errore vel malitia deprauati
proſunt. q2 ſi accipiunt ꝑtātem affligendi corporaliter. exercēt eius paciētiam. Si vero
male ſenciēdo aduerſanē. eius ſapiētiam approbant.

De tertia Perſecutione eccleſie dei facta per magos ⁊ incantatores. Et q̄ totus mūdꝰ magicis ſupſtitōibꝰ ſuadēte diabolo delusus fuit.

Tertia perſecutio Contra eccleſiā facta fuit per magos ⁊ incantatores. qui per ſigna ſophiſtica: per falſa miracula: per diuerſa ſupſtitionū ac diuinationū genera: p varia auguria ⁊ ſortilegia. xp̄ianoꝝ animas ſubuertere conabātur. Hec pſecutio inter maximas eccleſie tribulationes cōputat. q̄ totā xp̄ianā religionē valde afflixit. ⁊ ꝯtinue agitat ⁊ perturbat. Unde in principio naſcētis eccleſie aduerſarius noſter diabolus fremēs dentibus cruentas inſidias ꝯtra catholicā eccleſiā texuit. vt eā varijs ſuperſtitionibus irretiret atq̄ magicis artibus conſperet. Et ppterea in romana vrbe que caput erat totius orbis Simonē magum excitauit. qui foueas foderat. ruinas parauerat. laqueos tetenderat. vt fundamēta eccleſie dirueret. Unde Euſebius eccleſie Ceſarīēſis ep̄s Dorothei viri doctiſſimi quōdam auditor ⁊ diſcipulus. necnon in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus. qui cū Arrianus eſſet. errorē depoſuit. ⁊ ſimbolū q̄d Nicenū dicitur cōponere meruit in quo errores Arrianoꝝ valide expugnauit. nihilq̄ eius editioni vel additum eſt vel ſubtractum. ſed vſq̄ in hodiernum diē in eccleſia dei publice cantat. Hic igitur in Eccleſiaſtica yſtoria liᵒ. ij. c. xiij. loquēs de Simone mago dicit. q̄ caput totius prauitatis ⁊ principiū omnis hereſis a Simone mago cepiſſe accepimus.

In principio naſcentis eccleſie diabolus fremebat dentibus.

Euſebius.

Eccleſiaſtica yſtoria.

¶ Scias ergo q̄ dum Simon magus eſſet in ciuitate Jeruſalem. ſuaſione diabolica ad tantā deuenit cecitatem. vt diceret ſe primam veritatē. ⁊ ſibi credentes perpetuos effici affirmabat. Tantū vero de ſe preſumpſit vt nulla ſibi impoſſibilia diceret. Et ſicut ait Jeroni. hic ſuo impudico ac ſacrilego ore dicere auſus eſt. Ego ſum ſermo dei: Ego ſum ſpecioſus: ego paraclitus: ego omnipotēs. Serpētes quoq̄ eneos mouere. ſtatuas eneas ⁊ lapideas ridere. ⁊ canes cantare faciebat. Hic volens diſputare cum Petro apoſtolo. pſumpſit ſuadere ei q̄ eſſet deus. Statuta autē die, venit Petrus ad locū certaminis. Cūq̄ poſt multa diceret Magus: Ego ſum prima virtus. ⁊ poſſum volare p aera. nouas arbores facere. lapides in panē mutare. in igne ſine leſione durare ⁊ q̄cq̄d voluero poſſum facere. Tunc Petrus poſt obiurgationē acerrimā. omnia eius maleficia detexit. Magus aūt vidēs q̄ nō poſſet reſiſtere Petro. oēs libros ſue magice artis ne forte Magus proderet̄ in mare ꝓiecit: ⁊ inde Romā vt ibi deus haberetur perrexit. Q̄d cum Petrus hoc comperit ipſum inſequit̄ ⁊ vſq̄ Romā proficiſcitur. Hinc Jeronimus in libro de viris illuſtribus. dicit. q̄ Simon Petrus filius Joannis ꝓuintie galilee frater Andree apoſtoli ⁊ Princeps apoſtoloꝝ: poſt ep̄atum Antiochenſis eccleſie ſecūdo Claudi āno ad expugnādum Simonē magū romā pgit. Ibiq̄. xxv. annis cathedram ſacerdotalē tenuit vſq̄ ad vltimum annū Neronis. Tādem. cum Simon magus poſt longa certamina cū Petro ⁊ Paulo. ſe per omnia videret confuſū. dixit velle in celum aſcendere atq̄ romanam vrbē deſerere quā tueri ſolebat. Statuta igit̄ die. turrē excelſam aſcendit. ⁊ inde ſe deiciens coronatus lauro volare cepit. Petrus aūt ad Paulum dixit. Paule erige caput ⁊ vide. Deinde ait. Adiuro vos angeli Sathane qui eū in aera fertis per dominū ieſum xp̄m vt eum corruere pmittatis. ⁊ cōtinuo dimiſſus corruit cōfractis ceruicibus.

De Simone Mago.

Jeronimus.

Simon magus mira agit.

Jeronimus.



Simon magus volat ⁊ corruit.

¶ Cōſequēter de Menādro eiuſdem Simonis magi diſcipulo Euſebius in. iij. lib. yſtorie Eccleſiaſtice. cᵒ. xxv. dicit. q̄ in arte magica ſcutum diaboli fuerit. non inferior Simone. qui nō modo equiparare. ſed ſuper gredi impietatem magiſtri ſui poſſet.

De Menādro Mago.

Maioꝛibus quippe poꝛtentis efferebat ſemetipſum ſaluatoꝛem dicens: Ad hominū
ſalutem. de celeſtibus ⁊ inuiſibilibus ſeculis deſtinatum. Hic Menāder ſtimulis de
moniacis incitatus venit Antiochiam ⁊ ꝙꝫ plurimos ꝑ artem magicā decepit. qui hoc
etiam ſuadere potuit ſectatoꝛibus ſuis. ꝙ non eſſent moꝛituri vt in eodem libꝛo dicit.
¶ De Hermogene etiam legimus ꝙ arte magica hoīes ita immobiles reddebat vt Hermogenes
nullatenus ſe mouere poſſent. Hunc aūt Jacobus apoſtolus conuertit ad chriſtum. Magus.
¶ Machometus pariter magus fuit perfectiſſimus atqꝫ in omnibus ſoꝛtilegijs et
incantationibus peritiſſimus qui innumerabiles gentes ac turbas populoꝝ decepit nō Machometus
ſolum armis ſed ſophiſmatibus ⁊ incātationibus vt latius dicemus in ſexta perſecu- magus perfectiſ
tione. Hic cū ſecundum ambitionē ſui deſiderij diſſimulatus tranſiuiſſet in Yſpaniam ſimus.
anno vltimo regis Ricardi venit in ciuitatē Coꝛdubēſem. ibiqꝫ ſuam falſam doctri-
nam incepit pꝛedicare dicēdo ꝙ Jeſus xp̄us fuit natus de virgine opere ſpiritus ſan-
cti. ſed tamen nō erat deus. Qd̓ ꝙꝫ pꝛimum Yſidoꝛus archiepiſcopus yſpalenſis q tūc Yſidoꝛus voluit
veniebat de curia romana intellexit. ſtatim miſit homines ſuos ad p̄dictam ciuitatem capere Macho
vt Mochometū vinculatum ſibi adducerent. Sed diabolus apparens ei monuit vt metum.
illico ab illo loco recederet. qui ſtatim nauigio fugam arripuit. ⁊ tranſiuit in Affricaꝫ.
in qua decepit inumerabiles populos. Et tunc incepit Machometus cōualeſcere tā
diuitijs ꝙꝫ potentia. ¶ Fuerunt autē alij ꝙꝫ plures magici Ariſtodemus: Aroes: Ar
phaxat: ⁊ ceteri qui aſtutijs illuſionibus. ſuaſionibus ac diabolicis pꝛauitatibus totam Ariſtodemus
chriſtianā religioneꝫ acriter perturbarūt. Scias ergo ꝙ demones quoꝛum miniſterio Aroes arpha-
omnia diuinationū ac ſupſtitionum genera fiunt. per maxime in huiuſmodi fantaſma xat. magici.
tibus delectantur. Cuius ratio in hoc eſt. Cum enim demones ſint obtenebꝛati culpa
atqꝫ in odio cōtra deum conſumati. valde appetunt illa in quibus deus maxime of-
fendit. Jdeo non mirū ſi continue in chriſtiana religione per fallatias demonum. nu
gatoꝛie artes ac noxie ſupſtitiones vbiqꝫ ſparguntur. Quia ꝓpter huiuſmodi pecca-
ta: chriſtianoꝝ anime cadunt in retiaculū diaboli. de quo Dauid in pſal. ait. Cadēt in
retiaculum eius peccatoꝛes. Jntelligunt pariter tales magici chriſtū: eccleſiā: ⁊ baptiſ
mum abnegaſſe imo pagani: apoſtate: ac inimici dei illico efficiuntur. Nec nō iram dei
grauiter in eternū incurrunt niſi eccleſiaſtica penitētia emēdati deo reconcilientur. hec
omnia clare patēt ꝑ Auguſtini verba que notant. xxvj. q. vij. Nō obſeruetis.

¶ Tres populi ad quos reducit vniuerſus oꝛbis. ſ.
paganoꝝ. iudeoꝝ ⁊ xp̄ianoꝝ: diabolicis illuſionibꝰ
fuerūt ſeducti. Et pꝛio. de paganis hoc ip̄m oñdit.

Ut plenioꝛ Jntelligentia huius tertie perſecutionis habeatur: Conſi-
derandum eſt ꝙ diabolus omnem aſtutiam atqꝫ oēs vires
ſuas acuit vt hoīes ad diuinationes ⁊ ſoꝛtilegia attrahere poſſit. quo facto. anima pec-
catrix laqueo diaboli compꝛehēſa efficitur ſentina omnium ſcelerum. quia mox om-
nibus delictis ianua aperitur ⁊ virtutibus clauditur. Et idcirco ſi diligentius ſcriptu
ras paganoꝝ iudeoꝛum ac chriſtianoꝛum luſtraueris. omnes mundi partes ac om-
nium gentium nationes huiuſmodi ſupſtitioſis vanitatibus ac magicis artibus. coꝛru
ptas ac viciatas reperies. ſuadente diabolo ⁊ permittente deo qui oculte ſerpit in mi-
rabilibus ſuis ⁊ cuius iudicia ſunt abiſſus multa. Hinc Yſidoꝛus in. viij. libꝛo. Ethy- Yſidoꝛus.
mo. cᵒ. ix. Jta inquit. Hec vanitas magicaꝝ artium ex traditione angeloꝛum maloꝛuꝫ
in toto terrarum oꝛbe plurimis ſeculis valuit ⁊ per quādam ſcientiam futuroꝛum ⁊ in
fernoꝛum ⁊ inuocationes eoꝛum inuenta ſunt aruſpitia augurationes ⁊ ipſa que di-

cuntur oracula ⁊ necromantia. hec Yſidorus. ¶ Sed videamus primo de paganis ſiue gentilibus apud quos artes magice ⁊ demonum fantaſmata floruerunt. Nam tota egiptus teſte Jeronimo mater eſt ydolatrie. Ibiq; diuinationes. vana ſtellarũ iudicia ⁊ ſcientia futurorum euentuum regnarunt diffuſis vbiq; ſceleribus. Et propterea egiptij depiauare conati ſunt miracula Moyſi vt patet Exo. vij. ⁊. viij. capitulis. Ubi dicitur ꝙ malefici Pharaonis regis egipti per incantationes egiptiacas. fecerunt ⁊ ipſi ranas ⁊ ſerpentes. ſicut Moyſes. Hinc Yſidorus. in. viij. libro. Ethymo. c°. ix. ita inquit. Nec mirum de magoꝝ preſtigijs quorum in tantum prodiere maleficioꝝ artes vt etiam Moyſi ſimillimis ſignis reſiſterent. vertentes virgas in dracones et aquas in ſanguinem. hec Yſidorus.

Egiptus mater ydolatrie.

Yſidorus.

¶ Et pariter apud Caldeos ⁊ Babilonios fuerunt Arioli ⁊ Augures ⁊ incantatores ſtudioſiſſimi. Unde Jeronimus in explanatione ſuper Yſaiam ad Euſtochiũ virginez libro. xiij. c. xlvij. in fine capituli dicit. Habuiſſe Babilonem omnez caldeam incantatoꝝ ⁊ Augurum ⁊ Arioloꝝ ⁊ Gazarenorũ ſtudium, quos nos aruſpices appellamus: Danielis prophete lectio probat. qui ad eorũ conſilium. cuncta reges Babilonios feciſſe cõmemorat. hec Jeronimus.

Caldei ⁊ Babilonij fuerũt incãtatores.

Jeronimus.

¶ Inſuper Urbs romana cum vniuerſo orbi dominaretur cunctis ſeruiebat erroribus. ⁊ cuz eſſet caput mundi. etiam omnium ydolorum erat caput. atq; falſorum deorum magiſtra. Non enim ſufficit romanis ꝙ omnium ꝓuinciarum ſimulacra in ſua vrbe haberent quin potius fere dijs ſingulis templa ſingula conſtruxerunt. vt daretur intelligi ꝙ a dijs omnium prouinciaꝝ. domini ac victores fuiſſent conſtituti. Et quia omnia ydola templum ibi habere non poterãt. ad maiorem ſue veſanie oſtentationem vnum templuz ceteris mirabilius in honorem omniũ deoꝝ erexerunt. q̃d pantheon dictũ eſt. a pan q̃d eſt totum ⁊ theos deus. In quo omnium ꝓuinciarũ ſimulacra per circuitum ſtatuerunt reſpicientia ydolum romanoꝝ verſis vultibus. Demum. romana ciuitas quãto per diaboluz fuit tenacius illigata tanto per chriſtũ eſt mirabilius abſoluta. Et que erat magiſtra erroris facta eſt diſcipula veritatis. vt inquit Leo papa.

Roma erat magiſtra erroꝝ ac falſitatum.

¶ Deinde Bactriana gens cultui ydolorũ ac magicis artibus valde fuit dedita ⁊ expoſita. Unde Zoroaſtes rex Bactrianoꝝ magoꝝ primus fuit. vt ſcribit Juſtinus abreuiator Trogi pompei in principio primi libri. Et Yſidorus in. viij. libro. Ethimo. cap. ix. Et Auguſtinus in. xxj. libro de ciuitate dei. c. xiiij.

Bactrianoꝝ genus magicis artibus ſuiebat.

¶ Amplius a Perſis diuinationes inuente ſunt. Hinc Auguſtinus in libro de natura demonum. dicit. ꝙ genus diuinationis a Perſis fertur eſſe allatum. Et Uarro dixit diuinationum quattuor eſſe genera. vt latius in eodem li°. ſcribitur.

A Perſis diuinatões ſũt inuẽte.

¶ Iterum Auguſtinus in dicto libro affirmat phitoniſſas a Phitonio apolline dictas ꝙ is auctor fuerit diuinandi. Et ꝙ Genethlaici appellati, ſunt propter natalitioꝝ conſiderationes dierum. Geneſes enim hominum ꝑ duodecim celi ſigna deſcribunt ſiderũq; curſus naſcentium mores. actus ⁊ euentus ꝑdicere conãtur. ideſt quis quali ſigno fuerit natus aut quem effectum habeat vite qui naſcit̃. Hi ſunt qui vulgo mathematici vocant̃ cuius ſupſtitionis genus conſtellationes latini vocãt, ideſt. notationes ſiderum q̃uo ſe habeant cũ quiſq; naſcitur. hec Augu. Que verba etiam notantur preciſe ab Yſidoro in. viij. libro. Ethimo. cap. viij. Et pariter habent̃. xxvj. q. iij, igitur genus.

Phitones a Phitonio apolline dĩr.

¶ Etiã Democritus philoſophus artem magicã ampliauit. quãdo et Hippocrates medicine diſciplina efflouit. teſte Yſidoro. in. viij. li°. Ethi. c. ix.

Democritus artẽ magicam ampliauit.

¶ Preterea Aſſirij in ſciẽtia diuinationũ ⁊ aliaꝝ artiũ magicaꝝ fuerũt valde intẽti. Unde Yſido. vbi ſupra dicit ſic apud aſſirios aũt magice artes copioſe ſunt teſtãte Lucano. Qui noſcere fibra facta queat. Quis prodat aues. quis fulgura celi. ſeruet ⁊ aſſiria ſcrutet̃ ſidera cura. hec Yſido.

Aſſirij magicis artibus intenti.


¶ Proinde Phriges auguria auiuz primi inuenerũt. ¶ Et pariter Mercurius dicit̃ primus preſtigiũ inueniſſe.

Preſtigium aũt dicit̃ quod pſtringat aciem oculoꝝ. ¶ Etiaꝫ auruſpicine artem pri mus hetruſcis tradidiſſe dicitur quidaꝫ Tages. Hic exanimis auruſpicinã dictauit ⁊ *Tages.* poſtea non apparuit. quos libros romani ex hetruſca lingua in ꝓpriam mutauerunt, vt Auguſtinus ⁊ Yſidorus teſtantur. ¶ Nota ꝙ Iſidorus fere totum illud capitulũ nonum octaui libri Ethimologiaꝝ ab Auguſtino ſubripuit. ¶ In gentilium quoqꝫ *Nõ ꝺ Circe ma* libris legitur de Circe maga ꝙ mira plurima egerit. Unde Yſidorus vbi ſupra dicit *ga famoſiſſima.* ſic. Fertur ⁊ quedaꝫ maga famoſiſſima que ſocios vlixis mutauit in beſtias. Legitur ⁊ de ſacrificio qꝺ Archades deo ſuo liceo imolabat. ex quo quicunqꝫ ſumerent in be- *Archades mag⁹* ſtiarum formas conuertebantur. Hinc apparet non eſſe in totum dubium qꝺ nobilis ille poeta ſcripſit de quadã femina que magicis artibus excellebat. Hec inquit ſe carminib⁹ ꝓmittit ſoluere mẽtes. Quas velit aſt alijs duras imittere curas. Siſtere aquã fluuijs ⁊ vertere ſidera retro. Nocturnos ciet manes: mugire videbis. Sub pedibus terram ⁊ deſcendere montibus hornos. hec Iſidorus. ¶ Nota ſecũdum Auguſtinuꝫ ꝙ hec omnia magicis pſtigijs potius fingebant̃. ꝙ rerum veritate cõplerent̃. ¶ Hinc Lactantius gẽtilium ac paganorum inſcipiẽtiam obiurgans. acerrime cõtra eos inue *Lactãtius redar* hit in ſcꝺo libro diuinarum inſtitutionũ. c. ij. ſic dicens. Iuuat velut in aliqua ſublimi *guit errores gen* ſpecula conſtitutum vnde vniuerſi exaudire poſſint Perſianum illud proclamare. *tilium.* O curue in terras anime ⁊ celeſtiũ inanes celum potius intuemini ad cuius conſpectuꝫ excitauit vos artifex veſter deus. Ille vobis ſublimẽ vultum dedit. vos in terrã curuamini. vos altas mẽtes ⁊ ad parẽtem ſuum cũ corporibus ſuis erectas ad inferiora deprimitis tanꝙ vos peniteat nõ quadrupedes eſſe natos. Fas non eſt celeſte animal cum terrenis in terraqꝫ vergẽtibus adequari. Quid enim vos beneficijs celeſtibus orbatis proniqꝫ in humum veſtra ſponte procũbitis? Humi enim miſeri voluptamini. cum deorſum queritis quod in ſublimi querere debuiſtis. Et iterũ ibidem: Ita ſubiungit. ¶ Nam iſta mortaliũ digitoꝝ ludicra ⁊ fragilia figmẽta ex quolibet materie genere formata. quid aliud ſunt niſi terra ex qua nata ſunt? Quid ergo rebus inferioribus ſubiacetis? Quid capitibus veſtris terram ſupponitis? Cum ergo vos terre *Lactantius.* ſubmittitis humilioreſqꝫ facitis. ipſi vos vltro ad inferos mergitis ad mortẽqꝫ damnatis. quia nihil eſt terra inferius ⁊ humilius niſi mors ⁊ inferi: que ſi effugere velletis. ſubiectam pedibus veſtris terrã contemneretis corporis ſtatu ſaluo. qꝺ idcirco receuꝫ accepiſtis quo oculos atqꝫ mentem cũ eo qui fecit conferre poſſetis. hec Lactãti⁹. Ex dictis patet quantum diabolus gentilium ac paganorum populos magicis artibus illuſerit.



¶ Populus hebreorũ ſtimulis diabolicis depꝛauat⁹ ydola coluit. Et ꝙ ad magicas vanitates fuerit ꝓnus ac valde iclinatus.

Judaicus populus Diabolicis ſuaſionibus depꝛauatus totus ingratus verum deum dereliquit. vt ydolis imolaret. Nam tam furibunda rabie ad ydolatrandum ferebatur vt congregatus aduerſus Aaron dixerit vt patet Exodi. xxxij. caplo. Surge fac nobis deos qui nos precedant. Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de terra egipti ignoramus quid acciderit. Profecto peruerſa voluntas ⁊ impetuoſa duricies idolatrandi fuit illi populo. Quod patet triplici ratione. ¶ Primo quia furibundus ⁊ impaciens expectare non potuit quadrageſſimam diem vſqꝫ quo Moyſes iuxta promiſſa eius *Prima ratio.* a monte Sinai deſcenderet. ſed congregatus aduerſus Aaron deos alienos ſibi fieri

poſtulauit. ¶ Secundo oſtenditur peruerſa ⁊ ingrata illius populi voluntas eo ꝙ
Secunda ratio. non ſolū in viris. deſiderium perpetrandi delictum fuit. ſed etiam in vxoribus ⁊ filijs
ac filiabus. qui tam prompte ſua p̄cioſa ornamenta ſcilicet inaures aureas pro fabri-
catione vituli tradiderunt. ¶ Tertio probatur illius populi intētio peruerſa ⁊ accen-
Tertia ratio. ſa ad peccandum. quia cum vidiſſent ad oculum tam alta prodigia. ⁊ tam inaudita mi
rabilia que fecerat deus per Moyſen in exitu eorūdem de ſeruitute egiptiaca. ꝓpter
hoc nō deſtiterunt a malitia ſua. ſed omnium immemores. ingrati. obdurati. ⁊ quaſi in-
conuertibiles facti. ſuam proſecuti ſunt rabiem. O q̄ȝ grandia miracula in exitu eorū
de egipto facta ſunt. Nam dominus precedebat eos ad oſtendendam viam. nec vnq̄ȝ
defuit columna nubis per diem. nec columna ignis per noctem coram toto populo.
Joſephus yſto- vt habeť Exodi. xiij. caplo. ¶ Et nota ꝙ Joſephus yſtoricus hebreus in ſecūdo libro
ricus hebreus. antiquitatis iudaice. caplo. x. in fine capituli. deſcribit quanta fuerit illa multitudo fi-
liorū Jſrael quādo egreſſa fuit ab egipto. ſic dicens. Omnis itaq̄ȝ multitudo mulie-
rum pariter ⁊ infantiū egreſſorum de egipto cōſiderantibus ineſtimabilis erat. qui ve
Numer⁹ filiorū ro etatem habebāt aptam ad expeditum. ſexcenta milia fuerūt. reliqueruntq̄ȝ egiptū.
Jſrael quātus menſe xantico ideſt Aprili luna. xv. poſt annos. xxx. ⁊. cccc. q̄ȝ pater noſter Abraam ve-
fuerit. niſſet in chananeam. Poſt Jacob auteȝ aduentum in egipto. anno. ccv. Moyſes au-
tem erat quideȝ anno iam. lxxx. Frater auteȝ eius Aaron tribus annis maior extabat.
Portabant etiā oſſa Joſeph dum hec ille ſuos filios facere precepiſſet. hec Joſeph⁹.
¶ Sed quantus fuerit exercitus egiptiorū ꝑſequentium hebreos. Jdē oſtendit in. c⁹.
Numerus egi- ſequēti eiuſdem libri. vbi ſic ait. Egiptij ad prelium parabanť ⁊ multa virtute ꝑſecuti
ptiorū ꝑſequētiū cōcluſerant eos in paruulo quodam loco. Sexcenti enim currus eos perſequebanť. et
hebreos. equites quinquaginta milia. ⁊ ducenta milia pariter armatorū. Et itinera quidem clau-

ſerunt quibus hebreos fugere iudicabāt. inter rupes intrāſgreſſibiles eos ⁊ mare clau
dentes. vbi terminať mons ex aſperitate viarum nimis immenſus. Et fugam eis peni-
tus amputātes. egreſſum eis ad campeſtria denegarūt. Non itaq̄ȝ tollerabāt obſeſſio
nis modum hebrei propter egeſtatē neceſſariorum. neq̄ȝ fuge facultatem habētes. ar-
miſq̄ȝ priuati qui licet ſi pugnare vellēt eis ſpes rerū omniū amiſſa videreť. niſi ſemet
Hebrei inculpāt ipſos traderēt voluntati egiptiorū. His ita factis Moyſen in omnibus culpabāt obli
Moyſen. tiq̄ȝ ſignorum que eis fuerāt a deo pro ſua libertate monſtrata vſq̄ȝ ad hoc venerunt
vt etiam ꝓphetam qui eis ſalutis dona promiſerat pro incredulitate lapidibus nite-
rentur obruere. ſeq̄ȝ egiptijs tradere cogitarent. eratq̄ȝ luctus ⁊ gemitus mulierum ⁊
infantiuȝ ante oculos habētium mortem montibuſq̄ȝ ſe ⁊ mari claudentibus ſimul et
hoſtibus ⁊ fugam nullatenus ex iſtis inuenientibus. Moyſes autem licet eſſet in eum
exaſperata multitudo. ipſe tamē circa prouidētiam eorum nō ceſſabat. ſed hec omnia
Moyſes horta iactabat in deuȝ. hec Joſeph⁹. ¶ Stans ergo Moyſes in medio multitudinis ꝑ pul
tur populum. ere hortabatur populū ad fiduciā habēdam in domino. Et poſt multa teſte Joſepho
ita inquit. Nolite ergo egiptiorū arma metuere nec quia mare ⁊ poſteri montes viam
Joſephus. fuge prohibēt ꝓpterea ſalutis ſpacia deſperare. fient enim vobis hec quaſi campi. dei
prouidētia ⁊ pelagus conuertetur in terram. Cumq̄ȝ hec dixiſſet. ducebat eos ad ma
re egiptijs intuētibus. Erant enim e diuerſo poſiti ⁊ labore ꝑſecutionis affecti. in cra-
ſtinum differre prelium vtile fore credebāt. Dum vero Moyſes perueniſſet ad litus
Moyſes petit ſumens virgā rogabat deum ⁊ auxiliatorē atq̄ȝ adiutorē inuocabat dicens. Neq̄ȝ tu
diuinū auxiliū. quideȝ ignoras quia effugere nobis mala p̄ſentia nec fortitudine nec auxilio licet hu-
mano. ſed tu prebe aliquod ſalutare exercitui tua volūtate egiptuȝ relinquēti. Tuum
eſt enim nos eripere quia nunc omni ſpe ⁊ conſilio deſolati ad tua ſolius ſubſidia
conuolamus. Et quicquid ex prouidētia tua nobis acceſſerit. quod nos ab egiptioruȝ

ira liberare nunc poſſit inſpiciamus. velociter qꝫ tuam nobis oſtende virtutem ⁊ populum deſperatione ruētem in peius ad ſecuritatem dignare ⁊ ad fiduciam pietatis perducere. ¶ Talia ſiquidez cum oraſſet. percuſſit virga mare. quod repente percuſſione inciſum et in ſe diuiſum. terram reliquit nudā. vt hebreis via eſſet ⁊ fuga: Moyſes autem videns ad deſtinationem dei ⁊ pelagus ceſſiſſe eis propriaꝫ terram primus intrauit ⁊ hebreos diuino itinere facto propter periculum preſentiuꝫ hoſtium ſequi ſe precepit. Qui delectabanť in hoc agebātqꝫ deo gratias. Cum feſtinatione igiť pergētes velut ſibi p̄ſente deo veſanos quidem egiptij primitus iudicabant ⁊ tanq̄ꝫ ad interminationeꝫ manifeſte mortis intentos. Cum vero vidiſſent eos illeſos abire. nullū impedimentum eis nec difficultatem aliquaꝫ obuiare. perſequi eos aggreſſi ſunt tanq̄ꝫ ⁊ illis pelagus ita quietuꝫ exiſteret. Precordinātes ergo equos ingrediebať totus exercitus in mare. Hebrei vero illis ſe armātibus atqꝫ tardātibus ad terram contra poſitam peruenerunt ſine aliqua paſſione illos effugientes. ¶ Quapropter illi audaciores effecti perſequebanť tanq̄ꝫ nec ipſi aliquid eſſent paſſuri. Dum ergo egiptiorꝫ exercitus omnis in mare intraſſet. rurſum effuſuꝫ eſt ⁊ deſcendens ventorꝫ procella omnes egiptios comprehēdit ymbreſqꝫ ſimul ⁊ tonitrua valde grauiſſima. e celo deſcēderūt. corruſcationeſqꝫ lampadātes nihilqꝫ fuit rerum eueniētum p iram dei ad pditionem hominum qui eis nimie tunc non acceſſit. Nox caliginoſa inſuper ⁊ fluctuoſa apprehendit. Et iſti quidem ita ſunt pditi vt nemo ex eis relinqueretť. Hebrei vero neqꝫ retinere poterant gaudiū inopinabilis ſue ſalutis ⁊ hoſtium pditione firmiſſime libertatis. quādo defecerunt q eos ſeruire cogebant deumqꝫ ſic aperte ſuum adiutorē inſpiciebant. hec Joſephus. ¶ Sed ne aliquis ſup tam grandi miraculo dubitare preſumat Joſephus in fine eiuſdeꝫ capituli teſtatur ꝙ etiam Alexandro regi Macedonie potentiſſimo ⁊ eis qui cum eo aderant. mare pamphilicū diuiſum eſt. ⁊ cum aliud nō eſſet iter trāſitum p̄buit eis. volente deo p Alexandruꝫ deſtruere principatuꝫ Perſarum. Et ſicut ibideꝫ Joſephus ſubiungit. hoc ꝯfitentur omnes qui actus Alexandri cōſcripſerunt. ¶ Hec igitur dixerim ad maiorē euidentiam noſtri propoſiti. vt quāta fuerit illius populi ingratitudo apertius videatur. Jtaqꝫ poſt dicta ⁊ alia q̄ꝫplurima prodigia que fecit dominus p manum Moyſi in deſerto Synai filij Jſrael omniū immemores deum verꝫ abnegarūt vitulum aureū adorando. Et ꝙ durius eſt illa tā alta beneficia que dominus fecit ⁊ oſtēdit eis nō erubuerunt ydolo attribuere. dicētes. Hi ſunt dij tui qui te eduxerunt de egipto. vt diciť Exodi. xxxij. c°. Jdcirco vidēs deus tam apertaꝫ totius ingratitudinis pfidiam. dixit ad Moyſen Cerno ꝙ populus iſte dure ceruicis ſit. dimitte me vt iraſcať furor meus cōtra eos faciāqꝫ te ingētē magnā. quaſi dicat. Durus valde ⁊ igratus eſt nec ad ſuſcipiēdaꝫ correctionē diſpoſitus.

¶ Amplius ꝙ filij Jſrael eſſent proni ⁊ inclinati ad peccata idolatrie liquet ad purum. ex eo ꝙ ſerpētem Eneum queꝫ fecerat Moyſes vt a morſibus ſerpentum ſaluarentur longo tempore adorarunt ymolantes ei ſcilicet vſqꝫ ad tempora Ezechie regis ſanctiſſimi. qui omni virtute qua potuit cultuꝫ idolatrie deſtruxit. Unde. iiij. Reg. xviij. c°. diciť ꝙ ipſe diſſipauit excelſa ⁊ cōtriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucos. Serpētē quoqꝫ eneum quē fecerat Moyſes confregit. eo ꝙ filij Jſrael vſqꝫ ad illud tempus adolebant ei incenſum quia in aſpectu illius ſanati fuerant a morſibus ſerpētum. vt habetur. Nume. xxij. c°.

¶ Demum ſcias ſub breuibus ꝙ non ſolum populus Jſrael multis varijs modis peccato ydolatrie fuit depravatus ſed etiaꝫ omnes reges Jſrael ⁊ Juda. tribus exceptis iſto ſcelere fuerūt cōtaminati. Unde Eccleſia. xlix. c. diciť ſic. Preter Dauid Ezechiam ⁊ Joſiā. omnes peccatū cōmiſerunt. que verba itelligēda ſunt de peccato ydo-

Moyſes percutit mare: ⁊ diuidiť.

Filij Jſrael ambulāt ſicco pede.

Exercit° egiptiorū rabidis inuolviť vndis ⁊ perijt.

Mare pāphilicuꝫ cedit Alexādro.

Hebrei ingrati adorant vituluꝫ.

Hebrei adorant ſerpētem eneuꝫ.

Reges hebreorꝫ fuerūt ydolatre.

latrie. quia clarum eſt ꝙ nec Dauid nec Ezechias fuerunt mundi a quibuſdam pec-
catis. vt patet de Dauid in pleriſqꝫ locis diuinarum ſcripturaruꝫ. ſignanter in ſcdo
libro Re. xj. ⁊ xij. ca. Et de Ezechia. iiij. Re. xx. c°. Et ſcdi parlipo. xxxij. c°. vbi dicitur
ꝙ Ezechias non iuxta beneficia que acceperat retribuit quia eleuatum eſt cor eius.

Salomon venerat ydola.


Quid plura ſuper huiuſmodi malitia populi hebreoruꝫ replico: Cum ⁊ Salomō om
nium ſapiētiſſimus. ſeductus blandicijs femineis factus eſt ſtultiſſimus ſic, vt genua
ydolis incuruaret? Ideo. iij. Reg. xj. caplo. ſic de eo dicitur. Cum iam eſſet ſenex de-

Jeronimus.

prauatum eſt cor eius per mulieres vt ſequeretur deos alienos. Hinc Jeronimus ad
mirans inſcipiētiam. ⁊ pariter mentis cecitatem illorum qui ydola muta: ſurda: ⁊ ceca
adorant. In explanatione ſuper Micheaꝫ ꝓphetam ad Paulaꝫ ⁊ Euſtochiū. li°. 2°.
c°. v. ſuper illo verbo Michee. Diuinationes nō erunt in te ⁊ perire faciam ſculpti-
lia tua ⁊ ſtatuas tuas de medio tui. Ita inquit. Infelix humana conditio ⁊ inſcipien-
tie plena erroris. Scit de ſuo ſenſu dogmata eſſe compoſita. nō ignorat a ſe eſſe ydolū
ſimulatuꝫ. ⁊ pro deo adorat opera manuum ſuaꝝ. ⁊ curuatur homo vt deceptus deci-
piat. hec Jeronimus.

¶ Quia ergo Judaica perfidia culture ydoloruꝫ. ſuperſtitionū ac diuinationuꝫ erat
valde prona: Ideo Moyſes illius populi legiſlator. ſepius in ſcriptis ſuis admonet

Moyſes hortatur filios Iſrael ad cultuꝫ vnius veri dei.



cunctos precatur vniuerſos vt ab huiuſmodi turpitudinibus abſtineāt. Unde Leui-
tici. xix. c°. ait. Non declinabitis ad magos nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini vt po-
luamini per eos. Ego dominus deus veſter. Et de vterono. xviij. c°. dicitur ſic. Cum
ingreſſus fueris terram quā dominus deus tuus dabit tibi caue ne imitari velis ab-
hominationes illaꝝ gentium. nec inueniatꝰ in te qui luſtret filium aut filiā ducens per
ignem. aut qui Ariolos ſciſciteꝰ. aut obſeruet ſomnia atqꝫ auguria: Ne ſit maleficus:
aut incantator. neqꝫ phitones cōſulat nec diuinos. ⁊ querat a mortuis veritatem. Om
nia enim hec abhominatꝰ dominus ⁊ ꝓpter iſtius modi ſcelera delebit eos in introitu
ſuo. hec ibi. Taceo plura que Moyſes ſuper hac veſania diuinationuꝫ in ſcripturis
ſuis dicit. Hec vero pauca dicta ſunt vt pateat euidēter quātum horreat deus omneꝫ
ſupſtitionē ⁊ ꝙ populus iudaicus in huiuſmodi miſeria. erat pronus ⁊ inclinatus.

¶ Qualiter criſtiana religio a principio naſcētis eccleſie ſemꝑ
vanis ſupſtitionibꝰ a tortuoſo ſerpēte. acerrime tribulata ac
perſecuta fuit. Et declarantꝰ viginti errores quibus a diabo
lo illaqueantꝰ chriſtianoꝝ anime.

Poſtq̄ꝫ dominus Jeſus chriſtus verus paſtor ac redemptor no
ſter poteſtatē antique dominationis ab aduer
ſario ſalutis noſtre in toto mūdo abſtulit. tunc ille velut rabidus ac fremens acriori in
uidia ꝓmotus ſacros greges ouium xp̄i ſine vlla requie circuire nō deſinit. vt ſi quas
reperiat oues negligētius euagātes. per vana deſideria rerū ſecularium ꝑ ꝓcliuia vo
luptatum ⁊ deuera luxurie in diuerſoria mortis inducat. Inflāmat itaqꝫ iras. inſpirat
inuidiā. ſeminat iurgia. nutrit odia. acuit cupiditates. irridet ꝯtinentiam. incitat gulā.
Et ne peccatrix anima cōprehendere poſſit aut tenere veritatem. artes ſophiſticas. ꝓſi
dia ſortilega. vanas ſupſtitiones diuinationū. in oculos xp̄ianoꝝ impingit. vt cunctos
ſpecie lucis fallat. ⁊ tandeꝫ eos ad inferos mergat. Et idcirco nota viginti errores va-

Nō. xx. errores qbꝰ dehōeſtatꝰ tota xp̄iana religio.

nos et ſupſtitioſos in quibus diabolus valde delectatur. ⁊ quos ſpargere conatꝰ per
omne corpus eccleſie. quia ꝑ eos maxime offenditur deus ac dehoneſtatꝰ tota xp̄iana
religio. eo ꝙ directe opponuntur diuino cultui vnius veri dei. ⁊ ad purum abnegant

primum preceptum diuine legis.quo dicitur.Exodi.xx.c°. Non habebis deos alienos coram me.

Primus Error quo ſeducunt chriſtianorum anime eſt illoru3 qui ſuadente diabolo ſuperſtitioſam reuerentiam exhibent alicui creature.vt puta.ſoli: vel lune vel ſtellis.ſiue colligendo herbas flexis genibus.vel vt facere ſolent vſurarij qui aperiendo archam pecuniaru3 ſiue marſupium nūmis exhibent reuerentiam.dicētes.pecunie obediunt omnia,de quib⁹ apoſtolus ait,Auaritia eſt ydolorum ſeruitus.Omnes ſimiles ſunt ydolatre.Quia ſ3 Thomā in ſcda ſcde.q.xciiij.ar°.prio. Ydolatrare nil aliud eſt q̄3 exhibere diuinum cultum cui non debetur exhiberi.Soli aute3 deo cultus latrie exhibēdus eſt ratione creationis ⁊ gubernationis, Et ideo ydolatria nil aliud eſt q̄3 latriam:ideſt,cultum dei alicui creature exhibere. ¶ Et ſcias ſecundum Thoma3 ibidem.ar.iij.in reſpōſione ad primū ⁊ ſecūdum argumentum q̄ ydolatria p̄ſupponit interiorem infidelitatem ⁊ addit exterius debitū cultum.mēdatium pniitioſum ⁊ includit,magnam dei blaſſemiā.Et eſt omniū peccato:ū grauiſſimum. Ratio tante grauitatis huius peccati.aſſignat a Thoma in eodem articulo vbi ſic ait.Sicut enim in terrena re publica grauiſſimū eſſe videtur q̄ aliquis honorem regiū alteri impēdat q̄3 vero regi.quia quantū in ſe eſt totum rei publice perturbat ordine3.ita in peccatis que contra deū cōmittuntur que ſunt maxima.grauiſſimum videtur.q̄ aliquis honorē diuinum creature impēdat quia quātum eſt in ſe facit alium deum in mūdo minuēs principatum diuinū.hec Tho. ¶ Sed contra videt q̄ non ſit peccatum exhibere reuerētiam adorationis alicui creature.⁊ arguitur ſic. Illud q̄ vera fides approbat non eſt peccatum.ſed vera fides in diuino cultu approbat adorationem quarūdam ymaginum que ſunt res queda3 materiales.ergo non videt peccatum adorare vel exhibere reuerētiam quibuſcū3 creaturis. Pro reſponſione nota ſub breuibus ſm Thomam in tertia parte.q.xxv.ar°.iij.in reſponſione ad ſecūdum argumētum.q̄ duplici ratione gentiles vel pagani erant ydolatre. ¶ Prio q̄a adorabāt imagines ipſas vt res quaſda3 credentes in eis aliquid veritatis eſſe vel numen aliquod ꝓpter reſpōſa que dabant ⁊ alios huiuſmodi effectus mirabiles. ¶ Secundo ꝓpter res quaꝝ erāt imagines.Statuebant eni huiuſmodi imagines aliqbus creaturis quas in eis veneratione latrie venerabant.ꝓpter q̄d apoſtolus ad Ro.j.c. dicit,Cōmutauerūt gloriā icorruptibilis dei in ſimilitudinē imaginis corruptibilis hominis ⁊ volucru3 ⁊ quadrupedū ⁊ ſerpentum. Nos aūt xp̄iani adoramus vt dicit ibi Tho. Imagine3 xp̄i adoratione latrie qui ē verus deus nō ꝓpter ipſam imaginē.ſed ꝓpter rem cuius eſt imago, Nec credimus in ipſis imaginibus aliq̄d numen eſſe ſicut illi credebāt. ¶ Iterum.S.Tho.in ſa ſe.q.xciiij.ar°.2°.in reſpōſione ad primū argumētum.dicit.q̄ in eccleſia imagines nō inſtituunt vt eis cultus latrie exhibeat ſed ad quāda3 ſignificationē.vt p huiuſmodi imagines mētibus hoīum imprimat ⁊ ꝯfirmet fides de excellētia angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ.Secus autē eſt de imagine xp̄i,cui ratione diuinitatis latria debet.hec Tho.Et ſic patet de primo errore,

Primus error. — Sanctus Tho. — Quid eſt ydolatria. — Sanctus Tho. — Idolatria ē grauiſſimū omniu3 peccatoꝝ. — Queſtio. — Sanctus Tho. rn̄det qōni. — Nota de adoratiōe imaginum. — Sanctus Tho.

Secundus Error quo illaqueant a diabolo xp̄ianoꝝ anime eſt queda3 ſpecies diuinatiōis que dicit p̄ſtigium.qua oculi hoīum p̄ſtringūtur quibuſda3 apparitiōibus ſe aſpectui vel auditui hoīum ingerētes ad prenūtiandū futura vt dicit.S.Tho.in ſa ſe.q.cv.ar°.iij.Vel p̄ſtigium eſt illuſio demonis que nō h3 cauſam ex parte mutatiōis rei ſed ſolū ex parte cognoſcētis qui deludit ſiue quātum ad interiores ſenſus ſiue quantū ad exteriores.Unde dr̄ ſm Yſido.a preſtringo.q: aciem oculoꝝ preſtringit.Fit aūt talis illuſio trib⁹ modis. ¶ Primo qde3 artificialiter abſq3 demonis auxilio ſic̄ fit.p Ioculatores ſola agilitate manuū. ¶ Se-

Secūdus error eſt p̄ſtigium. — Sanctus Tho. — Yſidorus.

Tribus modis illudunẗ ſenſus hominis.

cũndo fit etiam naturaliter ſine virtute demonis. ſed quarũdam rer naturaliũ virtute que habẽt occultã efficatiaꝫ ad ꝓducendum ſimiles effectus. vnde quedã herba acceſa fumigans facit trabes apparere ſerpẽtes. Vide pulcra notabilia ſup hac materia que dicit. S. Tho. in prima pte. q. cxiiij. vbi querit. vtrũ demones poſſint hoies ſeducere ꝑ aliqua miracula vera. ¶ Tertio illudunẗ ſenſus hoi̇s ꝑ demones multis modis. ſic deo ꝑmittẽte. aliqñ artificialiter ⁊ qñqꝫ naturaliter. Qñqꝫ vero in corporibus aſſumptis. vel turbãdo organum viſus vel trãſmutãdo res ſenſibiles. vt latius Tho. diſerit. Nota ꝙ hoc genus diuinationis Mercurius dr̃ primus inueniſſe vt ingt Yſidorus in. viij. lib. Ethimo. c. viiij. hec de ſecũdo errore.

Mercurius primus diuinator.

Tertius error.

Tertius Error quo illuduntur chriſtianorũ anime a diabolo eſt illa ſpecies diuinationis que fit per ſomnia: que ꝓprio nomine vocatur diuinatio ſomniorũ. Scias ergo ꝙ non debet homo eſſe facilis ad iudicãdum de ſomnis quia cauſe ſomniorũ ſunt varie ac diuerſe quoꝝ iudicium eſt difficile. volo dicere ꝙ pauci ſunt qui ſciant a quibus cauſis ꝓueniunt ſomnia. Et ideo Eccleſiaſtici. xxxiiij. c. dicitur. Multos enim errare fecerũt ſomnia ⁊ exciderunt ſperantes in illis. ¶ Nam quãdoqꝫ proueniũt ſomnia ex nimia repletione ſtomachi vel cibi vel potus. Aliquando ꝓpter indiſcretam abſtinẽtiam. Qñqꝫ ꝓpter aſſiduas cogitatões. quandoqꝫ autẽ ꝓueniunt illuſione demonum. Unde Eccleſiaſtes. v. c. vbi multa ſunt ſomnia plurime vanitates ⁊ ſermones innumeri. Aliquãdo cauſanẗ ex reuelatione diuina. Et propterea ille Sanctus Joſeph patriarcha. Geñ. xxxvij. ca. dixit fratribus ſuis. Audite ſomnium meũ quod vidi. Et iterum ibidem dicitur. ꝙ aliud vidit ſomniũ quod narrans fratribus ait. Vidi per ſomnium quaſi ſolem ⁊ lunam ⁊ ſtellas. xj. adorare me. que omnia erãt ꝓphetice viſiones prenũciantes exaltationem ſuaꝫ. ¶ Hinc Sanctus Tho. in ſcd̃a ſcd̃e. q. xcv. ar. vj. vbi querit. vtrũ diuinatio que fit per ſomnia ſit licita. Pulcre oſtendit quid verũ ſit circa precognitionẽ futurorum de ſomnijs ſic dicens. Sciendum eſt ꝙ ſomniorũ cauſa eſt duplex. ſ. interior ⁊ exterior. Interior autem cauſa eſt duplex vna quidem animalis inquãtum. ſ. ea occurrũt hominis fantaſie in dormiendo. circa que eius cogitatio ⁊ affectio fuit imorata in vigilando. ⁊ talis cauſa ſomniorum nõ eſt cauſa futurorũ euẽtuum. Unde huiuſmodi ſomnia ꝑ accidens ſe habẽt ad futuros euẽtus. ⁊ ſi quãdoqꝫ ſimul concurrant erit caſuale. Quandoqꝫ vero cauſa intrinſeca ſomniorum eſt corporalis. Nam ex interiori diſpoſitione corporis formatur aliquis motus in fantaſia cõueniens tali diſpoſitioni. ſicut homini in quo habũdãt frigidi humores occurrũt in ſomnijs ꝙ ſit vel in aqua vel in niue. ⁊ ꝓpter hoc medici dicunt eſſe intendendũ ſomnijs ad cognoſcẽdum interiores diſpõnes. ¶ Cauſa aũt ſomnioꝝ exterior. ſimiliter ẽ duplex. ſ. corpalis ⁊ ſpũalis. Corporalis qdẽ inquantũ imaginatio dormientis imutaẗ vel ab aere cõtinenti. vel ex impreſſione celeſtis corporis. vt ſic dormienti alique fantaſie appareant cõformes celeſtium diſpoſitionum. Spiritualis aũt cã. eſt qñqꝫ qdẽ a deo q miniſterio angeloꝝ aliqua hominibꝰ reuelat i ſomnijs. ſm illud Nume. xij. c. Si qs fuerit inter vos propheta dñi in viſione apparebo ei vel per ſomniũ loquar ad illũ. Quãdoqꝫ vero opatione demonũ alique fantaſie dormiẽtibus apparẽt. ex quibus qñqꝫ aliqua futura reuelant his qui cuꝫ eis habent pacta illicita. Sic ergo dicendũ ꝙ ſi quis vtaẗ ſomnijs ad ꝓcognoſcenda futura. ſm qͦ ſomnia ꝓcedunt ex reuelatione diuina vel ex cauſa naturali intrinſeca ſiue extrinſeca quantũ poteſt ſe virtus talis extendere. nõ erit illicita diuinatio. Si aũt huiuſmodi diuinatio cauſeẗ ex reuelatione demonũ. cum quibus pacta habenẗ expreſſa q: ad hoc inuocantur. Vel tacita q: huiuſmodi diuinatio extẽditur ad qͦ ſe nõ poteſt extendere. erit diuinatio illicita ⁊ ſuperſtitioſa. hec Thomas. Et ſic patet de tertio errore.

Somnia proueniunt a diuerſis cauſis.



Sanctus Tho.

Duplex cauſa ſomnioꝝ.

De cauſa intrinſeca ſomnioꝝ.

Cauſa exterior ſomnioꝝ.

Nota.



Quartus Error quo fallunt a diabolo chriſtianorum anime eſt illa ſpēs diui nationis que dicit Nigromātia. hec diuinatio ſm Thomam in ſa ſe. q. cv. ar. iij. fit per mortuorum aliquorum apparitionē vel locutionē. Quando demo nes inuocati pnunciant futura nō quod vere ſuſcitēt mortuos ſed opere demonū videntur aliqui ſuſcitati. et talis diuinatio dr ſtricte nigromantia. Unde Iſidorus in. viij. lib. ethi molo. c. ix. dicit ſic. Necromātij ſunt quorum pcantatiōibus videntur reſuſcitati mortui. di uinare et ad interrogata reſpōdere. Necron enim grece mortuus. mātia diuinatio nū cupat. ad quos ſuſcitādos cadaueri ſanguinis adijcit. Nam amare demones ſangui nem dicunt. Ideoqꝫ quotiēs necromātia fit cruor aqua miſcet. vt color ſanguinis fa cilius puocētur. hec Iſidorus. Hanc diuinationis ſpēm abbominatur dñs. vñ Deute rono. xviij. c. Nō inueniatur in te qui querat a mortuis veritatē oīa enim hec abbominatur dñs. hec ibi. Ratio quare ſimilia horreat deus eſt qꝛ talis inqſitio initit auxilio demo num. Iſto errore fuit ſeductꝰ rex Saul de quo legimꝰ. j. Re. xxviij. c. Nō timēs agmi na philiſtinorum que ad bellū cōtra filios iſrael erāt pparata. Cōſuluit dñm q nō rñdit ei neqꝫ p ſomnia neqꝫ p ſacerdotes neqꝫ p pphetas. iō qſiuit phitoniſſaꝫ vt ſciſcitaret quid in tanto diſcrimine acturꝰ eſſet. Hinc Aug. redarguēs hoc factū Saulis cuiꝰ ver ba notant. xxvj. q. v. Nec mirū. ita inquit. Tāta hebetudine demēs effectꝰ eſt Saul vt ad phitoniſſaꝫ cōfugeret. Deprauatus enim cauſa peccati ad hoc ſe cōtulit qd dānaue rat. Sed ſi quis pter hiſtoriā ea que verbis expreſſa ſunt putet nō ptermittēda. ne ra tio hiſtorie inanis ſit. recte facit quidē ſi tñ iſtud minime ad veri rationē rapiat ſed ad viſum et ad intellectū Saulis. Neqꝫ enim reprobus factus bonū intellectū poterat ha bere. Hiſtoricus enim mētem Saulis et ſtatū Samuelis deſcribit et ea que dicta et viſa ſunt. exprimēs ptermittēs ſi vera an falſa ſint. qui ait. Audiēs in quo habitu eſſet excita tus. intellexit inquit hunc Samuelem eſſe. quid intellexerit retulit. Et quia non bene in tellexit. contra ſcripturā alium adorauit quam deum et putans Samuelē adorauit diabo lum vt fructum fallatie ſue haberet Sathanas. Ad hoc enim nititur vt adoret qua ſi deus. Si enim Samuel illi vere apparuiſſet non vtiqꝫ vir iuſtus pretermiſiſſet ſe adorari qui predicauerat dominū ſolum eſſe adorandū. Et quomodo homo dei qui cum Abraā in refrigerio erat diceret ad virum peſtilētie dignum ardore gehēne. cras mecum eris? His duobus titulis ſubtilitatem fallatie ſue pdidit improuidus Sathana nas. qꝛ et adorari ſe permiſit. ſub habitu et nomine Samuelis contra legem. et virū pec catis preſſum cum magna diſtantia peccatorum et iuſtorum ſimul cum Samuele iuſtiſſi mo futurum mentitus eſt. hec Augu.. ¶ Qua ſententia aperte dat intelligi quod mago rum preſtigia non vera ſed fantaſtica eſſe pbant. Et quod Saul damnatus ſit. quamuis do ctores hebreorum credant eum ſaluum. Ideo Augu. ibidem. ita ſubiungit. Quia enim Saul cum diabolo futurus erat. ideo ad eum tranſmigrauit quem adorauit.

Quintus Error quo decipiunt demoniacis illuſionibus chriſtianorum aie eſt illa ſpecies diuinationis que dicitur phitonia que fit quando demones inuocati prenunciāt futura per homines viuos ſicut patet in arreptitijs et per alios ab eis obſeſſos. De hac diuinatione Iſidorus in. viij. lib. Ethimo. c. ix. di cit. Phitones a Phitone Apolline ſunt dicti quod his auctor fuerit diuinādi. Contra hūc errorē dicit leuitici. xx. c. Uir ſiue mulier in qbus phitonicus vel diuinatiōis fue rit ſpūs morte moriatur. lapidibꝰ obruēt eos. ſanguis eorum ſit ſup eos. hec ibi. Etiā Aug. contra ſimiles ita inquit. His portentis per diabolorum fallatiā illudit curioſitas humana qñ id imprudēter appetūt ſcire qd nulla rōe cōpetit eis inueſtigare. hec ptās imūdis ſpiri tibꝰ iō dat vt puerſos ſibi aptēt. hoc ē prauos hoies ſeducāt illos. ſ. q ſpernūt veritatē et credunt mēdatio. iuxta Pauli ſententiā ſanam doctrinā non ſerūt ſed ad ſua deſide

Quartus error ē Nigromātia.

Iſidorus.

Saul qrit phito niſſam.

Auguſtinus.

Saul diabolum adorauit. putās eum Samuelē.

Quintus error eſt phitonia.

Iſidorus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ria coacernabūt ſibi magiſtros pruriētes auribus ⁊ a veritate quidē auditū auertent ad fabulas āt ɔuertenť. Onerati peccatis ducūť varijs deſiderijs ſemp diſcētes. nūq̄ȝ ad ſcientie veritatē ꝑuenientes. hec Aug. Que verba notanť. xxvj. q. v. c. Nec mirum.

Sextͧ error eſt Geomantia.

Sextus Error quo decipiunť chriſtianoꝝ anime dicitur Geomantia que exercetur in materia terreſtri. quando figure vel aliqua ſigna fiunt in vngue: ligno: ferro: ſiue lapide vel in ſpeculo. quibus futura pꝛenunciantur. vel vt furta vel res deperdite reperianť. Scias ergo ꝙ Maleſici ad exercendas diuinationes ſuas recipiunt magis pueros vel puellas virgines q̄ȝ corruptos. qui in ſpeculis vel in vnguibus vident aliquas imagines vel figuras ex quibus diiudicant de rebus inuentis vel perditis vel ſublatis.

Queſtio.

¶ Ideo queritur quare potius virgines ad tale opus eliguntur.

Reſponſio.

Pro reſponſione nota ꝙ demones etiam incorruptis poſſent oſtendere. ſed de induſtria magis in virginibus talia mentiuntur. triplici de cauſa. Primo vt fingant ſe caſtitatē ⁊ puritatē amare. quā habēt exoſam. imo irrident cōtinentiā ⁊ cōtinue excitāt ac temptāt inclinare mētes: corda: ora: ⁊ ſenſus hominū: ad omnem imunditiā luxurie. vt voluptati ac corpori ſeruientes ad virtutē reſpicere nō poſſint. Scđo vt ſic maleficioꝝ animas ⁊ eis credentiū decipiāt ⁊ ad amicitiā demonum per infidelitatis vitium inclinatas: ſub ſpecie boni mentianť. Tertio vt corpora ledāt innocentium. Nam poſtea vt per experientiā patet tales habēt viſum vt plurimum horribiliorem q̄ȝ antea ex veſtigijs demonum relictis in oculis vel facie videntis. Et ideo ſm Thomam in ſa ſe. q. xcvj. ar. iij. in reſponſione ad primum argumentū. Non eſſet illicitum cauere ſi quis timeret nocumentuȝ alicui puero ex oculo faſcinante.

Demones eligunt virgines ⁊ quare.

Nota.

Sanctus Tho.

¶ Sed quomodo fiat talis faſcinatio per pulere oſtendit Sanctus Thomas in prima parte. q. cxvij. ar. iij. in reſpōſione ad ſecundū argumentū. vbi ita inqͭ. Ex forti eniȝ imaginatione anime. imutanť ſpūs corporis cōiuncti. que quidē imutatio ſpirituū maxime fit in oculis ad quos ſubtiliores ſpūs ꝑueniūt. Oculi āt inficiūt aerē cōtinuū vſq̄ȝ ad determinatū ſpatiū. ꝑ quē modū ſpecula ſi fuerint noua ⁊ pura cōtrahūt quandā impuritatē ex aſpectu mulieris menſtruate vt Ariſtoteles dicit in libro de ſomno ⁊ vigilia. Sic igiť cum aliqua aīa fuerit vehemēter cōmota ad malitiā ſicut maxime in vetulis ɔtingit. efficiť ſm modū pꝛedictū aſpectus eius venenoſus ⁊ noxius ⁊ maxime pueris qui habēt corpus tenerū ⁊ de facili receptiuū impꝛeſſionis. Poſſibile eſt ēt ꝙ ex dei ꝑmiſſione vel etiā ex aliquo fato occulto cooperet ad hoc malignitas demonū cum quibus vetule ſortilege aliquod fedus habent. hec Thomas.

Quomō fit faſcinatio.

Septimͧ error eſt hidromātia.

Septimus Error eſt illa ſpecies diuinationis que dicitur hidromantia. que fit quando queritur precognitio futuroꝛum. ⁊ apparent in aqua aliqua ſigna vel figure. De iſta diuinatione Yſidorus in. viij. lib. Ethimolo. c. ix. ſic dicit. Hidromantij ab aqua dicti. Eſt enim Hidromantia in aque inſpectione. vmbras demonuȝ euocare ⁊ imagines vel ludificationes eorum videre. Ibiq̄ȝ aliqua ab eis audire vbi adhibito ſanguine etiam inferos perhibentur ſuſcitari. Quod genus diuinatiōis a Perſis diciť allatū. hec Yſidorus. Nota ſm Thomam in ſa ſe. q. xcv. ar. vij. Quod diuinationes ⁊ alie obſeruationes exterioꝝ rerum ⁊ cetere diſpoſitiones in rebus conſiderate. non ſunt cauſa futuroꝝ euentuū vt ex eis aliqua futura cognoſcanť nec cognoſci poſſunt ſicut ex cauſis. Relinquiť ergo ꝙ ſi ex eis aliqua futura cognoſcanť hoc erit inquantū ſunt effectus aliquaꝝ cauſaꝝ. que etiā ſunt cauſantes vel ꝑcognoſcentes futuros euentus.

Yſidorus.

Sanctus Tho.

Octauͧ error dr Aeromantia.

Octauus Error quo ſeducunť chriſtiani eſt diuinationis ſpecies que dicitur Aeromantia que fit quādo inuocanť demones vt pꝛenūtient futura per ſigna vel formas vel per aliquos motus in elemēto aeris. Scias ergo hanc

eſſe demonũ naturã vt in aere delectenť illudere leues aĩas. Et ꝑpterea cũ ſe demonſtrant hoĩbus inuocãtibus eos: formãt ſibi corpora aerea qꝛ inter cetera elemẽta aer videť eſſe facilior ⁊ habilior ad motionẽ ⁊ ad formationẽ ⁊ ad depoſitionẽ vel diſſolutionem. Etiã qꝛ demones illa corpora ſic formata cito mouẽt vt feſtinãter compleãt que agere intendũt ⁊ ſubito illa deponũt. Ideo Yſidorus in .j. li°. de ſummo bono. c. xij. dicit ꝙ angeli corpora in qbus hoĩbus apparẽt de ſuperiori aere ſumũt ſoliďqꝫ ſpeciẽ ex celeſti elemẽto induũt ꝑ quã humanis obtutibus manifeſtius demonſtrenť. hec ibi. Que verba ĩtelligẽda ſunt ꝙ angeli formãt corpa ex aere quãtum ad maiorẽ ptẽ. Nã oportet ẽt ꝙ aeri imiſceant aliquos vapores groſſos ⁊ terreſtres vt talia corpora ꝑ inſpiſſationem aeris ex cõmixtione huiuſmodi groſſoꝝ vapoꝝ ſint tangibilia ⁊ palpabilia. aſſumunt pariter aliquos vapores lucidos ⁊ igneos vt ſimiliter ex cõmixtione taliũ ſint illa corpa viſibilia ⁊ diuerſimode colorata. Sicut nubes ſub diuerſis coloribꝰ appet ꝑ cõmixtionẽ diuerſoꝝ vapoꝝ. Vñ Aug. dicit ꝙ angelus q ſalutauit puriſſimã virginẽ erat facie rutilãs ⁊ veſte coruſcãs. Etiã Marci. vlti. c. dr̃. Quod aſpectus angeli qui apparuit mulieribus erat ſicut fulgur ⁊ veſtimenta eius alba ſicut nix.

Demones delectanť in elemẽto aeris.

Yſidorus.

Angeli formant corpora ex aere ⁊ quare.

Auguſtinus.

Nonus Error quo illudunť xpiani a demone eſt altera ſpẽs diuinatiõis que dr̃ piromãtia. que eodẽ modo exerceť in elemẽto ignis vt de aqua ⁊ aere dictũ eſt. De his quattuor ſpeciebus diuinatiõis que fiũt in quattuor elemẽtis. terra: aqua: aere: ⁊ igne. Augu. in lib. de natura demonũ. ita inquit. Igiť genus diuinationis a Perſis ferť eſſe allatũ. Varo aũt dixit. diuinationũ quattuor eſſe genera. terram: aquã: aerem: ⁊ ignem. Hinc Geomantiã: Hydromantiã: Piromantiã: Aeromantiã dictam autumãt. Diuini dicti ſunt quaſi deo pleni. diuinitate enim ſe eſſe plenos ſimulãt ⁊ aſtutia quadã fraudulẽta hominibus futura cõiectant. hec Augu. Que verba ẽt ab Yſidoro pciſe allegant in. viij. lib. ethimo. c°. ix. Contra hũc errorẽ ⁊ ſimiles dicit. xxvj. q. v. Non liceat chriſtianis tenere traditiões gentiliũ ⁊ obſeruare ⁊ colere elemẽta aut lune: aut ſtellaꝝ curſus: aut inanẽ ſignoꝝ fallatiã ꝑ domo facienda: vel ꝑpter ſegetes: vel arbores plãtandas: vel coniugia ſociãda. Scriptũ eſt enim oĩa que facitis aut in verbo: aut in opere oĩa in noĩe dñi noſtri ieſu xpi facite grãs agẽtes deo.

Non° error dr̃ piromantia.

Auguſtinus.

Nota d̃ Varrone.



Decimus Error quo illaqueanť anime fideliũ eſt ſpẽs diuinatiõis que dicitur Aruſpitiũ. puta cum quis conať futura ꝑnoſcere in viſceribus animaliũ ymolatoꝝ in aris demonum. Hinc Yſidorus vbi ſupra dicit. Quod Aruſpices exta pecuduꝫ inſpiciunt ⁊ ex eis futura predicunt. Sunt autem exta medie pecorũ partes. ſ. inteſtina quoꝝ inſpectione Aruſpices futura ꝑnuntiãt. obſeruando dies ⁊ horas in agendis ſuis. Unde Yſidorus vbi ſupra. ita inquit. Aruſpices nũcupati ſunt quaſi horaꝝ inſpectores. Dies enim ⁊ horas in agendis negotijs operibꝰ cuſtodiunt. ⁊ quid ꝑ ſingula tẽpora obſeruare debeat homo intendũt. hec Yſidorus. Cõtra hũc errorẽ. xxvj. q. v. Si qs. diciť ſic. Si qs Ariolos: Aruſpices: vel incãtatores obſeruauerit: aut filaterijs eoꝝ vſus fuerit Anathema ſit.

Decimus error dr̃ Aruſpitiũ.

Yſidorus.

Undecimus Error quo deꝑdunť aĩe multoꝝ fideliũ eſt altera ſpẽs diuinatiõis que dr̃ Mathesis que ex ſideribꝰ natiuitates hoĩum cõſiderat. Si igiť aliquis coneť futura ꝑnoſcere ex cõſideratione ſitus ⁊ motus ſiderũ. hoc pertinet ad Aſtrologos qui ⁊ Genetliaci dicunť. ꝑpter natalium conſiderationes dieꝝ. vt dicit Sanctus Thomas in ſa ſe. q. cv. ar. iij. Nota ꝙ illi qui indiſcrete ſecunť aſtroꝝ iudicia ad precognoſcendũ vel ad iudicandum per certitudineꝫ futura opera hoĩum: Taliũ cõſideratio ꝑcedit ex falſa ac vana opiniõe. Nec dubito quin in ſimilibus ſe immiſceat operatio demonis. Ideo erit diuinatio ſuperſtitioſa ⁊ illicita. ¶ Scias ergo ſm Thomã in ſa ſe. q. xcv. ar. v. Quod duplices effectus ſubtrahunť

Undecimus error dr̃ Mathesis.

Sanctus Tho.

Sanctus Tho.

Sanctus Tho.

cauſalitati celeſtiũ corporũ. Primo quidẽ omnes effectus ꝑ accidẽs cõtingẽtes ſiue in
rebus humanis ſiue in reb⁹ naturalib⁹. q: vt ꝓbat in. vj. lib. Metha. ens ꝑ accidẽs

Effectus contingẽtes ſubtrahũtur cauſalitati celeſtiũ corpoꝝ.

nõ habet cauſam ⁊ p̃cipue naturalẽ cuiuſmodi eſt virtus celeſtiũ corporũ. q: qd̕ ꝑ acci
dens fit neqꝫ eſt ens ꝓprie neqꝫ vnũ. ſicut ꝙ lapide cadẽte fiat terre motus. Uel ꝙ ho
mine fodiente ſepulchrũ inueniat theſaurus. hec eniꝫ ⁊ huiuſmodi nõ ſunt ſimpliciter
vnũ ſed ſimpliciter multa. Operatio ãt nature ſemꝑ terminat in aliqd̕ vnũ. ſicut ⁊ ꝓce
dit ab vno principio qd̕ eſt forma rei naturalis. ¶ Scd̕o ãt ſubtrahunt cauſalitati ce-

Actus liberi arbitrij ſubtrahũtur a corporib⁹ celeſtibus.

leſtiũ corporũ actus liberi arbitrij qd̕ eſt facultas volũtatis ⁊ rõnis. intellectus eniꝫ ſi
ue ratio nõ eſt corpus nec actus organi corporei. ⁊ ꝑ cõſequens nec voluntas que eſt in
ratione vt pꝫ ꝑ philoſophũ in. iij. lib. de aia. Nullũ ãt corpus poteſt imprimere in rem
incorporeã. Unde impoſſibile eſt ꝙ corpora celeſtia directe imprimãt i intellectũ ⁊ vo
luntatẽ. Hoc eniꝫ eſſet ponere intellectũ nõ differre a ſenſu. qd̕ Ariſtoteles in lib. de aia
imponit his qui dicebãt ꝙ talis voluntas eſt in hoĩbus. qualẽ in die inducit pater vi
roꝝ deorũqꝫ. ſ. ſol vel celũ. Unde corpora celeſtia nõ poſſunt eſſe per ſe cauſa operatio

Corpora celeſtia nõ ſunt cauſa operuꝫ liberi arbitrij.

num liberi arbitrij. Poſſunt tñ ad hoc diſpoſitiue inclinare inquãtũ imprimũt in cor
pus humanũ. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs in vires ſenſitiuas q̃ ſunt act⁹ corꝑaliũ organoꝝ q̃ inclinant
ad humanos act⁹. qr tñ vires ſenſitiue obediũt rõni. vt pꝫ ꝑ phm in. iij. lib. de aia. ⁊
j. lib. Ethicoꝝ. nulla neceſſitas ex hoc libero arbitrio imponit. Sed cõtra inclinationẽ

Nota quid pñt iudicare Aſtrologi.

celeſtiũ corporũ homo poteſt ꝑ rationẽ operari. hec Thomas. ¶ Pro cõcluſione er-
go ſciendũ eſt ſm Thomã ibidẽ. Quod ſi aliquis vtat cõſideratione aſtroꝝ ad preco
gnoſcendũ futura que ex celeſtibus corporib⁹ cauſat. puta ſiccitates: pluuias: eclipſim
⁊ alia huiuſmodi nõ erit illicita diuinatio nec ſuꝑſtitioſa. Et ſicut dicit Sanctus Tho

Aſtrologi freq̃nter vera pnũciant.

mas in eodẽ ar. in reſpõſione ad ſecundũ argumentũ. Aſtrologi ex ꝯſideratiõe aſtroꝝ
frequẽter vera p̃nunciãt. ⁊ hoc cõtingit dupliciter. vno quidẽ modo. q: plures hoĩum
paſſiones corporales ſecunt. ⁊ ideo actus coꝝ diſponunt vt in pluribus ſm inclinatio
nem celeſtiũ corporũ. Pauci autem ſunt. id eſt ſoli ſapientes. qui ratione huiuſmodi
inclinationes moderent. Et ideo Aſtrologi in multis vera ꝓnunciãt ⁊ precipue in cõi
bus euentibus qui dependẽt ex multitudine. Alio modo ꝓpter demones ſe immiſcen-

Auguſtinus.

tes. Unde Auguſtinus in. ij. lib. ſuper Geñ. ad litteraꝫ. dicit. Fatendũ eſt quãdo a ma
thematicis vera dicunt inſtinctu quodã occultiſſimo dici ꝙ neſcientes humane mẽtes
patiunt ꝙ tamẽ ad decipiendos homines fit ſpirituũ imundoꝝ ⁊ ſeductoꝝ operatõe.
qui quidẽ vera de tẽporalibus rebus noſſe permittunt. vnde cõcludit dicẽs. Quapro
pter bono chriſtiano ſiue mathematici ſiue quilibet impie diuinantiũ ⁊ maxime dicẽ
tes vera. cauendi ſunt. ne cõſortio demonioꝝ animam deceptã pacto quodam ſocieta
tis irretiant. hec Tho. ¶ Etiã Auguſtinus in. j. lib. de doctrina chriſtiana cõtra illos

Auguſtinus cõtra Aſtrologos.

qui inſtitutiões hominũ ſuꝑſtitione aſtroꝝ diiudicant. ita inquit. Neqꝫ ab hoc genere
ſuꝑſtitionis pernitioſe ſegregãdi ſunt olim q Genediaci ꝓpter naturaliũ ꝯſideratiões
dicꝫ nunc autẽ mathematici vocant. Nam ⁊ ipſi ꝗuis veram ſtellaꝝ poſitioneꝫ. cum
quiſqꝫ naſcitur conſecunt. ⁊ aliquando peruestigãt tamen ꝙ inde conant vel actiones
noſtras vel actionũ euentus ꝓducere nimis errant. Hoc autẽ genus fornicationis ani
me ſalubriter diuina auctoritas nõ tacuit. neqꝫ ab ea ſic deterruit animaꝫ vt ꝓpterea
talia negaret eſſe ſectanda. q: falſa dicunt ⁊ a ꝓfeſſoribus eoꝝ. ſed etiam ſi dixerit vo-
bis inquit ⁊ ita euenerit ne credatis eis. hec Auguſtinus. Et in. iiij. lib. Confeſſionuꝫ.

Auguſtinus.

idem ſic ait. Illoꝫ planetarios quos mathematicos vocant. plane cõſulere non deſiſte
bam. ꝙ quaſi nullum eis ſacrificiũ ⁊ nulle preces ad aliquem ſpiritum ob diuinatio-
nem dirigerẽtur. Quod tñ chriſtiana ⁊ vera pietas cõſequenter expellit ⁊ dãnat. hec
Aug. que verba notant. xxvj. q. ij. Illos planetarios. hec de. xj. errore dicta ſufficiant.

Duodecimus Error quo anime fidelium ad inferos demergunt dicit augurium. qd dicit a garritu auium. Hec diuinationis ſpes ſm Thomā in ſa ſe. q. cv. ar. iij. extēdit ſe ad motus vel voces auium ſeu quorūcunqȝ animaliū ſiue ad ſternutatiōes hominū vel membrorum ſaltus. hoc ptinet generaliter ad auguriū. qd quidē dicit a garritu auiū. ſicut auſpitiū ab inſpectiōe auiū. quorum primū pertinet ad aures. ſecundū ad oculos. ſed in auribus huiuſmodi precipue cōſiderari ſolēt. ¶ De his Yſido. in. viij. li. ethimo. c. ix. ſic ait. Augures vero ſunt qui volatus auium ⁊ voces intendunt aliaqȝ ſigna rerum vel obſeruationes improuiſas hominibus occurrentes. idem ⁊ auſpices. Nam ⁊ auſpicia ſunt que iter facientes obſeruant. Dicta ſunt autē auſpicia quaſi auium aſpicia. ⁊ auguria quaſi auiuȝ garria: hoc eſt auium voces ⁊ linguas. Duo ſunt autē genera auſpiciorum. vnum ad oculos alterū ad aures pertinēs. Ad oculos. ſ. volatus ad aures vox auium. hec Yſidorus. Auguria autem auiū phriges primi inuenerūt. ¶ Contra hūc errorem dicitur. xxvj. q. v. Augurijs ⁊ incantationibus ſeruientē ſimiliter iudaicis ſuperſtitionibus vel ferijs inherentem a conuentu eccleſie ſeparandum precipimus.

Duodecim⁹ error dr auguriū.

Sanctus Tho.

Yſidorus.

Cōtra hūc errorem eccleſia.

Tertiuſdecimus Error quo fidelium anime deum abnegāt dicitur omen. Hec diuinatio ſm Thomā in ſa ſe. q. cv. ar. iij. fit circa verba qn̄ quis verba hominis certa intētione dicta alia intentione retorquet ad futurū qd vult pnoſcere. Et ſicut Ualerius Maximus dicit. Omnium obſeruatio aliquo contractu religioni annexa eſt. quoniā non fortuito motu ſed diuina puidentia conſtare credit. Dicitur autem Omen ab ore quaſi Orimen. qr fit circa verba que ex ore hominis pferunt. ¶ Scias ergo q ex corporeis motibus ⁊ ſignis internas animi cogitationes diabolus nō poteſt deprehēdere. ¶ Unde Augu. in. ij. lib. retractationū. ita inquit. Quodā loco dixi demones aliquādo hoium diſpoſitiōes nō ſolum voce platas verum ēt cogitatione cōceptas. cum ſigna quedā ex aio exprimunt in corpore tota facilitate perdiſcere. rem dixi occultiſſimā audatiori aſſertione quam debui. Nam peruenire iſta ad noticiam demonum per non nulla etiam experimenta. cōpertum eſt. Sed vtrum quedam ſigna dentur ex corpore cogitantium illis ſenſibilia nos āt latentia: an alia vi ſpūali iſta cognoſcāt: aut difficilime poteſt ab hoibus aut oio non poteſt inueniri. hec Augu. ¶ Nota q. vj. de cauſis demones ſciunt futura predicere nō q ipſi ſciant futura. ſed qr habent pbabiles coiecturas. Primo qr ipſi de ſubtiliori materia ſunt creati, vnde ſubtilius cōſiderant q̄ȝ hoies. Secdo p antiquitateȝ multa ſciunt que nos ppter breuitatē tēporis ſcire nō poſſumus. Tertio qr ipſimet cōſueuerunt morbos imittere ⁊ illud ipſi predicūt q aliquis ſit habiturus maluȝ. Quarto ſicut medicus videt aliquid per ſigna ſibi nota que nos nō videmus. ſic demones. Quinto ex ſignis que pcedunt ex animo hominis preuident quedā futura. Sexto qr dicta pphetarum audierunt ex quibus futura predicunt.

Tertiuſdecim⁹ error dr omen.

Auguſtinus.

Sex de cauſis demones ſciūt futura.

Quartuſdecimus Error quo anime xp̄ianorum periclitant eſt quedam diuinatiōis ſpēs que vocat Ciromātia. a Cyros grece qd dr manus latine. que fit qn̄ ꝯſiderant diſpōnes figurarum vel lineamētorum in manu dextera vel ſiniſtra ad ſciendū naturas vel qualitates hominis. an ſit longioris vel breuioris vite. ſiue pſpere vel aduerſe fortune. Et dr Ciromātia quaſi diuinatio man⁹. Similiter q ex cōplexiōib⁹ corporū vel ex forma faciei vel capitis vel oculorum aut naſi vel alterius mēbri. aliquid iudicat determinate peccat mortaliter. ¶ Et idcirco per ſcripturā ſacrā inſtruimur q nō debemus iudicare hoium malitiā vel bonitatem. ſm extrinſecam phiſonomiam que relucet in facie. Ideo Joānis. vij. c°. Nolite iudicare ſm faciem. Nec ſecundū intrinſecam Anthonomiam debemus quēquaȝ

Quartuſdecimus error dicit Ciromantia.

Nota pulchra documēta cōtra temerarie iudicantes.

Luc.

Paulus.

Quid eſt iudiciũ temerariũ. ⁊ qd peruerſum.

iudicare. Intrinſeca Anthonomia. ſunt intentiones quas homines habent. intrinſecus ⁊ has iudicare nõ licet. Luc. vj. c. Nolite iudicare ⁊ nõ iudicabimini. Nec debem⁹ iudicare aliquẽ ſm ignotã philoſophiã. Ignota autẽ philoſophia eſt ſtatim ꝓnũtiare ⁊ diffinire. cum quis dicit. Iſte nunq̃ꝫ erit bonus homo. vel ille erit latro vel homicida. j. ad corin. iiij. c. Nolite ante tẽpus iudicare. ¶ Nota ꝙ temerariũ eſt iudicare de occultis. Sunt autem occulta nobis que latent in corde. vel que fiunt in abſcondito. De his dicitur in pſal. Que dicitis in cordibus veſtris ⁊ in cubilibus veſtris compungimini. vnde homo de his eſt temerarius iudex: ſicut iudex delegatus. qui excedit formam mandati iudicis de cauſa non ſibi cõmiſſa: Ideo iudicium temerariũ eſt quãdo aliquis de dubijs iudicat. peruerſum autẽ iudicium dicitur qñ quis falſum iudicium ꝓfert. Et q̃uis non ſit iudicandum circa perſonas: puta vt aliquis iudicet malum hominem qui bonus eſt. Tamen multo grauius eſt vt iudiciũ peruertat̃ de rebus ipſis. Puta ſi quis diceret. virginitatẽ eſſe malam. ⁊ fornicationẽ bonam. Contra qḋ dicit̃ Yſaye. v. c°. Ve qui dicitis bonum malum ⁊ malum bonum.

Quintuſdecim⁹ error dicit̃ ſpatulamantia.

Sanctus Tho.

Quintuſdecimus

Error eſt quedam ſpecies diuinationis que dicitur ſpatulamantia. Hec diuinatio ſm Thomam in ᵹa ſe. q. cv. ar. iij. fit ex quibuſdã ſignis vel figuris in ſpatula alicuius animalis apparentibus. Et ideo talia ſigna vel figure ſiue imagines ſunt ſuperſtitioſe appariciones pactorum cum demonibus. Et ꝓpterea Sanctus Thomas vbi ſupra ar. ij. dicit ꝙ ad ſuperſtitionem pertinet non ſolum cum ſacrificium demonibus offertur per ydolatriam. ſed etiã cum aliquis aſſumit auxilium demonũ ad aliquid faciendum vel cognoſcendum. Omnis autem diuinatio ex operatione demonum ꝓuenit. vel quia expreſſe demones inuocantur ad futura manifeſtanda. vel quia demones ingerunt ſe vanis inquiſitionibus futuroꝝ vt mentes hoīum implicent̃ vanitate. de qua vanitate dicitur in pſal. Non reſpexit in vanitates ⁊ inſanias falſas. hec Thomas.

Sextuſdecim⁹ error dicit̃ ſortilegium.

Sanctus Tho.

Sortilegium fit diuerſimode.

Sanctus Tho.

Sextuſdecimus

Error quo ſubmergũt̃ fideles ad eterna ſupplicia dicit̃ illa ſpecies diuinationis que fit per ſortes. ⁊ que ꝓprio noīe dr̃ ſortilegiũ. Hec diuinatio diuerſos ac varios modos amplectitur. Dicunt̃ ãt ſortes ꝓprie ſm Thomã. cum aliquid fit vt eius euentu cõſiderato occulta aliqua inoteſcãt. Ideo Sanctus Thomas in ᵹa ſe. q. xcv. ar. iij. dicit ꝙ hec diuinatio fit ex cõſideratiõe eoꝝ que eueniũt ex quibuſdã que ab hominibus ſerio ideſt intẽte ⁊ ſtudioſe ex aīo fiunt ad aliquid occultũ inq̄rendũ. ſiue p ꝓtractionẽ punctoꝝ. ſiue per conſiderationẽ figuraꝝ que ꝓueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto ſiue ex quibuſdã cedulis ſcriptis vel non ſcriptis in occulto repoſitis. dum conſideratur vt quis aliquam accipiat. vel etiam ex feſtucis in equalibus ꝓpoſitis. quis maiorem vel minorem accipiat. vel ex taxilloꝝ ꝓiectione quis plura puncta proijciat. vel etiam dum conſideratur quid aperienti librum occurrat. que omnia ſortium nomen habent. hec Thomas. Eſt etiam conſiderandum ſm Thomam. q. eadem ar. viij. ꝙ actus hominum qui requiruntur ad ſortes non ſubduntur diſpoſitioni ſtellarum nec etiam euentus ipſorum. Unde ſi quis ea intentione ſortibus vtatur. quaſi huiuſmodi actus humani qui requiruntur ad ſortes ſecundum diſpoſitionem ſtellarum ſortiantur effectum. vana ⁊ falſa eſt opinio ⁊ per conſequens non carens demonum ingeſtione. ex quo talis diuinatio erit ſuperſtitioſa ⁊ illicita. Hec Thomas. Uide plura notabilia valde neceſſaria ſuper hac materia que Sanctus Thomas in eodem articulo dilucidat.

Decimuſſeptimus error.

Decimuſſeptim⁹

Error quo xp̄ianoꝝ aīe a demõib⁹ illaqueãt̃ eſt q̄dã ſupſtitioſa obſuatio tꝑuꝫ. Nã ſũt q obſuãt

quoſdā dies egiptiacos. Dicunt̄ autē dies egiptiaci q: ab egiptijs ſunt inuenti: ordi
nati: ⁊ dep̄rebenſi. Et idcirco ſcias ꝙ olim in egipto erant peritiſſimi aſtronomici qui
inuenerunt quaſdā conſtellationes eſſe nociuas actibus boīum in ſimilibus diebus.
ideſt in aliqua hora hoꝝ dieꝝ. ⁊ ideo notauerūt in quolibet menſe duos dies. qui di-
cuntur egiptiaci q: habent influxus nociuos. Sunt qui dicunt ꝙ illi dies ideo dicun
tur egiptiaci q: dominus in illis diebus imiſit plagas vt flagellaret egiptios. Nō ſunt
antē obſeruandi tales dies imo ſancta mater eccleſia iubet ne fides ſimilib⁹ adhibeat̄.
Ideo Augu. cuius verba notant̄. xxvj. q. vij. Nō obſeruetis. ita inqt. Non obſeruetis
dies qui dicunt̄ egiptiaci aut calēdas ianuarij. in quibus cātilene quedā ⁊ cōmeſſatio
nes. ⁊ ad inuicē dona donant̄ quaſi in principio anni boni fati augurio aut aliquot mē
ſes: aut tēpora: aut dies ⁊ annos: aut lune ſoliſq̄ curſum. q: qui ⁊ has ⁊ quaſcūq̄ diui
nationes: aut facta: aut auguria obſeruat: aut attendit. aut cōſentit obſeruātibus inuti
liter ſine cauſa: magis ad ſui damnationē q̄ ad ſalutē tendit. ſiue per quoſdam nume
ros litteraꝝ ⁊ lune per pithagoricā nigromantiā: egrotantium vitam vel mortem vel
ꝓſpera vel aduerſa futura inquirunt. ſiue qui attendunt ſomnialia ſcripta ⁊ falſa Da
nielis nomine intitulata. ⁊ ſortes que dicuntur ſanctorum apoſtolorū ⁊ auguria auiū.
aut aliqua ꝓ domo facienda. aut ꝓpter coniugia copulāda. aut in collectionibus her
barum carmina dicunt. aut pictatiolas pro quauis infirmitate ſcriptas ſuper homi-
nes ⁊ animalia ponunt. preter ſymbolum ⁊ orationem dominicam. aut magicis falſi-
tatibus in grandinarijs ⁊ tempeſtatibus credunt. qui autē talibus credunt. aut ad eo
rum domū euntes. aut ſuis domibus introducunt ⁊ interrogant. ſciant ſe fidem chri
ſtianam ⁊ baptiſmum preuaricaſſe. ⁊ paganum ⁊ apoſtatam ideſt retro abeuntē ⁊ dei
inimicū. iram dei grauiter in eternum incurriſſe. niſi eccleſiaſtica penitētia emendatus
deo reconciliet̄. hec Augu. ¶ Qua ſententia per pulcre datur intelligi. q̄tum horreat
deus omnem ſuperſtitionē ⁊ diuinationem. Si autem dicat̄ ꝙ dies egiptiaci poſſunt
obſeruari. eo ꝙ ſcribunt̄ in kalendario. Pro reſponſione dic. ꝙ ideo deſcribuntur in
kalendario non ꝙ aliquid ſit faciendum vel non faciendū. vel incipiendū vel deſinen
dum in his diebus potius q̄ in alijs. ſed vt dei miracula in memoria teneant̄. qui egi
ptios flagellauit de quoꝝ manibus filios iſrael liberauit.

Qui ſunt dies egiptiaci.

Auguſtinus.

Multe vane obſeruationes.



Magice falſitates ſunt peccata grauiſſima.

Quare dies egiptiaci ſcribūtur in kalendario.

Decimuſoctauus

Error quo multitudo animaꝝ deperditur eſt illoꝝ qui ꝓ ſanitate obtinēda recurrūt ad ma
gos ⁊ ariolos Ad maleficos ⁊ incātatores. habentes animū paratum ad omne incōue
niens ꝓ ſanitate obtinēda. Omnes tales nouerint ſe grauiſſime deum offendere ⁊ de
facto abnegant deum ⁊ fidem catholicā. Ratio huius aſſignat̄ per regulā generalem
que dat̄ a Sancto Thoma in ſa ſe. q. xcij. ar. j. in reſpōſione ad tertiū argumentū vbi
dicit ꝙ omnis ſupſtitio orit̄ ex aliquo pacto cū demonibus inito tacito vel expreſſo. ⁊
ideo omnes intelligunt̄ ꝓhiberi primo precepto diuine legis. qđ habet̄ Exodi. xx. c°.
Non habebis deos alienos coram me. Contra ſimiles ſcribit Auguſtinus cuius ver-
ba notantur. xxvj. q. ij. Qui ſine Saluatore ſalutem vult habere ⁊ ſine vera ſapientia
eſtimat ſe prudentem fieri poſſe non ſanus ſed eger. non prudens. ſed ſtultus, in egri-
tudine aſſidua laborabit ⁊ in cecitate noxia ſtultus ⁊ demens permanebit. Ac per
inde omnis inquiſitio ⁊ omnis curatio que a diuinis ⁊ magicis artibus. vel ab ip-
ſis demonijs ⁊ ydolorum cultura experitur. mors potius dicenda eſt q̄ vita. Et
qui ea ſectantur ſi ſe non correxerint ad eternam perditionem tendunt. Pſalmi-
ſta dicente. Omnes dij gentium demonia ſunt. qui per deceptos homines alios
decipere quottidie geſtiunt. vt perditionis ſue eos faciāt participes. hec Auguſtinus.
¶ Idem per pulcre oſtendit ꝙ incantationes nihil remedij preſtant infirmitatibus

Decimuſoctauus error.

Sanctus Tho.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

hominũ cuius verba habent̃.xxvj.q.vij.Admoneãt fideles ſacerdotes populos ſuos
vt nouerint magicas artes incãtationeſq; quibuſlibet infirmitatibus hominũ nł̃ re-
medij poſſe cõferre.nõ animalibus languẽtibus.claudicãtibus ve.vel ẽt morib undis
quicq̃ȝ mederi. Sed hec eſſe laqueos ⁊ inſidias antiqui hoſtis.quibus ille perfidus
genus humanũ decipere nitit̃.⁊ ſi quis hoc exercuerit.clericus degradet̃.laicus ana-
thematizetur.hec Auguſtinus.

Decimuſnonus

Error quo anime fidelium deo ⁊ eccleſie odibiles
redduñt.eſt illoꝝ qui quaſdã ligaturas ad collum
Decimuſnon⁹ error. ſuſpẽſas vel ſuperſtitioſa ſcripta deferũt.in quibus ſunt caracteres ſiue figure ſiue no
mina incognita.vel ſimilia ſunt deſcripta ſanguine humano vel alterius animalis in
carta virginea vel alligata filio nouo.aut portant coriũ lupi vel vulpis ⁊ alia huiuſmo
di.Que omnia ſunt eterne dãnationis aperta indicia. Contra ſimiles ſcribit Criſoſto
Criſoſtomus. mus.ſup Matheũ ſic dicens. Quidam aliquã partem euangelij ſcriptã circa colluȝ
portant.Sed nõne quottidie euangeliũ in eccleſia legitur ⁊ audit̃ ab omnibus?Cui er
go in auribus poſita euangelia nihil ꝓſunt.quomodo poſſunt cum circa collum ſuſpẽ
ſa ſaluare?Deinde vbi eſt virtus euangelij in figuris litteraꝝ an in intellectu ſenſuũ?
Si in figuris bene circa collum ſuſpẽdis:Si in intellectu.ergo melius in corde poſita
Sanctus Tho. ꝓſunt.q̃ȝ circa collum ſuſpenſa.hec Criſoſtomus.Nota ſm Thomã q Criſoſtomus
loquitur quãdo reſpectus habetur magis ad figuras ſcriptas q̃ȝ ad verboꝝ intelle-
ctum.¶Et idcirco ſcias ad clariorẽ intelligentiã iſtaꝝ ſuperſtitionũ ſm Tho.in ſa ſe.
q.cvj.ar.iiij.Quod in omnibus incãtationibus vel ſcripturis ſuſpenſis duo cauenda
videntur.Primo quidẽ quid ſit qd̃ ꝓfertur vel ſcribit̃.q: ſi eſt aliquid ad inuocatio-
nes demonũ pertinens.manifeſte eſt ſuperſtitioſum ⁊ illicitũ.Similiter etiam videtur
eſſe cauendũ ſi contineat ignota nomina:ne ſub illis aliquod illicitũ lateat.Unde Cri
Criſoſtomus. ſoſtomus dicit ſuper Matheuȝ.q phariſeoꝝ magnificantiũ fimbrias ſuas exemplo.
nunc multi aliqua nomina hebraica angeloꝝ cõfingunt ⁊ ſcribunt ⁊ alligant.que nõ in
telligentibus metuenda vident̃.Eſt etiam cauendũ ne aliquid falſitatis contineat q:
ſic eius effectus nõ poſſet expectari a deo qui nõ eſt teſtis falſitatis.Deinde cauenduȝ
eſt ſecundo.ne cum verbis ſacris contineant̃ aliqua vana.puta aliqui characteres in-
ſcripti preter ſignum crucis.Aut ſi ſpes habeat̃ in modo ſcribendi aut ligandi.Aut in
Nota. quacũq; huiuſmodi vanitate que ad diuinam reuerentiã non pertineat.q: hoc iudi-
caretur ſuperſtitioſum.alias autem eſt licitũ.Nec in collectionibus herbaꝝ que me-
dicinales ſunt aliquas obſeruationes aut incantationes licet attendere niſi tantũ cum
ſimbolo diuino aut dominica oratione vt tantum creator.⁊ deus omnium honoret̃.
hec Tho.Nota etiam ſm Tho.ibidem in reſponſione ad tertium argumentum q ea
Sanctus Tho. dem ratio eſt de portatione reliquiarum q: ſi portentur ex fiducia dei ⁊ ſanctoruȝ quo
rum ſunt reliquie non erit illicitum.ſi autem circa hoc attenderetur aliquid aliud va-
num puta q vas eſſet triangulare aut aliud huiuſmodi quod non pertineret ad reue
rentiam dei ⁊ ſanctorum eſſet ſuperſtitioſum ⁊ illicitum.hec Tho.Et ꝓpterea.xxvj.
q.vij.c°.Non licet iniquas obſeruatiões agere calendaꝝ ⁊ otijs vacare.neq; lauro aut
Uigeſim⁹ error viriditate arboꝝ cingere domos.Omnis enim hec obſeruatio paganoruȝ eſt.hec ibi.

Uiceſimus

Error quo depꝛauant̃ xp̃ianoꝝ aie eſt oiuȝ illoꝝ q docẽt vel
diſcũt aut vtunt̃ qbuſdã carminib⁹.ſiue v̓bis aut vanis ſup-
ſtitionib⁹ ad icantãdũ canes:lupos:equos:boues:ſerpẽtes:vel quecũq; aialia. Sciasergo ſm Thomã in ſa ſe.q.xcvj.ar.iiij.q in incantationibus quorũcunq; animaliuȝ.
Sanctus Tho. ſi reſpectus habeatur ſolum ad verba ſacra ⁊ ad virtutem diuinam.non erit illicituȝ.
Sed plerumq; tales incantationes habent illicitas obſeruantias ⁊ per demones ſor-

tiuntur effectū. ⁊ precipue in ſerpētibus quia ſerpēs fuit primum demonis inſtrumentum ad hoīem decipiēdum. hec Tho. Et quia ſupſtitiones. ſortilegia. ac demonū inuocationes ſunt quaſi inumerabiles. taceo plura. Nec loquar de quibuſdā hominibꝰ q in cunctis que agūt ſunt adeo turbulēti ⁊ tam anguſti animi. vt ſemp ſuperſtitioſis imaginationibus videātur occupati. Nam ſi inſurgat aeris intemperies aut ventorū perturbatio: proditiones aut iurgia ſuſpicantur. Si audiunt canes latrare. boues mugire. aues garrire. lupos vlulare. aſinos rudire. coruos crocitare: Si in via lupus vel vulpis ſiue ſerpens vel aliud ex animalibus occurrerit. Si in menſa oleum vel vinū vel aqua aut ſal effundatur. ſemp quibuſdam incitamentis ſtimulati. nil aliud cogitāt. niſi vanos aut dubioſos euentus. Quo fit vt nō iam chriſtiani ſed pagani videantur. Nec vbere pleno Sancte matris eccleſie lactati. ſed ritibus gētiliū deprauati. ¶ Idcirco hec omnia ⁊ ſimilia ſupſtitioſa ac diabolica fantaſmata ſunt penitus a vero chriſtiano omni execratione repudianda. quia profecto in his omnibus artes nugatorie. pacta. cōſilia. ſuaſiones familiaritates necnō auxilia demonum exercētur. Hinc Sanctus Thomas in ſcd̄a ſcd̄e. q. xcv. arᵒ. iij. dicit ſic. Omnis diuinatio vtitur ad p̄cognitionem futuri euentus aliquo demonum cōſilio vel auxilio quod quidem vel expreſſe imploratur vel preter intentionē hominis ſe occulte demon ingerit ad prenuntiādum futura quedam que hominibꝰ ſunt ignota eis autē cognita. Et in reſponſione ad ſecūdum argumētum ita ſubiungit. Cum homines incipiunt animū ſuum huiuſmodi obſeruantijs implicare multa ſecūdum huiuſmodi obſeruationes eueniunt p deceptionem demonū vt in his obſeruationibus homines implicati curioſiores fiant ⁊ ſe magis inſerant multiplicibus laqueis pernitioſi erroris vt Auguſtinus dicit in ſcd̄o libro de doctrina chriſtiana. hec Tho. Et ſic patet de erroribus quibus anime chriſtianorū illudunt a demonibus.

Sortilegi ſemp ſunt titubantes.

Diuerſe ſupſtitiones.

Sanctus Tho.

Idem.

¶ Qualiter omnes incātatores ⁊ ſortilegi ⁊ qui artes magicas ſequūtur. vt plurimū ſubita aut horribili morte pereunt.

Ex tenore Diuinarū ſcripturarū liquet ad purū q diabolus eſt hoſtis deliberatus humani generis in malitia cōſumatus ⁊ obſtinatus. Ideo p os veritatis dicitur. Jo. viij. c. q diabolus mēdax eſt ⁊ pater eius. ⁊ cū loquit veritatē hoc facit vt decipiat ⁊ fallat. Nec diabolus ꝓpter obſtinationē in malo volūtarie credit ſed rerū euidētia coactus confitet. Et iō Jacobi. ij. c. dr. Demones credūt ⁊ cōtremiſcunt. Ex hoc igit fundamēto admirari nō deſino inſipiētiam ac cordis cecitatē illorū omniū. qui incātationes vel artes magicas inſecunt. qualiter diabolo q eſt princeps oīum falſitatum ac corruptor animarū fidem adhibere poſſint. Quis niſi ſtultiſſimus inimico ſuo capitali qui eū indeſinēter occidere querit. ſpē ſuā reponere non expauēſcet? Quis in eū confidere poterit qui nullo placatur obſequio? Si enim diabolus nec ab ipſo domino Jeſu conatus ſue fraudis abſtinuit. quē ſeducere aut temptare nō audeat? Lege obſecro geſta paganorū ⁊ gētilium. Luſtra oēm ſeriem vtriuſqꝫ teſtamēti. Reuolue comētaria virorū illuſtrium. Recogita exēpla particularia illorū omniū qui artes nugatorias aut diuinatōes demonū inſecuti ſunt. ſi vnicū inuenies q tandē a ſeductore humani generis ſeductus nō fuerit? Nos plurimorū habemꝰ exempla p que ꝓbare ſufficimus incātatores. magos. ariolos. ⁊ ſortilegos. peccatorū ſuorū fine cōpleto ⁊ p̄ſentē eis vitā negari nō minꝰ qꝫ futurā. volo dicere q oēs q huiuſmodi demonū fantaſmata ſecunt malos hūt exitus. quia vel egeſtate vel miſeria aut ſubita aut

Extrema demētia eſt credere diabolo.

Omnes magici ſupplātāt a diabolo.

De zoroaſte rege.
Juſtinus ⁊ Jſidorus.
Juſtinus.

horribili morte pereūt. ¶ Unde zoroaſtes rex Bactrianoꝝ qui primus artes magicas adinuenit vt ſcribit Juſtinus abreuiator Trogi pompei in yſtoria omniū ſeculoꝝ li°.prio. Et Yſidorus.in.viij.li°.Ethimo.c°.ix.a Nino filio Beli prio rege aſſiriorum ꝑlio occiſus eſt.ideo Juſtinus circa principiū primi libri.ita inquit. Primus omniū Ninus rex aſſirioꝝ veterem ⁊ quaſi auitum gentiū morē noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis ⁊ rudes adhuc ad reſiſtēdū populis terminos vſq̧ libie ꝑdomuit. Et parū infra ita ſubiungit. Poſtremū bellum illi fuit cū zoroaſte rege Bactrianorū qui primus dicitur artes magicas inueniſſe ⁊ mundi principia ſiderūq̧ motus diligētiſſime ſpectauiſſe. Hoc occiſo ⁊ ipſe deceſſit relicto vno adhuc impubere filio Nino ex vxore Semiramide. hec Juſtinus. Etiā Augu. de iſto zoroaſte artium magicaꝝ inuentore in.xxj.li°.de ciuitate dei.c.xiiij.dicit.ꝙ quādo natus eſt riſiſſe ferē. vnde ibidem ita inquit. Nec ei boni aliquid mōſtroſus riſus ille portendit.

Auguſtinus de zoroaſte q natꝰ riſit.

Nam magicaꝝ artiū ꝓhibetur fuiſſe inuētor. que quidē illi nec ad preſentis vite vanā felicitatē ꝯtra ſuos inimicos ꝓdeſſe potuerūt. A Nino quippe rege aſſirioꝝ cū eſſet ipſe Bactrianoꝝ rex bello ſuperatus eſt. hec Augu.

De Democrito philoſopho.
Speculum yſtoriale.
Agelius.
Laertius.
Tertulianus.
Lactantius.

¶ Conſequēter Democritus philoſophus q teſte Yſidoro in li°.viij. Ethi.c.ix.poſt zoroaſtē artē magicā ampliauit. in tantā mētis cecitatē deuenit vt ſibi Athenis oculos erueret. Et ideo Uincētius in ſpeculo iſtoriali.li°.iij.c.xxxij.dicit. Democritus merito ſibi oculos eruit qui magicas tenebras oculis humanis inuexit. Sunt tamē qui dicunt vt Agelius.ꝙ ideo Democritus excecauit ſeipſum vt vegetiores haberet cogitationes. Laertius vero ſcribit eum ſibi oculos eruiſſe ne videret bene eſſe malis ciuibꝰ. Tertulianus aūt credit ꝙ ideo hoc fecit qꝛ mulieres ſine cōcupiſcentia aſpicere nō poterat. Democritus tandē affectus tedio cecitatis ſeipſū occidit. Unde Lactantius in iij.li°.diui.inſtitutionū.c.xviij.dicit ſic. Nam Democritus in alia fuit perſuaſione. ſed tamē ſponte ſua leto caput obuius obtulit ipſe. quo nihil ſceleratius fieri pōt. Nam ſi homicida nepharius eſt. quia hominis extinctor eſt. eidē ſceleri obſtructus eſt qui ſe necat quia hominē necat. imo vero maius eſſe id facinus exiſtimādum eſt. cuius vltio deo ſoli ſubiacet. Nā ſicut in hanc vitā non noſtra ſponte venimus ita rurſus ex hoc domicilio corporis qḋ tuendū nobis aſſignatum eſt. eiuſdē iuſſu nobis recedendū eſt. qui nos in hoc corpꝰ induxit.tā diu habitaturos. donec iubeat emitti. ⁊ ſi vis aliqua inferatur. equa mēte paciēdū eſt. cum extincta innocētis anima inulta eſſe nō poſſit. Habeamuſq̧ iudicē magnum cui ſoli vindicta integra ſemꝑ eſt. hec Lactātius.

Juliꝰ Ceſar.
Tiberius.
Gayus.
Nero.
Galba.
Domitianus.
Tiberꝰ gracꝰ.
Marchꝰ mariꝰ
Sylla.
Catilina.
Pompeius.

¶ Amplius idē patet de Principibus romanis demoniacis illuſionibꝰ ſeruiētibus q male mortui ſunt. Unā Julius Ceſar q primus romanū ſubripuit imperium.xxiiij. vulneribꝰ ꝯfoſſus interijt vt inqt Ualerius in.iiij.li°.c.v. ¶ Tiberius impator tertiꝰ a Julio. ābiguis ſignis veneni infeliciter obijt ſm Oroſiū.in.vij.li. ¶ Gayus Caligula quartus a Julio. interfectus eſt.cōiuratione ſuoꝝ vt in codē li°.ſcribit Oro. ¶ Nero ſextus a Julio hoſtis a ſenatu ꝓnūciatus. ab oibus derelictus ignominioſiſſime fugiens ad quartū ab vrbe lapidē ſeſe interfecit. teſte Oroſio ibidē. ¶ Galba iam ſenex ſeptimꝰ impator factus ab Ottone iugulatus eſt. inqt Oroſiꝰ. ¶ Domitianꝰ duodecimus a Julio hoſtis virtutū adiudicatus in palatio a ſuis crudeliter occiſus eſt. Taceo reliquos Principes q male mortui ſunt. ¶ Nec loquar de antiquoribꝰ romanoꝝ ciuibus qui horribili morte extincti ſunt. ¶ Nā Tiberius Graccus ictu claue cerebro impacte exanimatus ē. ¶ Machꝰ Marius effoſſis oculis iuſſu Sylle mori coactus eſt. ¶ Sylla vlcere inteſtinoꝝ tandē inter pediculos miſerabiliter obijt. ¶ Catilina telo cōfoſſus infami vita priuaē. ¶ Pompeius iuſſu Ptholomei regis egipti capite ceſſus eſt. Et ne vltra progrediar. poſtq̄ Cartago romani imperij emula deleta fuit.

nunq̃ ceſſarunt bella ciuilia. In quibus quot mortis genera. quot milia hominū occiſa. quot iugulati. quot ſtrāgulati fuerint nouit diabolus cuius imperio vrbs romana quaſi ancilla tunc famulabat.

¶ Inſuper legimus Pharaonē regē egipti q̃plures incātatores ⁊ maleficos in curia ſua habuiſſe qui multis varijſq̃ modis miracula Moyſi depꝛauare conati ſunt vt pꝫ in li°. Exodi. Tandē Pharao a diabolo ſeducꝰ. ipſe cū toto exercitu ſuo in mari rubro ſubmerſus ē. ⁊ ad eū ꝓperauit in quo ſperauit. — De Pharaone.

¶ Etiā Balaam ſup[er]bus ⁊ cupidus. Magus ⁊ Ariolus ac ꝓpheta demonū ad vocē aſine nō expauit. vt pꝫ Nume. xxij. c. Ratio huius eſt. q: Balaā aſſuetus erat videre demones ſibi apparētes in ſpē aialium ⁊ ſecū loquētes. Et iō cū aſina locuta ē dicēs qd feci tibi. cur pcutis me. Ipſe Balaā nō expauit. ſed in pterritus reſpōdit. vtinā haberē gladiū vt te pcuterem: hic tandē falſus ꝓpheta q querebat reuelatiōes a demonibus. gladio filioꝝ iſrael occiſus eſt. vt pꝫ Nume. xxj. c. — De Balaam.



¶ Etiā Saul rex iſrael tā demēs effectus ē vt magos ⁊ ariolos quereret. quos ipſe abſtulerat de terra. Unde ad mulierē phitoniſſaꝫ cōfugit. vt quereret ab ea quid acturus eſſet. Que per incātationes ſuſcitauit Samuelē ꝓphetā. qui plura nūciauit Sauli vt pꝫ. j. Re. xxviij. c. — De Saule rege iſrael.

Sup qua apparitione. Nota ſm Tho. i prima pte. q. lxxxix. ar. viij. in reſpōſione ad ſecūdū argumentū. Et in ſa ſe. q. xcv. ar°. iiij. in reſpōſione ad ſecundū argumentū. q demones fingūt ſe eſſe aias defunctoꝝ vt inducant in errorē vel etiā diuina diſpēſatione apparēt anime defunctorū. — Sanctus Tho.

Nam ſecūdū Augu. nō eſt abſurdū. credere aliqua diſpēſatione pmiſſum fuiſſe. vt nō dominātē arte magica vel potētia. ſed diſpēſatione occulta. que phitoniſſā. ⁊ Saulē latebat ſe oſtēderet ſpūs iuſti aſpectibus regis. diuina. eū ſentētia pcuſſurus. vel nō vere ſpūs Samuelis a requie ſua excitatus ē ſed aliquod fantaſma ⁊ illuſio ymaginaria. diaboli machinationibus facta. quā ſcriptura Samuelē appellat ſicut ſolēt ymagines rerū ſuarū nominibus appellari. — Nota d aia Samuelis.

Demū Saul fugiēs a facie philiſtinoꝝ vulneratus eſt vehemēter a ſagittarijs ⁊ deinde arripuit gladiū ſuum ⁊ irruit ſup eum ⁊ mortus eſt. vt pꝫ. j. Re. vltio. c. — Saul morit.

Ex dictis pꝫ euidēter q magici. ſortilegi. ⁊ incātatores ſubita aut horribili morte percūt ⁊ q oēs a demone ſeducunt. Et ideo Eccleſiaſtici. xij. c. dicit. Quis miſerebitur incātatori a ſerpente pcuſſo ⁊ omnibus qui appropinquant beſtijs: quaſi dicat. Cum ex tenore diuinaꝝ ſcripturarum tā veteris q̃ noui teſtamēti quilibet ſit multipliciter admonitus vt caueat ſibi a demoniacis illuſionibus. ideo qs miſerebit ei. q ad ſimilia labit: quaſi dicat. nemo.

Scias ergo q vnus ſolus Nigromāticus inuenit q a demone nō fuit ſeductus ſꝫ largiter remuneratus. De quo fertur q cū pluries ſortilegia ⁊ diuinatiōes. multis ac diuerſis ſupſtitiōibus ꝓbaſſet vt demones alliceret ad reuelādum ſibi theſaurū abſconditū. tandē poſt crebras vigilias ⁊ tedia multa. demō in ſomnijs reuelauit ei vt in certo loco foderet terrā ꝓfunde. quia oīo illic erat theſaurus abſconditus. Itaq̃ excitatus a ſomno ſollicite queſiuit ſocios valētes. quos ad locum ſibi reuelatū cōduxit. qui vſq̃ ad ſudores fodientes. inuenerunt tandē vas terreum. ⁊ vltra q̃ dici liceat letantes. ollam aperuerunt quā repletā merda inuenerunt que tanti erat fetoris vt vix periculū mortis euaderent. — Exēplū nobile.

Quia ergo ſūma ſtulitia eſt a tenebris ſperare lucem. ab imundicia puritatem. a falſitate veritatē. idcirco deus omnem diuinationē ⁊ ſupſtitionem prohibet ſub pena mortis. Unde Deuterono. xviij. capl°. Nō inueniatur in te q ariolos ſciſcitetur. aut obſeruet ſomnia atq̃ anguria. nec ſit maleficus nec incantator: neq̃ phitones cōſulat. nec diuinos nec querat a mortuis veritatem. hec ibi. Sed q pena mortis ſit talibus danda. habetur clare Leuitici. xx. c. vbi dicitur ſic. Anima que declinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit cum eis ponam faciē meam cōtra eam ⁊ interficiā illam de medio populi mei. Et in fine eiuſ- — Pena mortis daꝫ icātatorꝰ.

dem capituli. dicit̃ ſic. Uir ſiue mulier in quibus phitonicus vel diuinatõis fuerit ſpiritus morte moriatur lapidibus obruent eos. hec ibi.

¶ Nota ergo φ tanta eſt enormitas eorum qui ſortilegia ſequunt̃ vt etiam in pluribꝰ
Sortilegi qñqꝫ iudicat̃ heretici — caſibus poſſint ꝓ hereticis iudicari. Sicut ſunt illi qui dicũt ſortilegia non eſſe illicita cum habeãt quãdoqꝫ ſpeciẽ pietatis. Ut ſi ꝓpter ſpem recuperãde ſanitatis fiant. Sꝫ q̃ð iſtud ſit hereticũ ꝓbatur. qꝛ oppoſitũ eſt ab eccleſia determinatũ. Uerbi gratia. fornicatio ſi[m]plex eſt peccatũ mortale licet nõ ſit hereſis. Attamẽ hereticũ eſt dicere fornicationẽ licere. qꝛ ẽ ꝯtra determinationẽ eccleſie. dicere φ liceat fornicari. Ideo qui-
Sanctus Tho. — cunqꝫ reſiſtit auctoritati eccleſie romane hereſim icurrit. vt dicit Tho. ſa ſe. q. xj. arᵒ. ſc̃do. ad tertiũ. ¶ Similiter quãdo qs vtitur cerimonijs eccleſie ad ſortilegia faciẽda
Nota omnia. — vt aqua benedicta vel cera vel incenſo benedicto ⁊ huiuſmodi. credens habere efficatiam aliquã reſpectu talis effectus mali eſt hereticus. qꝛ q male ſentit de eccleſia ẽ hereticus. ſed talis male ſentit de illa: putans malos effectus ex eius cerimonijs ꝓuenire. Et pariter dicẽdum eſt de articulis fidei quãdo quis abutit̃ verbis fidei. vt verbũ caro factuꝫ eſt. ⁊ ſimilibus. credẽs ad maluꝫ iſta verba habere efficatiã. Nam talis male ſentit de fide. ⁊ oĩs talis eſt hereticus cenſendus. ⁊ directe eſt contra euãgeliũ beati Ioãnis. Quicũqꝫ etiam ſacramẽtis abutitur vt ſiquis cõmunicaret animal brutum. Aut baptizaret rem inanimatã. Tales. ſunt heretici dupliciter. Primo ſi credunt cõferre baptiſmũ rei inanimate. Et ſi putãt ſacramẽtum baptiſmi habere efficatiã alicuius effectus mali. qꝛ vtroqꝫ modo male ſentit de ſacramẽtis eccleſie. cũ tamẽ oppoſitũ
Dubitatio. — ſit determinatũ ꝑ eccleſiã. ¶ Sed occurrit dubitatio. cur ſortilegia dicant̃ ⁊ ſint pecca-
Solutio. — ta tante grauitatis. Uel quare habẽt maximã efficatiã. Reſpõdeo. quia demones quorum miniſterio talia fiunt maxime delectant̃ ⁊ appetunt illa in q̃bus deus ſumme offenditur. Ideo nõ mirũ ſi in diuina lege incantatores ⁊ ſortilegi ſunt ad mortem lapidationis adiudicati. Hec de tertia perſecutione eccleſie dicta ſufficiãt.

obtinuit de filio Coſdroe rege Perſaꝝ quē iuxta fluuium Danubij glorioſe deuicit ipſumqꝫ regē Coſdroe in trono ſedētē aureo gladio ſuo decollauit tūc elatus animo ſubiectos ſibi populos grauiter oppreſſit ⁊ ad ſoluēdū grauia tributa coegit. Alia cauſa huius excidij aſſignat̄ in ſpeculo yſtoriali.li°.xxiij.c.lxviij. vbi dicitur ꝙ bellum implacabile ortū eſt inter romanos et Saracenos Anno.xxj. Imꝑatoris Heraclij: Cum ſpado eiuſdē Heraclij diſtribuēdo togas militibus noluit Saracenis militātibus ſub imꝑatore ꝯtribuere.qn poti⁹ vocauit eos canes.q pudore ⁊ dolore incitati totā Saracenoꝝ gētē ad rebellādū incitarūt.Semꝑ enim ſermo molis frangit irā.⁊ ſmo durus ſuſcitat furorē.At Machomet⁹ q iam inter arabes famoſus erat ⁊ ad principatū aſpirabat callide ſuadebat illis populis vt ſe a tā dura ſuitute romani imperij ſubtraherēt.ſicqꝫ oī virtute qua poterat arabes excitabat ad duo principaliter.ſ.ad rebelandū romanis ⁊ ad ſequelā ſui.Et qꝛ iā erant inclinati ad reſiſtendū exactiōibus romani imperij. Ideo Machomet⁹ audax ⁊ verſutus videns tēpus diſpoſitū.ſub colore liberādi populos ab huiuſmodi oppreſſiōib⁹ ⁊ tributarijs pēſionib⁹ hortat⁹ fuit vniuerſos ad rebellionē.q̄d qdē obtinuit.Nā cū Heracli⁹ miſiſſet nūcios ſuos vt ꝯſueta tributa colligerēt Machomet⁹ ad eos audacter accedēs nō ſolū eis cēſū negauit ſ; pariter illos occidit.q̄d cū Heraclius intellexiſſet Theodorū fratrē ſuū valido cū exercitu miſit in Affricā vt rebelles in frena ſubmitteret:Sed ꝑmittente deo Theodorus victus eſt ⁊ ſine honore redijt ad imperatorem fratrē ſuum. Iſtud aūt fuit primū bellū inter Saracenos ⁊ chriſtianos q̄d factum fuit circa annū domini.659.tempore Bonifacij pape quarti.Audiēs autē Heraclius que facta fuerāt iterū maiorem cōgregauit exercitum ⁊ Theodorū fratrem ſuū miſit in Affricam vt rebellantes ſubiugaret. Poſt varios autem armorū ſtrepitus victi ſunt chriſtiani ⁊ Theodorus frater Imperatoris occiſus eſt.Hec autē chriſtianorū ſtrages tam grandis fuit vt centū ⁊ quinquaginta milia.deo ſic permittēte dicātur ab yſtoricis proſtrati paucis exceptis.⁊ tunc ſublatū fuit romanorū dominium in partibus Affrice. Vidētes igitur Saraceni ſe liberos a iugo ſeruitutis vltra modū gaudentes redierūt in Siriā ad ciuitatem Damaſci que ab antiquo fuerat caput regni chriſtianoꝝ.ibiqꝫ Machomerus vnanimi ꝯſenſu eleuatus in regem tanqꝫ verus ꝓpheta dei a Saracenis habitus eſt.Et ſic patet ꝙ rabies auaritie Heraclij fuit cauſa tante iacture romani imperij.

Heraclius decolauit Coſdroe regē Perſarū.

Machometus negat cēſū ⁊ occidit nūcios Heraclij.

Strages maxia chriſtianoꝝ.

¶ Scdo Heraclius imperator grauiter ab yſtoricis inculpatur de hereſi.quo nil miſerabilius in principe eſſe pōt. Vn̄ Vincētius i ſpeculo yſtoriali.li°.xxiij.c.xxxix.dicit. ꝙ ꝑ idē tempus Sirus alexādrin⁹ ep̄us ⁊ Sergi⁹ Cōſtātinopoleus patriarcha monothelitaꝝ hereſim ꝑdicabant.que.ſ.vnā tantū in xp̄o naturā eſſe putabant a qbus deprauatus Heraclius auguſtus.poſt tātas victorias oberrauit a catholica fide.vnde diuino iudicio Agareni qui ⁊ ſaraceni dicunt̄ imperium romanū grauiter ceperunt lacerare.Sunt alij q dicunt ꝙ heraclius corruptus ⁊ auerſus fuit a fide ab Anaſtaſio patriarcha iacobitaꝝ. Ideo nō mirū ſi a domino fuit derelictus.quia legimus ad heli ſacerdotē ex parte dei dictū fuiſſe vt patet.j.Re.ij.c°.Quicūqꝫ honorificauerit me glorificabo eum qui aūt cōtemnunt me erunt ignobiles.Quādiu enim Heraclius tenuit verā fidem in cūctis ꝓſpere ſe habuit.vt patet de victoria admirabili quā contra Coſdroe rege Perſaꝝ obtinuit.Sed poſtqꝫ a tramite vere fidei auerſus eſt.dulcedo illa ꝓſperitatis ⁊ glorie cōuerſa eſt in amaritudinē aduerſitatis ⁊ ignominie quia Saraceni qui Turchi nominant̄ non ſolum Affricā ſed Damaſcum ⁊ Ieruſalem totamqꝫ ſiriam ⁊ Antiochiam occuparunt.nec nō omnem regionem que eſt ab egipto vſqꝫ ad Eufraten ſuo dominio ſubegerunt.Sicqꝫ imperium romanum grauem ſuſcepit iacturā ob peccata chriſtianoꝝ.ſignanter.ꝓpter ſuperbiā auaritiā ⁊ hereſim Heraclij.

Heraclius fuit inculpatus de hereſi.

Qui ꝯtemnit eccleſiā ꝯtemnit̄ ab ea.

ideo poſt iudicia dei que ſunt abiſſus multa: Lex Machometica ex hoc incremētū ſumpſit. Hec de tertia queſtione dicta ſufficiant.

¶ Reſpōſio ad quartā queſtionē.

Reſpōſio ad q̄r tam q̄onem.

Ad quartam Queſtionē in qua a pluribus dubitat̃. qualiter Machometus homo iſamis qui ſemp̱ vitā facinoroſā duxit cui⁹ operatio vel meditatio nil aliud fuit i toto tēpore vite ſue q̄ȝ homines interficere aliena diripere ⁊ adulteria ppetrare. qua virtute mētes tantaꝝ gentium inclinare potuit ad credēdum errores ⁊ maledicta illius legis: Cū homo qui eſt creatura rōnalis talia nāliter abhorreat? Pro reſpōſione huius q̄onis ꝯſiderādum eſt ſm beatū Thomam in prima ſcd̄e. q. lxxj. ar⁹. ij. in reſpōſione ad tertiū argumētum. q̄ in hoīe ē duplex natura. ſ. rōnalis ⁊ ſenſitiua: ⁊ q: p̱ operationē ſenſus homo p̱uenit ad actus rōnis. Vn̄ philoſophus dicit. q̄ nihil eſt in intellectu qn̄ prius ſit in ſenſu. Et itex. oīs noſtra cognitio intellectiua ortū hȝ a ſenſitiua. ideo plures ſequunt̃ inclinatōes nature ſenſitiue q̄ȝ ordinē rōnis.

Machometus p̄cepta carnalia tradidit.

Et q: Machometus in lege ſua p̄cepta carnalia tradidit voluptatibus carnalib⁹ frena relaxās. ſic vt oībus delicijs ianuā aperuerit ⁊ virtutib⁹ clauſerit. Idcirco nō mix ſi facile illi arabes q ſunt rudes ⁊ carnales hoīes: carnalia ſecuti ſunt.

Lactantius.

Hinc Lactātius. in prin. j. libri diuinarū inſtitutionū ait. Nā q: virtutibus amaritudo pmixta eſt. vitia vero voluptate ꝯdita ſunt. illa offenſi hac deliniti ferunt̃ in preceps. ac bonoꝝ ſpecie falli mala p̱ bonis amplectunt̃. hec Lac.

Scias autem Quod Machometus peſtilēciſſimus draco vt aptius p̱ueniret ad principatū ſaracenoꝝ ⁊ arabum ⁊ vt fieret eoꝝ legiſer more tortuoſi ſerpētis nō vno modo ſed multis ac varijs artibus vſus eſt. ſuadēte imo ſtante diabolo a dextris eius. ¶ In primis acq̄ſiuit fauores pp̱ opioneȝ ſciētie ⁊ doctrine.

Machometus acquiſiuit fauores ꝑpter opinionem ſciētie.

Scias ergo q̄ oēs iſtorici quos vidi ꝯueniūt in hoc. dicētes. q̄ Machometus fuit de genere Iſmael filij Abrahe. ⁊ hoc pariter affirmat magiſter Vincētius in ſpeculo yſtoriali. li. xxiij. c. xxxix. Abraam enim ex ancilla Agar genuit Yſmaelē a quo Yſmaelitaꝝ genus q poſtea Agareni. ab agar ancilla dicti ſunt. Unde gloſſa ſuper illud Yſaie. xxj. c⁹. Onus in arabia. dicit ſic. Arabes ſūt Saraceni ab yſmaele ⁊ Cedar filio eius qui meli⁹ a matre ſua agareni. ſed maluerūt vocari Saraceni quaſi Sare libere non Agar ancille ſint filij. hec ille.

De origine ſaracenorum.

Iſte ergo yſmael idolatra fuit peſſim⁹ queȝ deus a domo paterna eiecit. vt pȝ Gē̄n. xxj. c⁹. Ideo nō mirum ſi ab arbore mala ramus peſſimus origineȝ duxerit.

Ab Yſmaele vſq̄ȝ ad patrē machometi. xxiij. generationes.

Fluxerunt auteȝ ab Yſmaele vſq̄ȝ ad Abdalam q genuit Machometuȝ ex Ennia vxore filia Hayop. generationes. xxiij. Hec igit̃ Hennia ex Abdalam cōcepit ⁊ peperit Machometū in villa que dicit̃ Hytrarip. que eſt ꝑpe Mecham in Arabia. Cūȝ autē Machometus eſſet annoꝝ octo. mortuis parētibus ſuis: Auūculus ei⁹ frater p̄ris dict⁹ Abudalip al's Abdemutala. machometū tradidit cuidā iudeo aſtronomo q iſtruxit eū in ſciētijs nālib⁹. Sūt tñ q dicūt q̄ machomet⁹ nō fuit litterat⁹. Sȝ ego ꝯſideratis his q̄ ab iſtoricis dicūt̃. puto veracit̃ eū fuiſſe a teneris ānis aliq̄lr̄ l̄ris eruditū nō tñ credo q̄ fuerit magne litterature q: nō ē eiuſdē viri tractare arma: mercātias: venereas voluptates: ⁊ ſpeculari igētia.

Ieronimus.

Hinc Iero. ad pāmachiū i defenſione libroꝝ ꝯ̄ Iouinianū. nec intulat̃ ep̄la ſȝ liber apologetic⁹ ad pāmachiū. q icipit. q̄ ad te huiuſq̄ȝ nō ſcripſi. ſic ait. Antiqua ſnīa ē. Nemo pōt duob⁹ dn̄is ſuire. carni ⁊ ſpūi. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm. ſpūs āt aduerſus carnē. hec inuicē ſibi aduerſant̃. vt nō q̄ volum⁹ faciam⁹. Itex Iero. Ad pāmachiū ⁊ Oceanū i ep̄la exhortatoria q̄ icipit. Qui Ethiopē inuitat ad balnea. ita igt. Anim⁹ ſecularium ſolicitudinū plen⁹ illecebris

verbum nō pōt ſuſtinere diuinum. niſi prius ipſas mundi ſollicitudines culparumqꝫ omniū materias euāgelica in ſe falce ſucciderit. Et ſicut ait Seneca nil tam mortiferū ingenijs ꝙ̄ luxuria. ⁊ pariter negocia ſecularia ſemper animū diſtrahunt. quibus rebus Machometus ab adoleſcentia ſua ſe totū expoſuit. Idcirco doctrina ⁊ ſciētia eius apud arabes fuit magis ſm opinionē ⁊ fauorē ꝙ̄ in rei veritate. tū q̄r in ſua pueritia vni iudeo aſtrologo datus fuit in diſciplinam. tum q̄r cum Joanne Antioceno ⁊ Sergio monachis ⁊ hereticis diu cōuerſatus eſt. Propter opinionē ergo doctrine ⁊ ſcientie mētes multarum gentium ad ſe inclinauit.

Jeronimus.

Secundo Machomet⁹ hoīes ad ſe traxit eloquētia ⁊ affabilitate. Erat enim lingua facilis ⁊ ad pſuadēdū idoneus. Ideo Saracenos ⁊ arabes qui erāt rudes ⁊ ferales in deſertis cōmorātes omni ſciētia ⁊ doctrina penitus ignari. nūc ſollicitabat ſuaſionibus. nūc blāditijs aut fictis laudibus vt eorꝫ corda ad ſe ꝓuocaret. quia vt inquit Jero. ad Nepotianū pſbyterum. Nihil tam facile ꝙ̄ vilē plebeculam ⁊ indoctā contionē. lingue volubilitate decipere. que quicquid nō intelligit plus miratur.

Machometus hoīes ad ſe traxit eloquētia et affabilitate.

Tertio Machometus fauores populares ad ſe alliciebat per promiſſa iuxta illud Ouidij in p̄mo libro de arte amandi. Promittas facito. quid nā promittere ledit? Pollicitis diues quilibet eſſe pōt. Et iterū per largitiones ⁊ munera quia teſte Ouidio in tertio libro de arte amādi. Munera crede mihi capiunt homines deoſqꝫ. Quid ſapiens faciet? ſtultus quoqꝫ munere gaudet. Et quāuis in p̄mena etate fuerit pauper tamē inualuit ꝑ mercātias. Nam pergebat cum camelis ſuis in egiptum in paleſtinā in Siriam ⁊ ad alia loca vt ſolent mercatores lucri cauſa. Etiā magnas coaceruauit diuitias per rapinas ⁊ fraudes. Unde i ſpeculo yſtoriali. li. xxiij. caplo. xlj. dicitur ꝙ homines ad ſe peſtiferos ⁊ viarū inſidiatores fugitiuos quoqꝫ et homicidas ſibi aggregauit. quos etiam ad deuia ſiluarū. ad cacumina mōtium ⁊ ad proxima fontibus loca circūquaqꝫ mittebat inſidiari negociatoribus ⁊ iter agentibus ad interficiēdum eos ⁊ diripiendū tam camelos ꝙ̄ cetera que negociationis vel neceſſitatis cauſa portabant. Et per hūc modum peruenit Machometus ad maximas diuitias quibus mediātibus cōſecutus fuit honores: fauores: dignitates: ſeruos: āncillas: officia: amicitias. ⁊ breuiter teſte Salomone. Eccleſiaſtes. x. c. pecunie obediūt omnia. Hinc Petronius poeta.

Quiſquis habet nūmos ſecura nauigat aura.
Fortunāqꝫ ſuo temperat arbitrio.
Carmina componit declamat ꝯcrepat oēs.
Et peragit cauſas ſitqꝫ catbone prior.

Machometus hoīes traxit per promiſſa.

Speculū yſtoriale.

Salomon.

Petronius.

Quarto Machomet⁹ quattuor habuit magiſtros qui ſibi in omnib⁹ erroribus ſuis fuerunt fauorabiles. Primus fuit quidā iudeus magn⁹ aſtrologus ⁊ philoſophus quē habuit in pueritia ſibi ab auunculo ſuo deputatum a quo tam opere ꝙ̄ cōſilio ad omnia mala cōtra chriſtianos ſemper fuit confortatus. ¶ Secundus fuit Joānes monachus Antiocēſis hereticus arrianus. Nā cū Machometus eſſet etatis. xxv. annorꝫ tendens in egiptū pro quibuſdā mercātijs exercendis ꝯuerſabatur cum iudeis ⁊ chriſtianis ibidē exiſtentibus. Specialiter autē ꝯuerſatus fuit cum ꝑdicto Joāne monacho heretico quē in magiſtrū accepit ⁊ a quo didicit multa tam de veteri ꝙ̄ nouo teſtamēto ad defenſionē ſui erroris cōtra iudeos ⁊ chriſtianos. ¶ Tertius magiſter fuit Sergius monachus etiam hereticus arrianus de quo dicitur in ſpeculo yſtoriali. libro. xxiij. caplo. lj. ꝙ cum iſte Sergius in monaſterio grauiter peccaſſet ⁊ propter hoc excōicatus ⁊ expulſus fuiſſet. acceſſit in arabiam

Machometus q̄ttuor hūit magiſtros.

Sc̄d⁹ Joānes monach⁹ hereticus.

Terti⁹ Sergi⁹ monach⁹ hereticus.

vſqꝫ ad Meccħā vbi erant duo populi vnus cultor idoloꝝ ⁊ alter iudaicus. Inuenit autē ibi Machometū qui colebat idola cui adheſit ⁊ docuit eū multa tam de nouo q̄ꝫ veteri teſtamento. Sic igit̄ ab his duobus monachis hereticis abhominatio legis

Quartus magiſter principalis fuit diabolus.

Machometice originē traxit dirigēte diabolo. ¶ Quart⁹ magiſter principalis Machometi fuit diabolus cui familiaris erat ⁊ quo ſuadēte artem magicā didicit. ſic vt in omnibus ſortilegijs ⁊ incātationibus fuerit peritiſſimus. ideo ꝑ ſigna artis magice q̄ꝫ plures ſeduxit. Et ꝓpterea in ſpeculo yſtoriali. li°. xxiij. c. xxxix. dicit̄. ꝙ Machomet⁹ magus ꝑfectiſſimus effectus eſt.

Machometus mente cecat⁹ oīa iura peruertit.

Quinto Machometus totus animo elatus ⁊ ambitiōe cecatus omnia iura humana ⁊ diuina ꝑuertit vt ad principatū ſaracenoꝝ peruenire poſſet. Erat enim natura ſuꝑbiſſimus ⁊ ꝓpter inordinatū deſiderium dominādi egit more Julij Ceſaris qui teſte Marco tulio in primo libro officioꝝ oīa iura diuina ⁊ humana ꝑuertit ꝓpter eum quē ſibi ipſe opinionis errore finxerat principatū. Fuit quippe Machomet⁹ omni impietate ac ſcelere repletus in quo: nil veri: nil iuſti: nil boni: nil ſancti: nullius dei metus. nulla religio. cuius intētio atqꝫ omne deſideriū ſuū fuit alijs p̄eſſe. honores querere. populos infrena ſubmittere. aliena diripere. ſcelera ꝑpetrare. atqꝫ inocentes occidere.

Machometus fauores habuit a regina Tadiga.

Jeronimus.



Sexto Machometus grande nomē ſibi acquiſiuit fultus fauore ⁊ amicitia regine Tadige. Ut aūt hoc cōſequi poſſet venit in ꝓuintiam que dicit̄ Corozonia cuius quidē ꝓuintie: dicta domina vidua: Tadiga noīe principatū tenebat. cui Machomet⁹ diuerſas ſpēs arromaticas. gēmas. iocalia. ⁊ plura curioſa encenia attulit. que admirans cepit ei familiarius adherere quia vt inqt Jero. ī regula ad Euſtochiū. c. xxviij. Imperfectiſſimus mulieꝝ affectus ſemꝑ in veſtibus ſemꝑ in auro ſemper in lapidibus p̄cioſis ⁊ ornamētis extrinſecis gloriā ponunt. Non ſufficit eis libido innata nature ſed occaſionē querūt explende libidinis. Affectant ꝓculdubio vt oculi viroꝝ aurum ꝯtemplātes ⁊ gēmas tandē figant̄ in faciē vt oculorū ſuorū nutib⁹ facilius incitent ad libidinoſū incendiū. hec Jero. Et deinde Machometus eādem reginā blandis ſermonibus: ſuaſionibus: munuſculis atqꝫ incantationū ſuaꝝ fantaſmate cepit paulatim in errorem inducere. dicēs ei ꝙ ipſe eſſet Meſſias quē eſſe venturum adhuc iudei expectant. In quem errorē non ſolū dicta mulier fuit decepta. ſ; ⁊ omnes iudei ad quos fama eius ꝑtingere potuit vna cum Saracenis tanta reꝝ nouitate attoniti cōfluebant. quibus cepit nouas leges fingere adiungēs teſtimonia tā noui q̄ꝫ veteris teſtamēti. vſus cōſilio Sergij monachi heretici arriani. Prefata quoqꝫ mulier videns hominē iudeoꝝ ⁊ ſaracenoꝝ pariter cōtubernio vallatū. exiſtimabat in illo diuinam latere maieſtatē. Et cum eſſet vidua aſſumpſit eū ſibi maritum interueniente eā quā tu ſcis. Sicqꝫ Machometus totius ꝓuintie illius obtinuit principatū. Deinde Arabes ei adherētes regnum ꝑſidis ceperunt infeſtare ac demum orientalis imperij fines vſqꝫ Alexandriā ſuper heraclium inuadere. Poſt hec Machometus

Machometus fuit epilētica paſſione infectus.

cepit cadere frequēter epilētica paſſione. Qđ Tadiga cernēs triſtabat̄ ꝙ nupſiſſet impuriſſimo homini ⁊ epilētico. quam ille placare deſiderans. talibus ſermonib⁹ demulcebat eā dicēs. Noueris ꝙ Gabrielē archāgelum loquentē mecum cōtemplor ⁊ non ferens ſplendorem vultus eius. fragilitate victus deficio ⁊ cado in terram. Credidit ergo mulier ⁊ oēs arabes ⁊ Yſmahelite ꝙ ex ore archāgeli Gabrielis illas ſuſciperet leges quas ſuis diuulgabat. hec in ſpeculo yſtoriali. li°. xxiij. c. xxxix.

Machometus plres ad ſe traxit terrore crudelitatis.

Septimo Machometus q̄ꝫ plures ad ſe traxit terrore crudelitatis ſue. Nā tanta crudelitatis rabie efferatus fuit vt omnes qui maleficijs ſuis ꝯtradicerent vel in aliquo cum reprehenderent ſtatim eos vbicūqꝫ ſibi con-

tingeret aut per ſe aut per ſuos dormientes ſiue vigilantes ꝓditorie iugularet vt dicitur in ſpeculo hyſtoriali libro quo ſupra.c.xliij. Sicq; multos terrore ⁊ vi armoꝝ in quoꝝ potentia dixit ſe miſſum ad ſuaȝ traxit perfidiam.que ſigna etiam latronibus ⁊ tirannis ſunt cõmunia vt dicit Sanctus Thomas in.j.lib.contra gẽtiles.c.vj. Volo etiam te ſcire ſecundum Thomam ibidem.ꝙ plures ſapientes ⁊ in rebus diuinis ⁊ humanis exercitati a principio ſe oppoſuerunt legibus ⁊ preceptis eius.ſed eos vi armoꝝ in ſuam legem coegit.

Speculũ hyſtoriale.

Sanctus Tho.

Octauo Machometus populos ad ſe traxit cõcedendo p̃cepta carnalia.cũ eis feci̇bus luxurie habenas relaxãs.ſicut ipſe totus carnalis erat. Propterea dicebat vt habet in ſpeculo hyſtoriali lib.xxiij.c.xliiij. datũ ſuis renibus a deo.quadraginta viros in coitu potentiſſimos fortitudine libidinis adequare. Inter cetera autẽ rebus odoriferis ⁊ mulieribus ſe delectari dicebat. Unde habuit vxores quindecim ingenuas ⁊ duas ancillas. O vere quantum diſtat chriſtiana religio ab iſta impura ⁊ turbulenta diſciplina Machometica. Si enim vna ſola vxor a dei amore impedit hominem.quomodo qui tantas habebat officium prophete congrue adimplere poterat? Nam officium ꝓphete non eſt aliud q̃ȝ orare:predicare:ieiunare ⁊ his ſimilia facere. Ideo admirari non ſufficio quo pacto homo tantis flagitijs deditus officio ꝓphetico vnq̃ȝ potuerit vacare. Hinc Jeronimus contra Vigilantiuȝ.epiſtola incipit. Juſtum quidem fuerat.ita inquit. Non eſt eiuſdeȝ hominis ⁊ aureos nũmos ⁊ ſcripturas probare.deguſtare vina ⁊ prophetas ⁊ apoſtolos intelligere.hec Jeronimus. In his ergo preceptis carnalibus in promptu eſt a carnalibus hominibus obediri.vt inquit Sanctus Thomas vbi ſupra. Ideo precepta legis ſue ſunt promiſſis ſuis conformia.qꝛ obſeruantibus legem ſuam.ꝓmiſit in premium carnales voluptates que etiam beſtijs ſunt cõmunes. Et per hunc modum inclinauit mentes multaꝝ gentium in errorem ſecte ſue.qꝛ mel muſce ſequntur ⁊ cadauera lupi. Et ſicut pulcre ſcribit Sanctus Thomas in.j.lib.contra gentiles.c.vj. Hic falſus ꝓpheta nulla documẽta veritatis attulit niſi que de facili a quolibet mediocriter ſapiẽte naturali ingenio cognoſci poſſunt.quin potius vera que docuit multis fabulis ⁊ falſiſſimis doctrinis immiſcuit. Nec pariter ad cõfirmationẽ legis ſue.ſigna ſupernaturaliter facta quibus ſolum diuine inſpirationi cõueniens teſtimoniũ adhibet oſtendit.qꝛ ꝑfecto neſcit diuina bonitas patrocinium preſtare criminibus.

Machometus multos ad ſe traxit cõcedẽdo p̃cepta carnalia.

Speculũ hyſtoriale.

Jeronimus.

Sanctus Tho.

Sanctus Tho.

Nono Machometus gentes multas ſeduxit per fictiones fallatias ⁊ mendatia. Venena enim non dantur teſte Ambroſio niſi melle circũlinita ⁊ vitia non decipiunt niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutum. Unde magiſter Vincentius in ſpeculo hyſtoriali lib.xxiij.c.xl.dicit.ꝙ volens Machometus ſibi recõciliari animos Arabum.dicebat ſe eſſe ꝓphetam ad eoꝝ ſalutem diuinitus miſſum vt legem iudeis ⁊ chriſtianis que erat nimis rigida ⁊ ſeuera tẽperaret. Et vt eidem miſſioni ad inſtar Moyſi prodigia quedam viderentur atteſtari.populum aſſignata die conuocauit ad certum locum. Tunc eo ſermocinante ad populum.columba que in vicino erat ad hoc ipſum fallaciter edocta.ſuper humerum eius aduolans ſtetit.⁊ in eius aure iuxta morem ſolitum.grana ibi poſita comedens qua verba legis ei ſuggerere ſimulauit. Taurus ſimiliter ad hoc ipſum conſuetudine quadam edoctus fuit vt de manu eius pabulum acciperet.⁊ ad vocem eius coram populo venit ⁊ quaſi legis noue mandata celitus miſſa.que ipſe cornibus eius alligauerat detulit. Vide ibi plura ſi vis. Tandem poſtq̃ȝ Machometus ad annum.lxiij.vite ſue peruenit per ſeptem dies vt fertur morbo pleuretico egrotauit ⁊ amiſit ſenſum.ſeptima vero die dicitur aliqualiter conualuiſſe ſicq; peruenit vſq; ad.xiiij.diem in qua mortuus eſt. Et intu

Machometus multos ad ſe traxit ꝑ fallatias ⁊ mendatia.

Speculũ hyſtoriale.

Machometus anno.lxiij.vite ſue obijt.

Machometus in morte intumuit ⁊ incurua tus eſt.

Nota.

Salomon.

muit venter eius nimis ⁊ totus retro incuruatus eſt. vt per tam horribile ſignum daretur intelligi ꝙ hic qui diu viueret ſemper incuruatus fuit ad terrena ⁊ qui toruo ac curuo ſpiritu coram deo ⁊ hominibus ambulauit. etiam in morte ſua per curuaturam corporis, oſtenderetur non ſolum curuitas animi ſed pariter falſitas preceptorum legis ſue. Hinc Dauid ꝓphetarum eximius videns in ſpiritu huius infami hominis mortem. horruit nimis. Unde in perſona eius exclamauit. Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſq̧ in finem. quaſi dicat. Ideo miſer factus ſum. q: vt inquit Salomon prouerbiorum. xv. c°. miſeros facit populos peccatum. Sed rectius dixerim. q: Sceleſtiſſimus fui omnium peccatorum omnium miſerimus factus ſum. eterne miſerie deputatus. Et ꝓpter hoc ſunt qui dicunt ꝙ dominus ieſus chriſtus in illa die ſui tremebundi iudicij. tres grauiſſimos peccatores acerrime redarguet. ſ. Judam. Machometum. ⁊ Antichriſtum. Sequitur. Et curuatus ſum vſq̧ in finem. ſ. ad terrena tam mente q̄ corpore vſq̧ in finem. ſ. vite mee. Et ſic patet qualiter Machometus multis varijſq̧ modis gentes ⁊ populos ſeduxit. Hec de quarta queſtione dicta ſufficiant.

¶ Reſponſio ad quintam queſtionem.

Sanctus Tho.

Pluſq̧ . ccc. xpianorum milia aſſumpſerūt crucem.

Principaliores in illo tam grandi exercitu.

Ad quintam Queſtionem in qua obicitur ſic. Cum deus perfidiam ⁊ ritus Saracenorum vehementer horreat. quomodo fit. vt chriſtiana religio que totiens pugnauit. totiens tractauit arma ꝓ recuperatione terre ſancte. eam recuperare nō poſſit? Et ſi aliquando eā a manibus infidelium eripuit tamē diu illam retinere non valuit. Huic queſtioni patet reſponſio ex his que dicta ſunt ſupra in ſecunda queſtione. Ad maiorem tamen euidentiam ſcire debes quod licet deus horreat omnia peccata magis tamen ac magis abbominatur peccata chriſtianorum eo ꝙ chriſtiani ſunt magis ingrati deo q̄ infideles. Unde Sanctus Thomas in prima ſe. q. cvj. ar. ij. in reſponſione ad ſecundum argumentū. dicit. Qđ ſi quis poſt acceptam gratiam noui teſtamenti peccauerit maiori pena eſt dignus tanq̄ maioribus beneficijs ingratus ⁊ auxilio ſibi dato non vtens. Et ideo ne chriſtiana religio terram ſanctam vitijs ⁊ peccatis polluat. iuſto dei iudicio fit vt a chriſtianis recuperari nequeat. aut recuperata diu poſſideri non poſſit. vt clare conſtat multiplici ꝓbato experimento. ¶ Nam currente anno domini. M. xcvj. tempore Urbani ſecundi pontificis maximi omnes fere occidentales populi arripuerunt arma ⁊ multoplus q̄ trecenta chriſtianorum milia, tranſfretarunt pro recuperatione terre ſancte. adeo ꝙ nunq̄ tot gentes viſe ſunt in vnam conueniſſe ſententiam. vt cōmunem opinionem vinceret tanta chriſtianorum multitudo. qui omnes cruce ſignati nullum habuerunt ducem niſi chriſtum. Erant autem in tam glorioſo exercitu eminentiores ceteris Gottifredus de Bullon dux lothoringie ⁊ duo fratres ſui: Euſtachius ⁊ Balduinus: Hugo magnus frater Philippi regis francorum. Robertus comes Normanorum. Raymundus comes Tholoſe. Boamundus dux Apulie. ⁊ alij q̄plures clariſſimi principes in fide chriſti radicati ⁊ fundati. Et q: deſcribere ſingula diſtat ab hyſtorie noſtre compendio. Ideo ſcire ſufficiat ꝙ poſt labores plurimos: ſudores: vigilias: nuditates: Anguſtias: egeſtates: ⁊ diſcrimina multa poſt penurias ⁊ graues neceſſitates victualium. adeo vt plerūq̧ folia ⁊ cortices arborum. herbas ⁊ carnes equinas haberent ꝓ pabulo. Demum Antiochia ⁊ ciuitates Saracenorum q̄plurime a fidelibus capiunt. Sicq̧ ꝓficiſcentes vſq̧ ad interiora Sirie peruenerunt. Et tandem auxiliante domino poſt ruinas ac varias Saracenorum ſtrages. poſt longam ac difficilem obſidionem. anno domini. M. xcix. die. xv. mēſis Julij feria ſexta hora nona. qua die ⁊ hora rex glorie xp̄s

pro nobis mori dignatus eſt. Anno tertio ex quo chriſtianoꝝ populus tante peregri-
nationis onus aſſumpſerat preſide romane eccleſie Urbano ſcd'o. romanoꝝ impera
tore Henrico. quarto. in Francia vero regnante Philippo: Ciuitas Jeruſalē a chri

Jeruſalez capit a xp̄ianis ſub vrbano ſecūdo.

ſtianis capit. qui p̄ gaudio effuſis lachrimis gratias egerunt domino vt dignum erat.
¶ Poſtq̄ȝ autem confirmati ſunt fideles in vrbe ſancta Jeruſalem. octauo die con-
uenientibus in vnum principibus. atq̄ȝ inuocata ſpiritus ſancti gratia: Clariſſimum
principem Gottifredum in regem Jeruſalem vnanimiter elegerunt. qui precibus ⁊

Gottifredus recuſat coronā auream ⁊ quare.

lachrimis aſtrictus. regni titulū acceptauit. ſed recuſauit corona regia coronari dicēs.
Jndignum eſſe. peccatorem hominem aureo diademate coronari vbi rex regum ⁊ do
minus dominantiū chriſtus corona ſpinea pro humani generis ſalute coronatus eſt.
Fuit Gottifredus corpore pulcerrimus magnus ⁊ robuſtus. facie illaris. forma egre

Gottifred⁹ fuit corporea forma egregius.

gius. capillo ⁊ barba flauis. cōtemnens leuitates quibus militare officium implicari
ſolet. Erat quoq̄ȝ valde miſericors ⁊ benignus in ꝓmiſſis ſtabilis. in fide chriſti totus
accenſus cuius opera ſemper fuerunt magnifica. ⁊ omni admiratione digna. ¶ Eodē
igitur anno. videlicet Mileſimo Centeſimo ab incarnatione domini in quo rex Got

Gottifred⁹ moritur.

tifredus in regem aſſumptus eſt. incidit in grauem egritudinem. ⁊ q: langor ille erat
a medicis deſperatus. aſſumpto deuotiſſime ſalutis viatico vt decebat catholicū prin
cipem viam vniuerſe carnis ingreſſus eſt. ¶ Cui Balduinus frater eius ſucceſſit in

Balduin⁹ ſcd's rex ieruſalem.

regnuȝ qui annis. xviij. feliciter regnauit. in quibus ter egiptios bello ſuperauit ⁊ Ca
liphan eoꝝ regem occidit. ¶ Poſt hunc regnauit alius Balduinus de Burgo an-
nis. xiij. qui Gazim regem perſarum interemit. Hic etiam contra regem Damaſce-

Alius Balduinus tertius rex.

norum pugnauit quem deuicit multo Saracenoꝝ ſanguine fuſo. Sic pariter regem
Aſcalonitaꝝ qui cum multitudine Egiptiorum venerat in bello cum paucis proſtra-
uit. ¶ Huic ſucceſſit Fulco gener eius qui regnauit ānis. xj. Hic multas Saracenoruȝ

Fulco quartus rex ieruſalem.

vrbes fecit tributarias ſub quo Aſcalonia capitur a chriſtianis. Demum cū Fulco
inſequeretur leporem. caſu equi corruens moritur. ¶ Poſt hunc ſucceſſit Baldui
nus filius Fulconis qui regnauit annis. xxiiij. Et qui Egiptios ⁊ Babilonios ſupe-

Balduinus qntus rex.

rauit. multis militibus eorum occiſis. hic tandem moritur ſine liberis. ¶ Cui ſucceſ-
ſit in regnum frater eius Almericus qui regnauit annis. xij. Hic Egiptios aggredi-

Almericus ſextus rex ieruſalē.

tur ⁊ cum magna eorum ſtrage victoriam diuinitus obtinuit. ¶ Poſt quem Bal-
duinus filius eius regnauit annis. vj. qui Soldanum regem Egiptioꝝ ſuperauit. hic
non duxit vxorem eo ꝙ leproſus eſſet. ſed videns mortem ſibi imminere filium Soro

Balduin⁹ ſeptim⁹ rex ieruſalē.

ris ſue nomine Balduinum adhuc puerum ſub tutella comitis tripolitani regnare
iuſſit. Mortuo autem Balduino ſeniore ⁊ pariter iuniore. mater Balduini iunio-
ris Sibilla nomine tranſiens ad ſecundas nuptias Guidonem virum ſuum regnare

Guido regnum accepit.

procurauit. Et quia Comes Tripolitanus aſpirabat ad regnum nec fuit eius conſen
ſus ad predicta requiſitus cum tamen eſſet procurator totius regni: Jdcirco inter eos
pernitioſa oritur diſcordia que fuit omnium malorum cauſa. ¶ Nam cum Solda-
nus rex Egiptiorum diſcordias chriſtianorum principum concepiſſet. congregato va
lido exercitu. ex Arabia: Egipto: Meſopotamia. tam equites q̄ȝ pedites contra chri
ſtianos pugnat acerrime. At xp̄iani ꝓpter eoruȝ peccata diuino auxilio deſtituti. poſt
multa prelia. tanta ſtrages chriſtianoꝝ ſecuta eſt. vt a minimo vſq̄ȝ ad maximum vel
trucidati vel in captiuitate detenti fuerint. Guido pariter rex ieruſalem cum ſuis qui
euaſerant captiui ducti ſunt. Sicq̄ȝ iuſto dei iudicio ꝓiecit dominus populū ſuum. ⁊
ciuitas ſancta ieruſaleȝ capit a Saracenis. anno dn̄i. M. clxxxvij. die ſcd'a Octobris
qui erat ab obſidione. xiiij. feria ſexta. Nec enim dies ſexta Saracenis fatalis fuit quo
ēt die ab exercitu xp̄ianoꝝ recuperata fuerat. Jntelligēs āt Urbanus tertius pontifex

Jeruſalē capit a Saracenis ꝓpter peccata chriſtianoꝝ.

maximus deſolationem ciuitatis ieruſalem per Saracenos poſt paucos dies preni-
Nota omnia.
mio dolore obijt ſepultus Ferrarie vbi tunc erat. Nota hic ꝙ ſi annorum ſeries huius
hyſtorie ab auctoribus legittime deſcribitur ciuitas ieruſalē que ſub Urbano ſecūdo
per chriſtianos recuperata eſt. Iterū ſub Urbano tertio per infideles a xp̄ianis abla
ta fuit. Hec igitur ſub breui epilogo deſcribere volui vt per tam aperta iudicia cogno
ſcat chriſtiana religio. ꝙ arduū q̄ꝫ difficile ſit xp̄ianis nō ſolum recuperare ſed etiā
Quis fuerit ex-
cidij cauſa.
manu tenere ciuitatē ieruſalem. Cuius excidij cauſa poſt iudicia dei que ſunt abiſſus
multa. nō ſolum ꝓditor ille comes Tripolitanus qui aſpirabat ad regnū vt dictū eſt
ſed fuit multitudo peccantiū chriſtianoꝝ. Nam clemētia miſerētis dei ꝓpter eoꝝ pec
cata ⁊ facinora quibus tota illa terra fuerat infecta ad iracundiā concitata eſt. Et maxi
me ꝓpter peccata carnalia luxurie ⁊ crapule. Nam ſunt qui dicūt ꝙ rarus erat in mo
naſterijs ⁊ rarior in ſeculo quem non morbus luxurie infeciſſet ex quibus tota illa pa-
Jeronimus.
tria erat contaminata. Sed ad hoc propoſitum audi verba diui Jeronimi de Epita-
phio Nepotiani preſbyteri. ad Heliodorū epiſcopū epiſtola incipit. Grādes materias
ingēia parua nō ſufferūt. vbi ita inq̄t. Roman⁹ orbis ruit ⁊ tn̄ ceruix noſtra erecta non
flectit. Quid putas nunc animi hēre Corinthios: Atheniēſes: Lacedemones: Archa-
Barbari ſūt nā
crudeliſſimi.
das: cunctāꝫ Greciā. quibus imperāt Barbari? Et certe paucas vrbes nominaui. in
quibus olim fuere regna nō modica. imunis ab his malis videbatur oriens. ⁊ tantū nū
tijs cōſternatus. Ecce tibi anno p̄terito ex vltimis Caucaſi rupibus imiſſi in nos non
iam arabie ſed ſeptētrionis lupi tātas breui ꝓuincias percurrerūt. Quot monaſteria
capta? Quante fluuioꝝ aque humano cruore mutate ſunt? Obſeſſa Antiochia ⁊ vrbes
relique. quas Halis: Cydnus: Orontes: Eufrateſꝫ p̄terfluūt. Tracti greges captiuo
rum. Arabia: Phenix: Paleſtina: Egiptus timore captiue. Non mihi ſi lingue cētū
ſint oraꝫ centū. ferrea vox. omnia penaꝝ percurrere nomina poſſim. Et parū infra.
Jeronimus.
ita ſubiūgit Jero. dicens. Noſtris peccatis Barbari fortes ſunt. Noſtris vitijs roma
nus ſuperatur exercitus. ⁊ quaſi non hec ſufficerent: cladibus. plus pene bella ciuilia q̄
hoſtilis mucro conſumpſit. Infelices nos qui tantum diſplicemus deo vt per rabiē
Barbaroꝝ illius in nos ira deſeuiat. hec Jeronimus. Qua ſententia aperte datur in
telligi ꝙ propter peccata ſuperantur: vincuntur: tribulantur: chriſtiāi ab infidelibus.
Jeruſalē nūq̄
poſtmodum a
xp̄ianis potuit
rehaberi.
¶ Capta igitur a Saracenis ciuitate Jeruſalem poſt annos. lxxxviij. quibus eam te-
nuerunt fideles ſemper poſt modum ab eis vſꝫ ad hanc diem poſſeſſa fuit. Et q̄uis
multi nobiliſſimi imperatores ⁊ reges francoꝝ: Anglie: Aragonum: Ungarie. Necnō
q̄plures catholici principes chriſtiane religionis eam recuperare atēptauerint. nūq̄
tamen datum fuit deſuper. vt id chriſtianitas cōſequi potuerit. Et ſic per dicta patet
reſponſio ad quintam queſtionem.

¶ Reſponſio ad ſextam queſtionem.

Ad ſextam Et vltimam queſtionem vbi dictum eſt ꝙ plures admiran
tur ſuper tam longa duratione legis Machometice q̄ cum
ſit falſitatibus ⁊ erroribus plena atꝫ fraudulenter introducta deberet q̄totius a di-
uina ꝓuidentia exterminari. Pro reſponſione huius queſtionis conſiderandum eſt
ſm̄ omnes hyſtoricos ꝙ lex Machometica incepit publicari tēporibus Heraclij im-
peratoris ⁊ Bonifacij pape quarti. Fuit autē Heraclius aſſumptus ad imperiū poſt
Foccā qui poſt multa bella ſuperatus ab ipſo Heraclio occiſus eſt. Sicut enī Foccas
fecit Mauritio dn̄o ⁊ p̄deceſſori ſuo ita iuſto dei iudicio factū eſt ei. Heraclius ergo
vt dicitur in ſpeculo hiſtoriali. li°. xxiij. c. j. aſſumpſit imperiū āno dn̄i. 6 i 3. imperauit āt

annis.xxx.Et ſic cum lex Machometica iudicio meo inceperit publicari annis quat tuor vel quinqꝫ ante mortē Heraclij.videt̄ mihi ꝙ iaꝫ durauerit pluſq̄ȝ octingētis qn quaginta annis.Scias ergo ꝙ iſta legis abbominatio durauit tāto tꝑe nō ꝙ bona ſit, ſed q꞉ cōcedit omnia delectabilia ⁊ oēs feces luxurie.Et ſic ēt dicimus ꝙ omnia pec cata durāt non q꞉ vel bona vel laudabilia ſunt.ſed q꞉ delectabilia.Lex vero xp̄iane re ligionis per oppoſitū eſt difficilis ⁊ auſtera.ꝓhibens omnē peccatoꝝ miſeriā.q꞉ ſemꝑ tendit in ardua virtus.vt inquit Ouidius.Et ideo nemini debet mirū videri ſi multi tudo illa inumerabilis Saracenoꝝ:Turchoꝝ:Agarenoꝝ:Tartaroꝝ:Arabū:⁊ carna lium hoīum ſequit̄ ꝓcepta carnalia illius legis.q꞉ omne ſimile appetit ſimile.⁊ pares cum parib⁹ veteri ꝓuerbio facilime ꝯgregant̄ ait Tullius.¶ Dicam⁹ ergo ꝙ q̄uis lex Saracenoꝝ ſit tota falſa ⁊ erroꝛib⁹ plena.⁊ ꝑ dei potētiaꝫ illico extermīnari poſſet. Attamē ſapiētia dei illā nō exterminat.ſed tollerat.⁊ ea vtit̄ ad neceſſarias cauſas ſue admirabilis ꝓuidentie.⁊ ſingulariter ad flagellandum chriſtianam religionem.

Quādo incepit lex Machometica publicari.



Cōuenienter lex Machometica ꝑmittit̄ a deo.

Ad maiorem Autem intelligentiaꝫ ſcire debes ꝙ ſtatus iudaice legis fuit tot⁹ figuralis legis gratie.Vn̄ Pau.j.ad corin.x.c. ait.Hec āt omnia in figura cōtingebāt illis.ſcripta ſunt āt omnia ad correctionē noſtrā in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt.hec ibi.Et ad Ro.xv.c.Quecūqꝫ eniꝫ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt.vt ꝑ pacientiā ⁊ ꝯſolationē ſcripturaꝝ ſpē habeamus.hec ibi.quaſi dicat Paulus.Omnia que in ſcriptura ſacra tā de xp̄o q̄ȝ de mēbris ei⁹ cō tinent̄.ꝓ noſtra inſtructiōe a ſpiritu ſancto deſcripta ſunt.Sicut ergo ante incarnatio nem xp̄i populus iudaicus erat populus electus dei.de quo Dauid in pſal.ait.Non fecit taliter omni nationi ⁊ iudicia ſua nō manifeſtauit eis.Sic pariter poſt xp̄i incar nationē reprobato populo iudeoꝝ ꝓpter mortē xp̄i populus xp̄ianoꝝ fact⁹ ē popul⁹ electus ⁊ peculiaris dei.Iſta āt electio xp̄ianoꝝ.⁊ reprobatio iudeoꝝ.iaꝫ dudū in ſcri pturis ſanctis multipliciter ꝑfigurata fuit.¶ Primo in Caym ⁊ Abel.Sicut eni Caym ꝓpter mortē Abel fuit a dn̄o reprobatus ⁊ maledict⁹ vagus ⁊ ꝓfugus ſuꝑ terrā Gen̄. iiij.c.Sic pariter populus iudeoꝝ ꝓpter mortē xp̄i cui⁹ figura fuit Abel.a deo repro batus eſt.¶ Scd̄o in duob⁹ filijs Abrahe.ſ.Yſaac ⁊ Yſmael.de qbus Paul⁹ ad Ga la.iiij.c.ait.Scriptū eſt qm̄ Abraā duos filios habuit.vnū de ancilla ⁊ vnū de libera. ꝑ Yſmael q ſm carnē natus eſt populus iudeoꝝ vel ſinagoga intelligit̄.ꝑ Yſaac vero q natus eſt ſm repromiſſionē qua ꝓmiſſum eſt Abrahe ꝙ eſſet futurus pater multaꝝ gentiū.vt pꝫ Gen̄.xxij.c.vbi dr̄.in ſemine tuo bn̄dicent̄ oēs gētes.populus xp̄ian⁹ vel eccleſia ſignificat̄.Vn̄ ſubiūgit Paulus.hec eniꝫ ſunt duo teſtamēta.ſed qd dicit ſcri ptura?Ejce ancillā ⁊ filiū eius.ideſt eiice ſinagogā vel ſtatū figuralē iudaice legis.Nō eniꝫ erit heres filius ancille cū filio libere.ſ.populo xp̄iano.¶ Tertio in duob⁹ filijs Yſaac.ſ.Eſau ⁊ Jacob.vt ꝑ maiorē.ſ.Eſau intelligat̄ populus iudeoꝝ qui primo ado ptionē filiatiōis dei accepit.ꝑ minorē āt populus xp̄ianus figurat̄.q poſterius ad fidē vocatus eſt,Sed maioꝛ populus ſeru⁹ factus eſt minoris.ſ.populi xp̄iani.inquantū iu dei ſunt noſtri capſarij cuſtodiētes libros ex qbus noſtre fidei teſtimoniū ꝑhibet̄ vt di cit Sanctus Tho.in comēto aureo ſuꝑ ep̄la ad Ro.ix.c.lectōe.ij.Et ſic pꝫ ꝙ ſtatus iu daice legis fuit tot⁹ figuralis legis gr̄e.¶ Format̄ ergo talis rō ſicut popul⁹ iſrael vel ſinagoga ꝓceſſit in figura populi xp̄iani ⁊ eccl̄ie.ita expedit vt popul⁹ xp̄ian⁹ ⁊ eccleſia ſequat̄ i veritate.Sed popul⁹ iſrael vel ſinagoga fuit multis varijſqꝫ modis a Phile ſteis:Cananeis:Samaritanis:Perſis:Aſſirijs:Amoꝛreis:Etheis:Eueis:Fere zeis Gerie zeis:Iebuſeis:atqꝫ a ceteris gētilib⁹.ꝑſecutus:anguſtiat⁹:afflictus:⁊ caſtigat⁹. ergo ſimiliter decēs ⁊ iuſtū eſt.vt populus xp̄ian⁹ ⁊ eccleſia xp̄i.a Turchis:Saracenis Barbaris:Infidelib⁹:Hereticis.⁊ ab his q falſos ritus ac deos colūt.flagellis:angu

Paulus.

Idem.

Primo i Caym ⁊ Abel.

Scd̄o i Yſaac ⁊ Yſmael.

Tertio in Eſau ⁊ Jacob.

Sanctus Tho.

Format̄ rō ſic.

Alia ratio. ſtijs: doloribus: atq; pſecutionib⁹ pbeť. ¶ Et iter. Sicut pater erudit filiū quē amat. iuxta illud Salomonis puer. xiiij. c. Qui parcit virge odit filiū q āt diligit illū inſtanter erudit. Et ſicut magiſter corrigit diſcipulū quē ardentioris cernit ingenij: Sic pater noſter ⁊ magiſter celeſtis anteq̄ȝ ſumeret humanā carnē puidit de flagello correctōis populo iſrael. ſ. populū gētiliū: a quo pſequebať ⁊ q̄nq; in captiuitatē ducebať q̄n nō obſeruabat p̄cepta diuine legis. vt pȝ. iudicuȝ. ij. c. vbi poſt multa in pſona dei. dr̄ ſic.

Textus ſcripture ſacre. Quia irritū fecit gēs iſta pactū meū q̄d pepigerā cū patribus coꝝ. ⁊ vocē meā audire ɔtēpſit. ego nō delebo gētes quas dimiſit Joſue ⁊ mortu⁹ eſt. vt in ipſis experiar iſrael. vtrū cuſtodiāt viā dn̄i ⁊ ambulēt in ea. ſicut cuſtodierūt patres coꝝ. an nō. Dimiſit ergo dn̄s oēs natiōes has ⁊ cito ſubuertere noluit. nec tradidit in man⁹ Joſue. hec ibi.

Item ſcriptura ſacra. Et in principio. iij. c. ibidē dr̄ ſic. Hec ſunt gētes quas dn̄s dereliquit vt erudiret in eis iſraelē ⁊ oēs qui nō nouerāt bella Cananeoꝝ. ⁊ poſtea diſcerēt filij eoꝝ certare cū hoſtibus ⁊ habere ɔſuetudinē p̄liādi. hec ibi. Et Amos. iij. c. habeť ſic. Tantūmodo vos

Amos ꝓpheta. cognoui ex oībus cognationib⁹ terre. idcirco viſitabo ſup vos oēs iniquitates veſtras. hec ibi. Sic pariter dicendū eſt de populo xp̄iane religiōis qbus pater ⁊ magiſter noſter deus ꝓuidit de flagello correctionis Saracenoꝝ ⁊ alioꝝ infideliū. Et ideo Apoč.

Apoč. iij. c. diciť ſic. Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Emulare ergo ⁊ penitentiā age. hec ibi.

Nota. ¶ Nota q̄ lȝ populus xp̄ianus ſit paru⁹ ⁊ modicus reſpectu innumerabilis multitudinis Saracenoꝝ. nō tn̄ pmittit deus oīno eū deleri. vt euidēter eius potētia ⁊ clemētia magis ac magis reluceat. Quando ergo querebať a principio. Nūquid lex Machometica que eſt erroꝝib⁹ plena ⁊ laqueus ⁊ pditio tantaꝝ gentiū aliq̄n terminabiť: Ad hoc ſub breuibus dico. q̄ tūc lex Saracenoꝝ exterminabiť a dn̄o ſic pariter hoſtes fidei catholice. q̄n populus xp̄ian⁹ erit ſufficiēter caſtigat⁹. Sunt tn̄ q dicūt q̄ Mecceha ciuitas in qua oſſa Machometi ſepulta ſunt deſtrui dȝ p quēdā regē xp̄ianū. q ſepulchrū eius cōminuet ⁊ oſſa illius hoium infeliciſſimi diſparget. ⁊ tunc erit ſignū deſtructionis illius ſecte. Hec de perſecutione Saracenoꝝ ⁊ Turchoꝝ dicta ſufficiant,

De ſeptima Perſecutione eccleſie que continue exerceť per nequitiā hypocritaꝝ qui ſub ſpecie Agni gerunt Lupum.

SEptima perſecutio Eccleſie dei qua cōtinue affligitur tota xp̄iana religio dr̄ Ipocriſis. que inter grauiſſimas pſecutiōes eccleſie cōnumerať. quā Daniel ꝓpheta raptus in ſpū ſub noie beſtie que dr̄ ſimilis pardo deſignauit vt pȝ Danielis. vij. c. De qua beſtia Ambroſi⁹

Hipocriſis aſſimilatur pardo. in. vj. lib. Exameron. c. iij. dicit. q̄ pardus varietate coloris motus varios aie ſue ꝓdiꝫ. Unde Jeremias. xiij. c. ait. Si mutare poteſt ethiops pellē ſuā ⁊ pard⁹ varietates ſuas. ita ⁊ vos poteritis bn̄facere cū didiceritis malū. Sup quo textu

Jeronimus. Jero. in. iij. lib. explanationū Jeremie. ita inqt. Hoc teſtimonio vtunť aduerſus eccleſiā q diuerſas cupiūt aſſerere naturas. ⁊ tātā dicūt eſſe nigredinē vel varietatē peccatoꝝ vt in candorē. ⁊ vnius coloris pulcritudinē trāſire nō poſſint. nō attēdētes id q̄d ſequiť. Et vos poteſtis bn̄facere cū didiceritis malū. Quidqd enīȝ diſciť nō nature eſt ſed ſtudij ⁊ ꝓprie volūtatis que nimia ɔſuetudine ⁊ amore peccādi quodāmodo in naturā ɔuertiť. Sed hoc q̄d hoīb⁹ impoſſibile eſt: deo poſſibile eſt. vt nec; nec q̄ȝ ethiops ⁊ pardus ſuā videanť mutare naturā. hec Jero. ¶ Iſta igiť coloris varietas quā habet pardus pſecutionē hipocritaꝝ ſignificat q ſub vario colore ſanctitatis multos de-

cipiunt ⁊ ad varia ac diuerſa vitia pducunt. q: vt Criſoſtomus ſup Math. vij. c. ait. Nulla res ſic exterminat bonū ſicut ſimulatio. Nam malū ſub ſpecie boni celatū dum nō cognoſcit nō cauet. O quot ⁊ quāti hipocrite ſunt in eccleſia dei qui aſſimulāt huic beſtie. habētes maculas nigras ⁊ varietatē coloris ſicut pardus. Nam vt verū fatear multitudo hipocritarꝫ tam grādis eſt vt fere omnes ſtatus chriſtiane religionis infecerit. Si enim ſumat hipocriſis large ⁊ cōiter put dicit ſimulatio cōſiſtēs in ſignis exteriorꝫ factorꝫ inquantū p exteriora ſigna aut facta homo de ſe aliquid denotat qd in eo nō eſt. vel vt dignius aut excellētius aliquid ſignificet ꝙ in eo veraciter exiſtat. ſic turba hipocritarꝫ eſt innumerabilis. vt iam iam difficile ſit inuenire hominē in quo cor ⁊ facies id eſt operatio atqꝫ doctrina in vno ꝯueniāt. Si autem hoc inueneris da gloriam deo q: hoc eius donū eſt. Hinc Criſoſtomus. Tolle hoc vitium ⁊ ſine labore omnia vitia reſecantur.

Criſoſtomus.

Grandis ē multitudo Hypocritarꝫ.

Sed pro correctiōe vite melioris decurramus ſingula. In primis ꝙ plures paſtores eccleſie Cardinales: Archiepiſcopi: Epiſcopi: Abbates: Decani: Archidiaconi: ⁊ ceteri qui in dignitatibus ſunt ꝑpoſiti. habēt maculas nigras hipocriſie ſicut pardus. q: nō legittime ſed fraudulēter ⁊ p mala media aſſumūtur ad p̄laturā. Tales vt plurimū ſunt vēto ⁊ aura humani fauoris repleti. Ideo p exteriora ſigna ⁊ facta. plura ſignificāt que in eis veraciter nō exiſtūt. Naꝫ vltra vires tenent magnos ſtatus ac pompoſos apparatus equos ⁊ ſeruos in habūdantia. Scutiferos quoqꝫ ſericis veſtibus ornatos necnō calamiſtratos ⁊ comatulos habētes facies eunuchinas. ꝯtra intentionē eccleſie ⁊ ꝯtra mores ⁊ exēpla ſanctorꝫ patrū. Sicqꝫ bona dñi noſtri ieſu xp̄i quibꝰ pauperes recreari deberēt. vane ⁊ inutiliter exponunt in vanis ornamētis in multis ſupfluitatibꝰ ⁊ curioſitatibus. Pauperes vero xp̄i petierūt panē ⁊ nō erat qui porrigeret eis. Hos redarguit Iero. ſcribēs ad Paulinū. epiſtola incipit. Bonꝰ homo de bono cordis theſauro. ſic dicēs. Que vtilitas eſt parietes fulgere gēmis. ⁊ xp̄m in paupere fame mori? Iam nō ſunt tua que poſſides ſed diſpenſatio tibi credita eſt. hec Iero. ¶ Etiā ꝯtra ſimiles Iero. in ep̄la ad Gaudētiū de Pacatula puella cōtinētie deſtinata. que epiſtola incipit. Cauſa eſt difficilis. ſic ait. Proh nephas orbis terrarꝫ ruit in nobis. peccata nō ruūt. Urbs inclita ⁊ romani imperij caput vno hauſta eſt incēdio. Nulla eſt regio que nō exules romanos habeat. In cineres vel fauillas ſacre condā eccleſie ceciderūt ⁊ tamen ſtudemus auaritie. Uiuimus quaſi altera die morituri ⁊ edificamus. quaſi ſemper in hoc ſeculo victuri. auro parietes. auro laquearia. auro fulgent capita columnarꝫ. ⁊ nudus atqꝫ eſuriēs ante fores noſtras xp̄s emorit. hec Iero. ¶ Iterū in epiſtola ad Nepotianū q̄ incipit. Petis a me Nepotiane cariſſime. ita inquit. Multi edificāt parietes ⁊ colūnas eccleſie ſubſtruūt. marmora nitēt. auro ſplendēt laquearia. gēmis altare diſtinguit. ⁊ miniſtrorꝫ xp̄i nulla electio eſt. Neqꝫ vero mihi aliquis opponat diues in iudea tēplū. mēſas: lucernas: turribula: patellas: ſciphos: mortariola: ⁊ cetera ex auro fabrefacta. Tunc hec ꝓbabātur a domino quādo ſacerdotes hoſtias ymolabāt ⁊ ſanguis pecudū erat redemptio peccatorꝫ. ꝙꝙ hec omnia preceſſerūt in figura. Nunc vero cum paupertatē domus ſue pauper dominus dedicarit. cogitemus crucē eius ⁊ diuitias lutum putabimus. Quid miramur qd chriſtus vocat iniquū māmona: Quid ſuſcipimus ⁊ amamus qd Petrus ſe nō habere glorioſe teſtat: hec Ieronimus.

Hypocrite ſunt cardinales ⁊ magni prelati.

Pōpa p̄latorꝫ.

Ieronimus.

Ieronimus.

Ieronimus.

Secundo Hypocrite ſunt ⁊ ſimiles pardo illi clerici Sacerdotes ⁊ Canonici qui fingunt māſuetudinem: benignitatem: modeſtiam: humilitatem: atqꝫ in cunctis religioſitatem ſimulant. quibus cura non eſt ſi furtiue aut ſymoniace vel ſophiſtice beneficium vel dignitatē eccleſiaſticā conſequant. Tales enim

Hypocrite ſunt clerici ⁊ ſacerdotes.

non appetunt virtutes colere ſed vitia tollerare. ⁊ per arrogantiā depꝛauati nō curāt
pdeſſe. ſed pꝛeceſſe. cuius ſignū eſt. qꝛ pmoti ad honoꝛes ſtatim in ſuperbiā extollunt
ac in iactantiā effrenant. pꝛioꝛes dedignant amicos. ⁊ notos ignoꝛant externos. ceruī-
cem erigunt. grandia loquunt. glorioſi. arrogantes ſunt. ⁊ ipoꝛtuni. ¶ Contra ſimiles
Jeronimus. ſcribit Jero. ad Marcellā. epiſtola incipit. Medici quos vocāt Cirugicos. ſic dicēs.
Diſpoſui naſum ſecare ſetentē timeat qui ſtrumoſus eſt. Dico quoſdā ſcelere. periu-
Bernardus. rio. falſitate. ad dignitatē neſcio quā perueniſſe. hec Jeronimus. ¶ Pꝛopterea Ber
nardus in epiſtola ad Theobaldū abbatē ait. Honoꝛes ⁊ dignitates eccleſiaſticas nō
ignoꝛo debere his qui eas digne ſm deū adminiſtrare ⁊ vellint ⁊ poſſint. Nec cuiq̃
plures in pluribus eccleſijs habere licet. niſi diſpēſatione quidē ob magnam vel eccle
ſie vtilitatē vel perſone neceſſitatē. nō pꝛiā ſed cōmunē. hec Bernardus. ¶ Et Je-
Jeronimus. ronimus inquit. Quidā non querūt eos in eccleſia colūnas erigere. quos plus cogno
ſcunt eccleſie pdeſſe. ſed quos vel ipſi amant. vel quoꝝ ſunt obſequijs deliniti. vel pꝛo
quibus maioꝝ quiſpiam rogauerit. ⁊ vt deterioꝛa taceam. qui vt clerici fierent mune-
ribus impetrarunt. hec Jeronimus.

Hypocrite ſunt religioſi ſimulatoꝛes. Jeronimus.

Tertio Hypocrite ſunt religioſi ⁊ clauſtrales qui multis varijſq̃ modis fin-
gunt manſuetudinē ouinam. ſed intus gerunt ferocitatē lupinā. Alij
locutionē ſimulant columbinā ⁊ mentē retinent caninam. Hos arguit Jeronimus cir
ca medium epiſtole ad Demetriadē que incipit. Si ſummo ingenio pariq̃ fretus ſcie
tia. ſic dicens. Fictam humilitatē fugiens illam ſectare que vera eſt. quā chriſtus do-
cuit in qua nō ſit ſuperbia icluſa. multi enim virtutis eius vmbrā: veritatē eius pauci
ſequūt. Per facile eſt enim aliquē veſtem habere contemptā: ſalutare ſubmiſſius ma
Nota contra ſimulatoꝛes. nus ⁊ genua deoſculari. inclinato in terrā capite oculiſq̃ deiectis humilitatē ac man-
ſuetudinē polliceri. lenta voce ac tenui ſermones infringere: ſuſpirare crebrius. ⁊ ad
omne verbum peccatoꝛē ac miſerū ſe aclamare. Et ſi leui ſermone offenſus ſit cōtinue

attollere ſuper ciliū. leuare ceruicē. ⁊ delicatū illum oꝛis ſonum. in ſano repēte clamo-
rem mutare. Aliam nos humilitatē chriſtus docuit qui nos ad exemplū ſuum hoꝛtat
dicens. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis coꝛde. hec Jero.

Hypocrite ſunt religioſi q̃ſtoꝛes

Quarto Nonnulli religioſi iudicant hypocrite qui ſub habitu paupertatis
⁊ egeſtatis querūt lucra rapacitatis. De quib⁹ Augu. in lib. de ope
ribus monachoꝝ. ſic ait. Quā multos hypocritas ſub habitu monachoꝝ vſq̃ quaq̃
diſp̄ſit calidiſſim⁹ hoſtis: Circūeuntes pꝛouincias. oēs petūt. oēs exigūt. aut ſumpt⁹ lu
croſe egeſtatis. aut ſimulate p̄ciū ſāctitatis. hec Aug. ¶ Cōtra ēt clericos ⁊ religioſos
Jeronimus. q negocia ſecularia aut mercātias ptractāt. ſcribit Jero. ad Nepotianū. in ep̄la que in
cipit. Petis a me nepotiane cariſſime. vbi ita inqt. Negociatoꝛē clericū. ⁊ ex inope di
uitē. ex ignobili glorioſū quaſi quādā peſtē fuge. Corrūpūt moꝛes bonos ꝯfabulatio
nes peſſime. tu aurū ꝯtēnis. alius diligit. tu calcas opes ille ſectat. hec Jero. ¶ Etiā
Jeronimus. ad Ruſticū Monachū in ep̄la q̄ icipit. Nichil xp̄iano felici⁹. dicit ſic. Pleriq̃ artib⁹
⁊ negociatiōib⁹ pꝛiſtinis carere nō poſſunt, mutatiſq̃ noibus inſtitoꝝ. eadē exercēt co
mertia nō victū ⁊ veſtitū. qđ ap̄lus p̄cipit ſed maioꝛa q̃ ſeculi hoīes emolumēta ſectā
tes. Nūc āt ſub religiōis titulo exercēt iniuſta cōpēdia ⁊ honoꝛ noīs xp̄iani fraudē ma
gis facit q̃ patit. qđ pudet dicere. Sed neceſſe eſt. vt ſaltē ſic ad noſtrū erubeſcam⁹ de
decus. publice extēdētes man⁹. pānis aurū tegim⁹ ⁊ ꝯtra oīum opinionē plenis ſacu
Jeronimus. lis moꝛimur diuites. q q̄ſi paupes vixim⁹. hec ille. ¶ Itē Jero. ad Paulinū in ep̄la
hoꝛtatoꝛia ad ꝯuerſationē monaſticā ⁊ ſtudiū ſcripturaꝝ. ep̄la incipit. Bon⁹ hō de bo
no coꝛdis theſauro. ita iqt. Crates ille theban⁹ hō ditiſſim⁹ cū ad philoſophādū athe
nas pgeret magnū auri pōdus abiecit nec putauit ſe ſimul poſſe. ⁊ virtutes ⁊ diuitias

poſſidere. Nos ſubſarcinati auro xp̄m pauperē ſequimur. ⁊ ſub p̄textu elemoſine p̄ſtinis opibus incubantes. quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere. qui noſtra timide reſeruamus: hec Jeronimus.

Hypocrite ſunt religioſi ruſtici ⁊ viles originc.

Quinto Quamplures Religioſi ſimiles pardo habent maculas nigras hypocriſie: Qui cum ſint ruſtici natura ⁊ viles origine. in clauſtro tamē erecta ceruice ſimulant ſe ceteris delicatiores ac nobiliores in omnibus que agunt. Nam ciuiliter ⁊ polite in exteriori cōuerſatione viuere ſatagunt. intus vero pleni ſunt vento ⁊ aura. ſupbie. ambitionis. ⁊ inuidie. De qbus Jeronimus in epiſtola ad Nepotianum. que incipit. Petis a me nepotiane cariſſime. ſic ait. Non nulli enim ſunt ditiores Monachi q̃ fuerant ſeculares. qui poſſident opes ſub chriſto paupe. quas ſub locuplete ⁊ fallace diabolo nō habuerant. vt ſuſciperet eos eccleſia diuites: quos mundus tenuit ante mēdicos. ¶ Et itez in eadē epiſtola Jeronimus ita ſubiungit dicēs. Jgnominia omniū ſacerdotū eſt ꝓprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo. et in tugurio ruſticano. qui vix milio ⁊ cibario pane rugiētem ſaciare ventrē poterā. nūc ſimilā ⁊ mella faſtidio. hec Jeronimus.

Jeronimus.

Jeronimus.

Hypocrite ſunt clerici ⁊ religioſi.

Sexto. Sunt alij clerici ⁊ religioſi ſiue monachi qui ſobrietatē ⁊ abſtinentiam ſimulant vt videant̄ auſteri. modeſtia ornati. caſtitate decorati. ſed intus pleni ſunt ſpurcicia. amātes ſeculares delitias. ⁊ deuorātes pauperē in abſcōdito. Cōtra quos inuehit Jero. ad Nepotianū in ep̄la p̄allegata. ſic dicēs. Delicat⁹ magiſter ē q pleno vētre de ieiunijs diſputat. Accuſare auaritiā ⁊ latro pōt. Sacerdotis xp̄i os mēs manuſq3 ꝯcordēt. hec Jero. ¶ Et itez i eadē ep̄la ita ſubiūgit. Quid ꝓdeſt oleo nō veſci ⁊ moleſtias quaſdā difficultateſq3 ciboꝝ q̄rere: caricas: piper: nuces: palmaꝝ fruct⁹: ſimilā: mel: piſtacia. Tota hortoꝝ cultura vexat̄ vt cibario nō veſcamur pane. ⁊ dū delitias ſectamur a regno celoꝝ retrahimur. Audio p̄terea quoſdā ꝯtra reꝝ hominūq3 naturā aquā nō bibere nec veſci pane. ſed ſorbiciunculas delicatas. ⁊ contrita olera. betarūq3 ſuccū non calice ſorbere ſed concha. Prohpudor nō erubeſcim⁹ iſtiuſmodi ineptijs. nec tedet ſupſtitionis. Jnſup etiā famam abſtinētie in delitijs q̄rimus. Fortiſſimū ieiuniū eſt aqua ⁊ panis. Sed qꝛ gloriam non h3 ⁊ omnes pane ⁊ aqua viuimus. quaſi publicū ⁊ cōmune ieiunium nō putat̄. hec Jero.

Jeronimus.

Jeronimus.

Hypocritaꝝ nouum genus.

Septimo Aliud eſt genus hypocritaꝝ. q ſub ſpecie religioſitatis ſine nuptijs querunt nouū genus vxorum vt ait Jero. Et ſicut idē ad Euſtochiū ſcribit. Nōnulli p̄ſbiteratū ⁊ diaconatū ambiūt. vt mulieres licentius alloquant̄ ⁊ videant. fingūt ſe fore patres ſp̄uales ſimpliciū mulieꝛculaꝝ. vt ſub ſpecie obediētie humilitatis ac mortificatōis illas tādē ad turpitudinē deducāt. ¶ Cōtra quos inuehit Jero. in ep̄la ad Oceanū que icipit. Sophroni⁹ Euſebius Jero. Oceano ſuo ſalutē. ſtq̄ inquiēs. Monachū vel clericū ſolitudo facit nō publicū. Quid te virginale delectat alloquiū? Cur ſanctimonialiū ꝯtra fidem frequētas in eccleſia vel in ipſo publico? Si eos quos diligūt viderint ridētibus oculis: ſalutatiōis tenera verba ꝓcedūt. Deinde cū ſalutauerit. ſi eas dei viros p̄terire celeri⁹ viderint. ꝯtēptores ſuos iudicāt ⁊ iraſcūt̄. Ordinat̄ deinde diſerte ſatiſfactio: Poſt ſatiſfactōē3 p̄ādiū: q̄ſi noua leticia diſponit̄. Jnter pocula iproperāt verba ꝯtēptus. Jlla vero lamētari ſe ſimulat quaſi peccati gen⁹ inducēs. Lege qꝛ talis d3 eſſe ſolitari⁹ qualē Jeremias eē deſcripſit. ait eni ſedebit ſolitari⁹ ⁊ tacebit. hec Jero. ¶ Et breuiter ſic idē i eadē ep̄la ait. Germināt. n. ſemine ſpinas cū viris habitātes. ⁊ arcana inētiū acuto mucrone ꝑcutiunt. hec Jero.

Jeronimus.

Jeronimus.

Hypocrite ſunt mōachi ⁊ clerici.

Octauo. Sunt plures clerici. monachi ⁊ religioſi hypocrite q cum ſint ydiote ⁊ ſcioli fingunt ſe plura ſcire ⁊ intelligere. Et cum teneantur rōne gradus ac profeſſionis ſue ſtudere ⁊ legere ſcripturas ſacras. Et precipue epiſtolas

Nota de Paulo ⁊ Dauid.

beati Pauli que ꝯtinent fere totam ſacram theologiã: Sic pſalmos Dauid qui ideo frequentant in eccleſia ad ſpẽ venie: In qbus etiã cõprehẽdunt omnes yſtorie veteris teſtamẽti. ſeipſos occupãt legendo leuia: vana: inutilia: ⁊ ſecularia. que ad rem nõ pertinent.

Jeronimus.

Hos arguit Jero. in epiſtola ad Damaſuȝ papã. que qdem epiſtola incipit. Et factum eſt anno quo mortuus eſt Ozias. vbi ſic ait. At nunc ſacerdotes dei obmiſſis euangelijs ⁊ ꝓphetis videmus comedias legere: amatoria buccolicoꝝ verſuum verba canere. tenere Uirgiliuȝ. ⁊ id qđ in pueris neceſſitas facit crimen in ſe facere voluntatis.

Jeronimus.

¶ Iteꝝ ad Demetriadẽ virginem. in epl'a que incipit. Inter oẽs materias que ab adoleſcentia. ita inquit. Ama ſcripturas ſanctas ⁊ amabit te ſapiẽtia. dilige eã ⁊ ſeruabit te. honora illã ⁊ amplexabit te. Hec monilia in pectore ⁊ in auribus tuis hereãt.

Jeronimus.

¶ Etiam Jero. ad Ruſticũ monachũ de vita monaſtica. Epl'a incipit nihil xpiano felicius. dicit ſic. Nunꝗ̃ de manu ⁊ oculis tuis recedat liber. diſcat pſalteriũ ad verbuȝ.

Jeronimus.

¶ Et iteꝝ ibidẽ. Ama ſcientiã ſcripturaꝝ ⁊ carnis vitia nõ amabis. ¶ Et ad Furiam de viduitate ſeruãda in epl'a que incipit. Obſecras lr̃is. ſic dicit. Poſt ſcripturas ſanctas doctoꝝ hominum tractatus lege. eorum dũtaxat quorum fides nota eſt.

Jeronimus.

Amoreȝ monilium atqȝ gẽmaꝝ ſericarũqȝ veſtium transfer ad ſciẽtiam ſcripturaꝝ. Ingredere terrã repromiſſionis lacte ⁊ melle manãtẽ. hec Jero.

Hypocrite ſunt reges ⁊ pr̃icipes.

Jeronimus.

Nono Reges ⁊ principes ac dominatores gentium. tanto vitio hypocriſie iudicantur maiores. quãto in gradu dignitatis ſue ſunt ſimulatione peiores. quia teſte Jeronimo ad Demetriadẽ virginem. quanto ſublimis magis aſcẽſus. tãto lapſus piculoſior. Simulãt principes totis recaſſũptis viribꝰ ſũptuoſos ⁊ magnos ſtatꝰ.

Regũ ⁊ pr̃icipũ pelitie.

Nã tenẽt ſuos ancillas multãqȝ familiã: Cãtores cãtatrices ac diuerſa muſicoꝝ genera. Magnifica edificia fabricant ⁊ curioſa palatia ꝯſtruunt. plãtant ortos ⁊ pomeria: Equos pariter hñt veloces q ſunt ad arma feroces. canes venaces: aues rapaces: vaſa aurea ⁊ argẽtea ⁊ delitias multas. Sed vt magnifici videant ſatagũt tunicis ſericis auro textis atqȝ ornamẽtis p̃cioſiſſimis veſtiri: que oia: agunt. vt videant maioris potẽtie ac ſublimioris dignitatis. Sicqȝ p huiuſmodi apparatꝰ fingũt aurũ argentũ atqȝ diuitias multas poſſidere.

Salomõ.

Iſtos redarguit Salomõ q de ſe ꝓbato experimẽto. dicit. Eccliaſtes. ij. c. Oia q̃ deſiderauerũt oculi mei nõ negaui eis. nec ꝓhibui cor meuȝ qn oi voluptate frueret. ⁊ oblectaret ſe i his q̃ p̃parauerã. Cũqȝ me ꝯuertiſſeȝ ad vniuerſa opa q̃ fecerant manus mee: ⁊ ad labores in qbus fruſtra ſudauerã. vidi in oibus vanitatẽ ⁊ afflictionẽ animi ⁊ nihil ꝑmanere ſub ſole. hec Salomõ.

Aliud genus hypocritaꝝ.

¶ Sũt alij principes ⁊ dñi hypocrite q inflãmati ambitiõibus ſibi iniuſtos titulos dignitatũ vſurpant. vt regna: ꝓuintias: ciuitates: ⁊ caſtra tẽporali gladio regãt. Hi ꝯtinue in ſtatu eterne dãnatõis ꝑmanent. nec poſſunt exercere iudicia. q rectius dicunt tonſores q̃ paſtores quia toto cordis deſiderio ſerunt vt exactões. rapinas. collectas. aut noua pedagia populis ſuis iponãt vel antiqua augmẽtẽt. more tirãnoꝝ. q nõ incremẽtũ boni publici vel getẽ gẽtis ſue vt ſolẽt veri principes q̃runt. ſed bonũ priuatũ.

Scriptura ſacra redarguit reges ⁊ principes.

¶ Cõtra ſimiles inuehit ſpũs ſanctꝰ. Sapie. vj. cꝰ. Ita inquiẽs. Audite reges ⁊ intelligite diſcite iudices finium terre prebete aures vos qui ꝯtinetis multitudines ⁊ placetis vobis in turbis nationũ. Qm̃ data ẽ a dño poteſtas vobis ⁊ virtꝰ ab altiſſimo q iterrogabit opa veſtra ⁊ cogitatiões ſcrutabit. Qm̃ cum eſſetis miniſtri regni illius nõ recte iudicaſtis neqȝ cuſtodiſtis legem iuſticie. neqȝ ſecũdũ volũtatẽ dei ambulaſtis. horrẽde ⁊ cito apparebit vobis. qm̃ iudiciũ duriſſimũ his q p̃ſunt fiet. Exiguo eniȝ ꝯcedit miſericordia: potẽtes aũt potẽter tormẽta patient. Nõ eni ſubtrahet pſonã cuiuſqȝ dñs. qm̃ puſillũ ⁊ magnũ ipſe fecit ⁊ equaliter cura ẽ illi de oibus. Fortioribus aũt fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei vt diſcatis ſapiẽtiã ⁊ non excedatis. Qui enim cuſtodierint



iuſticiã eius iuſte iuſtificabũt ⁊ qui didicerint iuſta inuenient qd reſpondeãt. hec ibi.

Decimo Quidam iuris periti ſunt magni hypocrite. Nam tenent apparatus veſtium p̃cioſarum ⁊ multitudinem librorũ ad oſtentationẽ ſui. vt docti videãtur ⁊ plurime lectionis viri. Et forſitan codices ſuos habent magis ornatos q̃ʒ emẽdatos vt ait Jeronimus. que omnia. fictiones ſunt litterature ⁊ ſapiẽtie. Ut aũt plura taceam: Juriſte his tẽporibus videnť mihi non ſolum ſimulatores ⁊ hypocrite ſed luſores pille. Naʒ qui pilla ludunt. nunc manu dextera illam ꝑcutiunt nunc ſiniſtra. nũc pede vel brachio aut capite. Nunc ꝯcitant curſum vt in primo ſaltu illam feriant. Nũc fugã ſimulant vt ſociũ fallant. Sicqʒ luſor pille videtur totus in certamine poſitus. Similiter iuris periti ludere videnť cũ legibus ſuis. Aliquãdo enim vt ſuũ ꝓpoſitum ꝯſequanť rigorem iuris ſecunť. quãdoqʒ vero equitatẽ iuſticie imitantur. Nũc dilatiões querunt. nũc circũſtantias aggrauãt aut alleuiãt. Plerũqʒ flectunť rabie cupiditatis. Aliquãdo amore. aut timore vel odio vincunť. Sicqʒ fit vt plu ries recta: vera: iuſta: ⁊ ſancta. iniqua. falſa. obliqua. ⁊ curua videanť. iuxta illud. ꝓ vitio virtus crimina ſepe tulit. ¶ Nos admonet Jero. in explanatõe ſuꝑ pſal. xiiij. Domine quis habitabit ſic dicẽs. Juſticia nõ nouit patrem nõ nouit fratrẽ. veritatem nouit perſonã nõ accipit. deum ſolũ imitať.

Hypocrite ſunt iuris periti.

Jeronimus.

Juris periti dicunť luſores pille.

Jeronimus.

Undecimo Hypocrite ſunt ⁊ ſimiles pardo doctores ⁊ magiſtri medicine ⁊ ceteri qui non habẽtes ſciẽtiam ſufficiẽtẽ ingerũt ſe ad praticam medicine. vel ſi pollent ſciẽtia ⁊ doctrina ſunt tamẽ negligẽtes circa infirmos ex quo ſequiť notabile nocumẽtum languẽtibus. Sunt alij qui ꝓ ſalute corporis medelas porrigũt in periculũ anime. q̃d nunq̃ʒ licuit. Alij ſunt tumẽtes imperioſi ⁊ tenaces. qui paupes infirmos nõ niſi p̃taxato precio viſitant: Ad diuites vero nõ requiſiti ſe offerunt. Hi ꝑ clementiã ſumme veritatis redarguunť. Nam cum xp̃us a cẽturione rogatus fuiſſet pro ſeruo paralitico. Rñdit. Ego veniã ⁊ curabo eũ. Nõnulli porrigũt medicinas dubias ſanatiõis aut mortificationis. ſed cũ ſimiles occurrũt caſus tuti⁹ eſt ſubmittere tales auxilio diuine ꝓuidentie. q̃ʒ eos exponere periculo. Et tandẽ audeo dicere q̃ʒplures medicos ad ſe inuicẽ ſimulatores. emulatores. ⁊ detractores eſſe. Unñ Yſidorus in. iiij. li. Ethi. c. ij. dicit ſic. Cõmune aũt medicoꝝ vitiũ eſt ſemꝑ cura egritudines variare. Unde ſi tres aut quattuor ad infirmũ veniunt nunq̃ʒ in aſſignatiõe cauſe vel exhibitione cure ꝯueniunt. hec Yſidorus.

Hypocrite ſunt magiſtri medicine

Uitia medicoꝝ

Yſidorus.

Duodecimo Hypocrite ſunt ⁊ mẽdaces q̃ʒplures q ex genere honorabili iactãt ſe duxiſſe originẽ. Et q teſtimoniũ nobilitatis ſue nõ a ꝯſcientia vel virtute ſed a friuola nobilitatis opinione accipiunt. Sicqʒ ſeipſos gloriãtes plebeios ⁊ populares paruipẽdunt. Iſti mẽdatio ac ſimulatione merito ſunt arguẽdi: Quia in rei veritate nobilitas originis nihil eſt. niſi tantum. quedam qualitas que facit ꝑſonam differre a plebeis. vt latius dixi i tractatu de nobilitate. Cõtra ſimiles vẽtoſos inuehit Juuenalis in Satira octaua ſic dicens.

Hypocrite ſunt nobiles viri.

Juuenalis.

Stemata qd faciũt: quid ꝓdeſt pontice longo.
Sanguinem cẽſeri. pictos oſtendere vultus.
Maiorum. ⁊ ſtantes in curribus Emilianos?
Tota licet veteres exornẽt vndiqʒ cere.
Atria. nobilitas ſola eſt atqʒ vnica virtus.
Paulus vel Coſus vel Druſus moribus eſto.
Ouidius quoqʒ in libro de ponto. Ita inquit.
Non cẽſus nec clarum nomẽ auoꝝ.
Sed ꝓbitas morum magnũ ingeniũqʒ facit.



Ouidius.

Jeronimus.

Etiam diuus Jero. in epl'a ad Demetriā. que quidem epl'a incipit. Si ſūmo ingenio pa riter ſtretus ſcia. ſic ait. Nam corpalis nobilitas atq₃ opulētia. tuor pdeceſſor intelligū tur eſſe nō tua. ſpirituales vero diuitias nullus tibi pter te cōferre poterit. In his ergo vere laudāda in his merito ceteris pſerēda es. que niſi er te ⁊ in te eſſe nō poſſunt. hec Jero. Et Lactātius in. v. li°. diui. inſti. c. xvj. dicit ſic. Hec pſentia terre bona. quibus ma gnus honor tribuit virtuti ↄtraria ſunt ⁊ vigorē mentis eneruant. Que tandē pōt fir ma eſſe nobilitas? Que opes? Que potētia: cum poſſit deus reges quoq₃ ipſos inferio res etiā infimis facere. Et ideo cōſulens nobis deus inter diuina pcepta illud pcipue poſuit. Qui ſe extollit humiliabit ⁊ qui ſe humiliat exaltabit. hec Lactātius.

Lactantius.

Hypocrite ſunt iuuenes ⁊ adoleſcētes.

Tertiodecimo Hypocrite ſunt ⁊ ſimiles pardo quidā iuuenes ⁊ adoleſcētes. q torpētes otio ⁊ marcētes venereis voluptati bus quaſi vulpecule ſub vmbra māſuetudinis ⁊ pietatis diſcurrūt paſſim vicos ⁊ pla teas ciuitatis: frequētāt domos viduar ac nobiliū matronar. De qb° Jero. ad Gau dentiū. epl'a icipit. Cauſa ē difficilis. vbi ita inqt. Solēt eni laſciui ⁊ comatuli iuuenes. blādimētis. affabilitate. munuſculis aditū ſibi p nutrices aut alūpnas qrere. ⁊ cū clemē ter intrauerint de ſcintillis incēdia ↄcitare: Paulatimq₃ pficere ad ipudētiā. ⁊ nequa q̄ poſſe phiberi. illo in ſe verſiculo cōpiobato. Egre deprehēdas qd̄ finis ↄſeneſcere. hec Jeronim°. Item ad Furiā de viduitate ſeruāda. vbi pulchre oſtēdit domare la ſciuiā puellar ⁊ iuuenū ⁊ a qbus cibarijs abſtinere debeāt. Epl'a incipit. Obſecras lit teris ⁊ ſuppliciter deprecaris. ſic ait. Apſus macerat corpus ſuū ⁊ anime ſubijcit impe rio. ne qd̄ alijs pcipit. ipſe nō ſeruet. ⁊ adoleſcētula feruēte cibis. corpore de caſtitate ſe cura eſt? Neq₃ vero hec dicēs ↄdemno cibos quos deus creauit ad vtendū cum grār actione ſed iuuenib° ⁊ puellis incētiua aſſero voluptatū. Nō Ethneı ignes. nō vulca nia tellus. nō veſeuus ⁊ olimpus tantis ardoribus eſtuant. vt iuueniles medulle vino plene ⁊ dapibus inflāmate. Auaritia calcat a pleriſq₃ ⁊ cū marſupio deponit. Male dicam linguā indicrū emēdat ſilentiū. Cultus corpis ⁊ habitus veſtiū vnius hore ſpa cio cōmutat. Omnia alia pecā extrinſecus ſunt ⁊ qd̄ foris eſt facile adijcit. Sola libido inſita a deo ob liberor procreationē. ſi fines ſuos egreſſa fuerit redundat in vitiū. ⁊ qua dam lege nature in coitū geſtit erūpere. Grādis igit virtutis eſt ⁊ ſollicite diligentie. ſupare qd̄ nata ſis. in carne nō carnaliter viuere. tecū pugnare quotidie. ⁊ incluſū bo ſtem argi vt fabule ferunt. centū oculis obſeruare. Hoc ē qd̄ apoſtolus verbis alijs lo quebat. Omne pccm̄ qd̄ fecerit hō extra corpus eſt. Qui aūt fornicat in corpus ſuum peccat. hec Jero. Etiā idē Jero. ad Euſtochiū virginē. Epl'a icipit. Audi filia. ↄtra laſciuiētes iuuenes dicit ſic. Sed ne tantū videar diſputare de feminis. viros quoq₃ fuge quos videris cathenatos quor feminei ↄ apoſtolū crines hircor barba nigrum palliū ⁊ nudi in paciētia frigoris pedes. hec oia argumēta ſunt diaboli. hec Jero.

Jeronimus.



Iuuenes ardoribus eſtuant.

Eſt totū nōbile.

Jeronimus.

Hypocrite ſunt mercatores ⁊ artifices.

Quartodecimo Mercatores ⁊ artifices ſunt hypocrite qui emēdo ⁊ vēdēdo vtunt piurijs. mēdatijs. verboſitatibus doloſis. vt ſophiſticatas corruptas ac vitioſas merces expediant. Cōtra ſimiles rigi de ſcribit Criſo. ſuper illud Math. xxj. c. Et eiciebat oēs vendētes ⁊ ementes in tem plo. ſic dicens. Cupidus ac mēdoſus mercator nunq̄ pōt deo placere. dicēte ppheta. Quia non cognoui negociatōes introibo in potentias domini. Quēadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere volens ⁊ ſe comēdare: ſine male loquio non poteſt eſſe. Neceſſe eſt enim vt ⁊ iſti. male loquatur de illo: Et illi male lo quatur de iſto. Sic qui emit et qui vendit lucri cupidus ſine mendatio et periu rio non poteſt eſſe. Neceſſe eſt enim vt hic iuret. quia non tantum valet res quam vendit. ⁊ ille iuret quia plus valet. Sed nec eſt ſtabilis horum ſubſtantia. aut enim

Criſoſtomus.



ipſis viuentibus peritura eſt: aut a malis heredibus diſſipanda: aut ad extraneos ⁊
inimicos hereditas ventura eſt. Non poteſt ad bonum proficere quod congregatur de
malo. Quemadmodum ſi triticum aut aliquam ſpēm cernas in cribro. dū huc ⁊ illuc gi-
ras cum grana omnia paulatim cadunt deorſum: Et in fine in cribro nil remanet niſi
ſtercus ſolum. Sic ⁊ ſubſtātia negociatoꝝ dum vadunt ⁊ veniunt inter emptionē ⁊ vē
ditionē minuitur. ⁊ in nouiſſimo nihil illi remanet niſi ſolū peccatum. hec Criſoſtomus.
Et ſic patet ꝙ omnia illa que. de mercedibus meretricis congregata ſunt vſqꝫ ad mer
cedem meretricis ꝯuertentur vt inquit Micheas. j. c°.

Quintodecimo. Mulieres quedā ꝯiugate quibus maritalis re- | Hypocrite ſunt
uerētia amor ⁊ auctoritas deſunt: hypocrite dicū- | mulieres ꝯiuga
tur ſimiles pardo. Tales redarguit Jeronimus ſcribēs ad Gaudētium epiſtola inci- | te.
pit. Cauſa eſt difficilis. vbi ſic ait. Pudet dicere ⁊ tamē dicendum eſt. Nobiles femi- | Jeronimus.
ne que nobiliores habuere neglectui procos. viliſſime ꝯditionis hominibus ⁊ ſeruilis.
copulantur. ac ſub nomine religionis. ⁊ vmbra continētie. interdum deſerunt viros he-
lene. ſecuntur Alexādros. nec Menelaos pertimeſcunt. Videntur hec. planguntur ⁊ non
vindicantur. quia multitudo peccātium. peccati licētiam ſubminiſtrat. hec Jeronimus. | Jeronimus.
¶ Iterum ad Saluinā de morte Nebridij. Epl'a incipit. Vereor ne officium putetur
ambitio. Idem ita inquit. Tenera res in feminis fama pudicicie eſt ⁊ quaſi flos pulcer
rimus cito ad leuem marceſcit aurā. leuiqꝫ flatu corrumpitur. maxime ⁊ vbi etas cōſentit
ad vitium ⁊ maritalis deeſt auctoritas cuius vmbra tutamen vxoris eſt. ¶ Et iterum
ibidē ita ſubiungit dicens. Scio multas clauſis ad publicum foribus nō caruiſſe inſa
mia ſeruuloꝝ. quos ſuſpectos faciebat. aut cultus imodicus. aut craſi corpis nitor. aut | Jeronimus.
etas apta libidini. aut ex ꝯſcientia amoris occulti. ſecurus animi tumor. qui etiam bene
diſſimulatus frequēter erumpit in publicum. hec Jeronimus. ¶ Etiam idē arguēs
ſimulatos geſtus quarūdam mulierū: in epiſtola ad Euſtochiū virginem. que qdem | Jeronimus.
epiſtola incipit. Audi filia ⁊ vide, dicit ſic. Sunt quippe nōnulle exterminantes facies
ſuas vt appareant hominibus ieiunantes. Que ſtatim vt aliquem viderint ingemi-
ſcunt. dimittunt ſupcilium ⁊ operta facie vix vnum oculū librant ad videndum. Ve-
ſtis pulla cingulū ſacceum. ⁊ ſordidis manibus pedibuſqꝫ. venter ſolus quia videri
nō poteſt eſtuat cibo. His quotidie pſalmus ille cantatur. Dominus diſſipabit oſſa ho-
minum ſibi placētium. Alie virili habitu veſte mutata. erubeſcunt femine eſſe. qd nate
ſunt. Crinē amputant. ⁊ impudēter erigunt facies eunuchinas. Sunt que cilicijs ve-
ſtiuntur. ⁊ cucullis fabrefactis vt ad infantiam redeant. imitantur noctuas ⁊ bubones.
hec Jeronimus. ¶ Itē ad matrem ⁊ filiam in gallia cōmorātes. epl'a incipit. Retulit
mihi quidā frater e gallia. ait. Veſtis ipſa vilis ⁊ pulla animi tacentis indiciū eſt. Si | Jeronimus.
rugam nō habet. ſi per terram vt altior videaris trahatur: Si de induſtria diſſuta ſit
tunica vt aliquid intus appareat. operiatqꝫ quod fedū eſt ⁊ aperiat qd formoſum: Ca
liga quoqꝫ ambulātis nigella ac nitens ſtridore. ad ſe iuuenes vocat. Papille faſciolis
comprimuntur ⁊ criſpanti cingulo anguſtius pectus artatur. Capilli vel in frontem vel
in aures defluunt. Palliolū interdum cadit vt candidos nudet humeros. ⁊ quaſi vi
deri noluerit celat feſtina. quod volēs detexerat. Et quādoqꝫ in publico quaſi pverecundia operit faciem lupanariū arte id ſolum oſtendit. quod oſtēſum magis place-
re poteſt. hec Jeronimus. ¶ Et ad Furiā in epiſtola que incipit. Obſecras litteris. | Jeronimus.
Idem inquit. Aut loquendum nobis eſt vt veſtiti ſumus aut veſtiendum vt loqui-
mur. Quid aliud pollicemur ⁊ aliud oſtendimus? lingua perſonat caſtitatem et to-
tum corpus profert impudiciciam? hec Jeronimus. Ex dictis liquet quāta ⁊ qualis
ſit ſimulatio ⁊ fictio mulierum.

Hypocrite ſūt vidue iuuenes.

Sextodecimo. Sunt nōnulle vidue iuuenes hypocriſi maculate ſicut pardus. De qbus apoſtolus .j. ad Thimotheū .v. c. ait. Adoleſcētes viduas deuita. cū enim luxuriate fuerint volunt in xp̄o nubere.

Sanctus Tho.

Sup quo textu Sanctus Tho. in comēto aureo dicit. ꝙ luxuria quādoqʒ ſumitur ꝑ ſupfluitate actus venerei. ⁊ ſic eſt vnū de ſeptem vitijs capitalib⁹. Quandoqʒ vero ſumit̄ ꝓ omni ſupfluitate rex corporaliū. ⁊ ſic ſumit̄ hic. quaſi dicat Paulus.

Paulus.

Cum habuerint ſuphabundantiā tunc nubere volunt. Itex apoſtolus ibidē ait. Vidua que in delitijs eſt viuens mortua eſt.

Sanctus Tho.

Sup quo paſſu. S. Tho. ibidem dicat ꝙ licet delitie ſint omnibus hominib⁹ occaſio mortis ſpecialiter tamē mulieribus. quia ex ſui natura habēt animi mollitiē. cū ergo delitie emolliāt, neceſſe ē ꝙ mulieres multopl⁹ emolliant̄.

Jeronimus.

Hinc Jeronim⁹ ad Furiā de viduitate ſeruāda. Epiſtola incipit. Obſecras litteris ⁊ ſuppliciter deprecaris ita inquit. Solēt adoleſcentule vidue quarum nōnulle abierunt retro poſt ſathanā, cum luxuriate fuerint in chriſto nubētes: dicere. Patrimoniolū meum quottidie perijt. maiorū hereditas diſſipat̄. ſeruus cōtumelioſe locutus eſt: Imperiū ancilla neglexit. Quis ꝓcedet ab publicum? Quis reſpōdebit pro agrox tributis? Paruulos meos quis erudiet? Et vernulas quis educabit? Et hanc prochnephas cauſā opponūt matrimonij. que vel ſola debuit nuptias impedire. Superducit mater filijs. nō nutritium ſed hoſtem. nō parentem ſed tirannum. Inflāmata libidine obliuiſcitur vteri ſui. ⁊ inter paruulos ſuas miſerias neſciētes lugens dudum. noua nupta componit̄. Quid oſtendis patrimonium? quid ſuperbiā ſeruulox? Confitere turpitudinē. Nulla idcirco maritum ducit. vt cū marito nō dormiat. Aut ſi certe libido non ſtimulat. que tanta inſania eſt: in morem ſcortox proſtituere caſtitatem. vt augeantur diuitie. ⁊ propter rem vilem atqʒ perituram pudicicia que precioſa ⁊ eterna eſt: polluatur.

Secūde nuptie deteſtant̄ a Jeronimo.

Si habes liberos nuptias qd requiris? Si non habes quare experiam nō metuis ſterilitatem. ⁊ rem incertā. certo preferes pudori? Aut ſi euenerit vt ex ſecundo marito habeas filios. domeſtica pugna. inteſtinum preliū. Non licebit tibi amare liberos. nec equis aſpicere oculis: quos genuiſti. Clam porriges cibos. Inuidebit mortuo. ⁊ niſi oderis filios adhuc eorū amare videberis patrē. ꝙ ſi de priore vxore ſobolem habens te domū introduxerit. etiam ſi clemētiſſima fueris omne genus comedie ⁊ mimographi. ⁊ ꝯmunes rethox loci in nouercā ſeuiſſimā declamabūt. Si priuignus langnerit ⁊ cōdoluerit caput. infamaberis vt venefica. Si nō dederis cibos: crudelis, ſi dederis malefica diceris. Oro te qd habēt tātū boni ſecūde nuptie vt hec mala valeāt ꝯpēſare: hec Jero. qua ſnia oſtēdit̄ q̄ q̄lis ⁊ q̄ta ſit viduax ſimulatio.

Hypocrite ſunt puelle ⁊ adoleſcētule.

Decimoſeptimo. Ille puelle ⁊ adoleſcentule ſunt hypocrite que licet ſint corpore virgines ⁊ incorrupte. ſunt tamen mēte ⁊ corde maculate. cōſenciendo imundis ac turpibus cogitationibus.

Auguſtinus.

Unde Auguſtinus in libro de nuptijs ⁊ cōcupiſcentia. dicit. ꝙ virginitas eſt in carne corruptibili perpetue incorruptionis meditatio.

Jeronimus.

De ſimilibus puellis loquit̄ Jero. in epiſtola ad Fabiolā. Epl'a incipit. Uſqʒ hodie in lectione veteris teſtamēti. vbi ſic dicit. O quāte virgines. ⁊ quantox ſperata pudicicia in die iudicij dehoneſtabit̄. ⁊ quātox pudicicia infamata a deo iudice coronabit̄.

Jeronimus.

Itex Jero. ad matrem ⁊ filiā in Galliā cōmorantes. Epl'a incipit. Retulit mihi quidā frater. dicit ſic. Ferreas mentes libido domat que maiorē in virginib⁹ patit̄ famē, dū dulcius putat omne q̄d neſcit. Narrāt Gentiliū fabule. cantibus ſirenax nautas iſſe in ſaxa p̄cipites.

Jeronimus.

Etiā Jero. ad Demetriā oſtēdit que ⁊ q̄lia ſunt ſigna puellax laſciuientiū. quax ſocietatē iubet declinare. Epiſtola incipit. Inter oēs materias que ab adoleſcentia vſqʒ ad hanc etatē. vbi ita igt. Fuge laſciuā puellax q̄ ornāt capita. crines a frōte dimittūt. cutē polliūt. vtūt̄ pig

mentis.aſtrictas habẽt manicas veſtimẽta ſine ruga ſoccoſqꜫ criſpãtes vt ſub nomine virginali vendibilius pereant. Mores enim ⁊ ſtudia dñaꝝ plerũqꜫ ex ancillarum ⁊ comitum moribus iudicant̃. Illa ibi ſit pulcra.illa amabilis.illa habẽda inter ſocias que neſcit eſſe pulcrã que negligit forme bonũ.⁊ ꝓcedens ad publicũ.nõ pectus ⁊ colla denudat nec palio reuelato ceruices aperit. Sed que celat faciem.⁊ vix vno oculo q vie neceſſarius eſt patente ingreditur. Dubito an loquar. Sed velim nolim q: crebro fit dicẽdum eſt: Non quo hec in te timere debeam.que iſta forſitan neſcias nec vnquã audieris.ſed quo ꝑ occaſionem tui cetere p̃monende ſint. Cincinatulos pueros ⁊ calamiſtratos ⁊ peregrini muris olentes pellicula.de quibus illud arbitri eſt. Non bene olet.qui ſemper bene olet.quaſi quaſdaꝫ peſtes ⁊ venena pudicicie virgo deuitet.hec Jeronimus. ¶ Tandeꝫ ad Principiã virginem Jeronimus.cautas reddit puellas ⁊ adoleſcentulas virgines ad diligẽter cuſtodiẽdum theſauruꝫ ſue pudicicie. Epiſtola incipit. Scio me principia in xp̃o filia.vbi ſic ait. Scias virginitatẽ pudicicie gladiũ ſemper habere per quem truncat opera carnis ⁊ ſuperat voluptates. Gentium quoqꜫ error deas virginum finxit armatas.hec Jeronimus. Et ad Gaudẽtium de pacatula puella. Epiſtola incipit. Cauſa eſt difficilis. Ita inquit. Ueteris balneis.cute nitida.rubicundis genis incedis.carnibus veſceris.affluis diuitijs.precioſa veſte circũdaris ⁊ iuxta ſerpẽtem mortiferũ ſecure dormitare te credis: hec Jero.

Nota contra vanos ornatus.

Jeronimus.

Jeronimus.

Decimooctauo. Sunt multi adulatores qui omnibus arridẽt omnibus ſe amabiles exhibent: omnes amplectuntur: Sed vt quottidiano ꝓbamus experimẽto.nullius ſunt amici: Tales non ſolũ peſſimi hypocrite.ſed hoſtes animaꝝ dicendi ſunt. Unde Jeronimus ad Euſtochiuꝫ in epiſtola que incipit. Audi filia ⁊ vide.ait. Adulator quippe blandus inimicus eſt. Et in epiſtola ad Demetriadẽ que incipit. Si ſummo ingenio pariqꜫ fretus ſciẽtia. Ita inquit. Adulatores vt inimicos caue.quoꝝ ſermones ſuper oleũ molles ⁊ ipſi ſunt iacula. Corrumpũt fictis laudibus leues animas ⁊ male credulis mẽtibus blandum vulnꝰ infigunt. Creuit hoc in noſtra etate vitium ⁊ in vltimo fine ſtetit nec iam augeri poteſt. In hãc omnes ſcolã ſtudiũqꜫ dedimꝰ vt officiũ putemꝰ illudere.quodqꜫ ipſi ab alijs libẽter accipimus.id alteris quaſi quoddã munus offerimꝰ ⁊ ſpe recipiẽde laudis.eos a q̄bus laudari volumꝰ ante laudamꝰ. Sepe laudantiũ reſiſtimus verbis ad faciẽ.⁊ in ſecreto mẽtis fauemus.maximũqꜫ fructum cepiſſe nos dicimus.ſi vel fictis laudibus ꝑdicamur. Nec cogitamꝰ qd ipſi ſumus ſed qd alijs eſſe videamur. Unde eo ꝓducta res eſt.vt neglecta veritate,meriti de ſola opinione curemus.q teſtimoniũ vite noſtre nõ a ↄſciẽtia ſed a fama petimus. Beata mens ẽ q̃ ꝑfecte hoc vitiũ vincit.nec adulat̃ aliquãdo nec adulanti credit.que nec decipit alteꝝ.nec ipſa decipit̃.hec Jeronimus. ¶ Iteꝝ ad Ruſticũ monachũ.de vita monaſtica. Ep̄la incipit nihil xp̄iano felicius.ſic dicit. Ne credas laudatoribꝰ tuis imo irriſoribus aurẽ ne libenter accomodes.qui cuꝫ te adulationibus fouerint.⁊ quodãmodo impotẽ mẽtis effecerint.ſi ſubito reſpexeris aut ciconiaꝝ deprehẽdes poſt te colla curuari: aut manu aures agitari aſini: aut eſtuãtem canis protẽdere linguaꝫ. Nulli detrahas.nec in eo ſanctũ putes ſi ceteros laceres. Accuſamus ſepe qđ facimꝰ ⁊ ↄtra nos metipſos diſerti.in noſtra vitia inuehimur.muti de eloquẽtibus iudicamus.hec Jero. Quibus ſentẽtijs patet ꝓpoſitum.

Hypocrite ſunt adulatores.

Jeronimus.

Adulatores multi.

Jeronimus.

Decimonono Hypocrite peſſimi ſunt vſurarij.⁊ rectius dicunt̃ lupi rapaces.q: occulte ⁊ fraudulẽter tã diebꜫ feſtiuis q̃ꝫ ferialibꝰ rapiũt bõa ꝓximi. Iſti i grauitate falſos mercatores excedẽ videt̃.q: Criſo.ſup Math.xxj.cᵒ.vbi pertractat illud. Eiciebat oẽs vẽdẽtes.dicit. Mercator dat vt nõ iaꝫ repetat. Uſurarius vero poſtq̃ꝫ fenerauerit ⁊ ſuũ iteꝝ repetit ⁊ alienum cũ ſuo tollit.

Hypocrite ſunt vſurarii.

Criſoſtomus.

Hypocrite ſunt laboratores ⁊ agricole.
Caſſiodorus.

Sunt etiam hypocrite laboratores ⁊ agricole qui cōmittunt fraudes ac diuerſos do-
los in agricultura patroni ſui: Aut terras nō cultiuādo debito modo: aut nōn ſeminā
do tēpore ſuo vel non colligendo vel reddendo fructus vilicationis ſue. Si vero agri
cultura debito modo fiat. laudabilis eſt. Unde Caſſiodorus in quadam epiſtola ait.
Aurum vel diuitias ſiquidem per bella querere nephas eſt. ꝑ maria periculū. per fal
ſitates opprobriū. Per agriculturā vero licitum eſt. honeſtum enim eſt lucrū per qd̄
nemo ledit᷑. iuſte acquirit᷑ ⁊ nulli p̄iudicatur.

Hypocrite ſunt pauperes ⁊ fere oēs xp̄iani.

Uiceſimo. Hipocrite ſunt illi pauperes q fictc ⁊ ſimulate mendicāt. Et vt
breuiter omnia perſtringamus dico fere totam chriſtianā reli
gionem hoc vitio fore corruptaꝫ. Nam tam magni q̄ꝫ parui. tam ſapiētes q̄ꝫ ſtulti. tam
diuites q̄ꝫ pauperes. tam reges q̄ꝫ infimi aſſimulātur pardo habētes maculas nigras
ſimulatiōis ⁊ hypocriſie. Quia vel geſtu vel ſigno: aut noie: aut voce: ſiue habitu oſtē-
dunt ſe ſeruire domino noſtro Jeſu xp̄o. ſed corde infideliter agunt. Et propterea per

Matheus.
Auguſtinus.

os veritatis dicit᷑ eis. vt pꝫ Math. xv. cap. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis Yſa-
yas. dicens populus hic labijs me honorat. cor autē eoꝝ longe eſt a me. Hinc Auguſti
nus in libro de doctrina xp̄iana ſic ait. Chriſtiani nomē ille fruſtra ſortitur qui chriſtū
minime imitat᷑. Quid enim tibi ꝓdeſt vocari quod nō es ⁊ nomē vſurpare alienum?
Sed ſi xp̄ianum te eſſe delectat que chriſtianitatis ſunt gere. ⁊ merito tibi nomē chri-

Yſidorus.



ſtiani aſſume. hec Auguſtinus. Etiā Jſidorus in. vij. lib. Ethimo. c. xiiij. dicit ſic. Non
ſe autē glorietur chriſtianū qui nomen hꝫ ⁊ facta nō habet. Ubi autem nomē ſecutum
fuerit opus certiſſime ille eſt xp̄ianus q: ſe factis oſtendit xp̄ianū. ambulās ſicut ⁊ xp̄s
ambulauit a quo ⁊ nomē traxit. hec Jſidorus. Ex dictis igit᷑ patet ꝙ ſi ſumat᷑ hypocri
ſis large ꝓut eſt quedā ſimulatio circa ſigna aut facta exteriora. ꝙ multitudo Hypocri
tarum tam grandis eſt vt fere omnes ſtatus ⁊ ꝯditiones hoīum infecerit.

¶ Quid eſt hypocriſis ꝓprie loquendo ꝓut
cōſueuit accipi in ſcriptura ſacra.

Conſequenter Quia xp̄us nullum genus hominū tam aſpere taꝫ ri-
goroſe ⁊ tam frequēter redarguiſſe videtur ſicut hy-
pocritas vt patet in toto decurſu euāgelij. ſignanter Math. xxiij. c. vbi octies inuehit
ꝯtra ſcribas ⁊ phariſeos. dicēs. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite. quaſi octies ma

Xp̄us ⁊ eccleſia horrēt hypocri-ſim.

ledicens eis. quia ſecundū Jeronimū. ly ve importat damnationē eternam. Et ſimili
ter oēs ſancti patres tā veteris q̄ꝫ noui teſtamēti hypocriſim vehemēter deteſtati ſunt.
Sancta quoqꝫ Mater eccleſia nō ſolum arguit ſed valde execrat᷑ hypocritas. Unde
in principio ſacri ieiunij quadrageſſimalis. legi ſtatuit euangelium in quo hypocriſim
quaſi primuꝫ peccatorꝫ fugare docet ſic dicens. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypo-
crite triſtes. Math. vj. c°. Jubet enim mater eccleſia ſpinam vane glorie que naſcitur
in terra bona p̄cidere ne ſuffocet ieiunij fructuꝫ. vt inquit Criſoſtom⁹. Et idcirco poſt-
q̄ꝫ diximus de hypocriſi largo modo ſumpta. ſupeſt vt videamus quid eſt hypocriſis
ꝓprie loquendo ꝓut cōſueuit accipi in ſcripturis ſanctis. ¶ Ad maiorem ergo euidē-

Sanctus Tho.

tiam eſt ꝯſiderandum. ſecūdum Jſidorū in. x. li°. Ethimologiaꝝ. Et ſanctū Thomaꝫ
in ſa ſe. q. cxj. ar. ij. ꝙ nomē hypocrite tractuꝫ eſt a ſpecie eoꝝ qui in ſpectaculis ꝯtecta
facie incedunt diſtinguētes vultum ceruleo colore ⁊ ceteris pigmētis. habētes ſimula
cra ſoris vario colore diſtincta. non nunq̄ꝫ ⁊ colla ⁊ manus creta pungētes vt ad pſone
colorem quā ſimulant pueniant. modo in ſpecie viri. modo in ſpecie femine. vt ī ludis

Auguſtinus.

populum fallāt. Unde Auguſtinus de ſermone dn̄i in monte. dicit. ꝙ ſicut hypocrite

ſimulatores aliaꝝ perſonaꝝ agunt partes illius qđ nõ ſunt. Nõ enim qui agit partes
Agamenonis vere ipſe eſt. ſed ſimulat eũ. Sic in eccleſijs ⁊ in omni vita humana qui
ſe vult videri qđ nõ eſt hypocrita eſt. Simulat enim ſe iuſtũ ⁊ qđ nõ exhibet oſtẽdit.
Ideo Yſidorus vbi ſupra ita inquit Hypocrita greco ſermone in latinũ ſimulator in- Yſidorus.
terpretat̃. qui cum intus malus ſit. bonũ ſe palã oſtendit. Hipo enim falſum ⁊ Criſim
iudiciũ interpretat̃. hec Yſidorus. Etiã Jero. in comẽtarijs ſuper Matheũ. lib. iij. ſu Jeronimus.
per illo verbo. quid me tẽptatis hypocrite dicit ſic. Hypocrita appellat̃ qui aliud eſt ⁊
aliud eſſe ſimulat. ideſt aliud opere agit aliud voce ꝓtendit. hec Jero. Sic igit̃ patet ꝙ Quid eſt hypocriſis.
hypocriſis eſt ſimulatio non quecũqꝫ ſed ſolum illa que ſimulat perſonã alterius ſicut
cum peccator ſimulat perſonã iuſti. Eſt tamẽ conſiderandũ ſm beatũ Thomã vbi ſu-
pra. in reſponſione ad ſecundũ argumentũ. ꝙ ſi quis habitũ ſanctitatis aſſumpſit puta Sanctus Tho.
religiõis vel clericat⁹ intẽdens ſe ad ſtatũ ꝑfectionis trãſferre. qꝛ habitus ille ſignificat
ſtatũ quo qs ad ꝑfectõis opa obligat̃; Si ꝑ ifirmitatẽ deficiat nõ eſt ſimulator vel hypo
crita. qꝛ nõ tenet̃ ſuũ mãifeſtare peccatũ. ſanctitatis habitũ đponẽdo. Si vo ſcitatis ha
bitũ aſſumeret ad hoc vt ſe iuſtũ oſtẽtaret, eſſet hypocrita ⁊ ſimulator. ¶ Etiã ſcire de Sanctus Tho.
bes ſm Thomã vbi ſupra. ar. iiij. ꝙ in hypocriſi duo ꝯſiderãt̃. ſ. defect⁹ ſanctitatis ⁊ ſi
mulatio ipſius. Si ergo hypocrita dicat̃ ille cui⁹ intẽtio fert̃ ad vtrũqꝫ. vt. ſ. aliquis nõ
curet ſanctitatẽ habere ſed ſolũ ſanctus apparere ſicut cõſueuit accipi in ſacra ſcriptu-
ra. ſic manifeſtũ eſt. qđ eſt peccatũ mortale. Unde Jero. ſuper Yſayã. xij. c. dicit in glo Jeronimus.
ſa. ꝙ in cõparatione duoꝝ maloꝝ leuius eſt aperte peccare ꝙ̃ ſanctitatẽ ſimulare. Et
ſuper illud Job. j. c. Sic domino placuit. gloſa dicit. ꝙ ſimulata equitas non eſt equi-
tas ſed duplex peccatũ. Et ſuper illud Treñ. iiij. c. Maior effecta eſt iniquitas popu
li mei peccato ſodomoꝝ. dicit gloſa. Scelera anime plangunt̃ que in hypocriſim labit̃
cuius maior eſt iniquitas. peccato ſodomoꝝ.
¶ Sed occurrit dubitatio. Quomodo talis ſimulatio vel hypocriſis ſit peccatũ. Nũ- Dubitatio.
quid xp̃s finxit ſe longius ire? vt dicit̃ Luce. vlti. c. Etiã Ambroſius loquẽs de Abraã
in libro de patriarchis. dicit. ꝙ captioſe loquebat̃ cuꝫ ſeruulis cum dixit, Geñ. xxij. c. Ambroſius.
Ego ⁊ puer illuc vſqꝫ ꝓperantes poſtꝙ̃ adorauerimus reuertemur ad vos. Fingere
autẽ ⁊ captioſe loqui ad ſimulationẽ pertinet. ſed nõ eſt dicendũ ꝙ in xp̃o ⁊ in Abraaꝫ
fuerit peccatũ. ergo nõ omnis ſimulatio vel hypocriſis eſt peccatũ. ¶ Huic queſtioni Sanct⁹ Tho. reſpondet qõni.
reſpondet Sanctus Thomas in ſa ſe. q. cxj. ar. j. vbi dicit ſic, Ad virtutem veritatis
pertinet vt quis talem ſe exhibeat exterius per ſigna exteriora qualis eſt. Signa auteꝫ
exteriora non ſolum ſunt verba ſed etiam facta, Sicut ergo veritati opponitur ꝙ ali-
quis per verba exteriora aliud ſignificet ꝙ̃ habet apud ſe qđ ad mendaciuꝫ pertinet.
ita etiam opponit̃ veritati ꝙ aliquis per aliqua ſigna factoꝝ vel rerum aliquid ſigni-
ficet contrariũ eius qđ in eo eſt. qđ ꝓprie ſimulatio dicit̃. hec Tho. ¶ Ad argumen-
tum dicitur. ꝙ ſicut Auguſtinus in libro de queſtionibus euangelij inquit. Nõ omne Auguſtinus.
qđ fingimus mendaciũ eſt. ſed quando id fingimus qđ nihil ſignificat tunc eſt menda
cium. Cum auteꝫ fictio noſtra refert̃ ad aliquam ſignificationẽ non eſt mendaciũ ſed Ad argumentũ reſponſio.
aliqua figura veritatis. Et ſubiungit exemplũ de figuratiuis locutionibus in quibus
fingit̃ quedã res. non aũt vt aſſerat̃ ita eſſe ſed eam ꝓponimus vt figuraꝫ alterius qđ
aſſerere volum⁹. Sic ergo dñs in euãgelio finxit ſe longius ire qꝛ cõpoſuit motuꝫ ſuũ.
quod eſt volẽtis lõgius ire ad aliquid figuratiue ſignificãdũ. ſ. qđ ipſe ab coꝝ fide lõ
ge erat vt Gregorius dicit. Uel vt Augu. dicit. qꝛ cũ longius receſſurus eſſet aſcẽden Auguſtinus.
do in celũ ꝑ hoſpitalitatẽ quodãmodo retinebat̃ in terra. Abraã ẽt figuratiue locutus
eſt. Uñ Ambroſius dicit de Abraã. ꝙ ꝓphetauit. qđ ignorabat. Ipſe eniꝫ ſolus diſpo Ambroſius.
nebat redire immolato filio. ſed deus ꝑ os eius locutus eſt. qđ parabat. vñ pꝫ ꝙ neuter

ſimulauit. hec Tho. Simulatio ergo ꝓprie loquēdo eſt mēdaciū quoddā. in exterioꝝ ſignis factoꝝ ꝯſiſtēs. Nō refert aūt vtrū aliquis mētiaꝛ verbo vel quocūq; alio facto. Unde cum omne mēdaciū ſit peccatū. ꝯſequens eſt ēt ꝙ omnis ſimulatio eſt peccatū.

Quando hypocriſis eſt peccatū mortale vel veniale.

¶ Ad diſcernendū vero. quando hypocriſis vel ſimulatio ſit mortale vel veniale peccatum. oportet cōſiderare finem quē fingens intendit. Si enim finis eſt cōtra caritatē. tunc eſt peccatū mortale. ſicut cū quis ſimulat ſanctitatē vt falſam doctrinā ſeminet. q: ſicut venena non daꝛ niſi melle circūlinita teſte Ambroſio. ita vitia nō decipiunt niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutū. Sicut ſolēt facere heretici de quibus ait veritas. Math. vij. c. Attēdite a falſis ꝓphetis qui veniūt ad vos in veſtimētis ouiū. intrinſecus autē ſunt lupi rapaces. Sup quo verbo Jero. in. j. lib. ſup Math. ad Euſebiū ſic ait. Quā

Jeronimus.

uis hec verba de oībus intelligi poſſint q aliud habitu ac ſermone ꝓmittūt aliud ope demonſtrāt. ſed ſpāliter de hereticis intelligendū eſt. qui videnꝛ ꝯtinētia. caſtitate. ieiunio. quaſi quadā pietatis ſe veſte circūdare. intrinſecus vero habētes aīum venenatum. ſimpliorioꝝ fratrū corda decipiūt. Ex fructibus ergo anime quibus inocentiā ad ruinā trahūt. lupis rapacibus cōparanꝛ. hec Jero. Et ſic patet. ꝙ quicūq; ſimulat ſanctitatē vel manſuetudinē vel aliam virtutē. vt conſequaꝛ dignitatē eccleſiaſticā. vel bona tēporalia. ꝛ ſic de ceteris que ſunt cōtra caritatē dei ꝛ ꝓximi. talis ſimulatio vel hypocriſis eſt ſemper peccatum mortale.

Queſtio.

¶ Sed iterū queſtio animū pulſat. Si ille qui ſimulat ſanctitatē ad honorē dei vel hedificationē ꝓximi peccat. Dic cū Petro de tarētaſio in ſuo quodlibet. ꝙ duplex eſt ſimulatio. quedā que fit vt iniquitas pallieꝛ. vel vt homo laudeꝛ vel bonus exiſtimeꝛ. ꝛ

Reſponſio.

talis ſimulatio ſemꝑ eſt peccatū. qꝛ ſm̄ Gregoriū. Hipocriſis eſt virtutū ſimulatione clauſū vitiū abſcōdere ꝛ arte palliare. Alia ſimulatio pōt fieri ad dei honorē ꝛ ꝓximoꝝ edificationē. ſicut ſi religioſus oſ̄dat corā laicis maiora ſigna pſectōis q̄ȝ corā fratrib⁹ ſuis vt illi edificenꝛ. iſte nō peccat ſed mereꝛ. vn̄ de btiſſimo patre nr̄o Dn̄ico legiꝛ. ꝙ cū in itinere multū ſitibūdus eſſet. prius ſitiȝ extinguebat ad fontē ꝛ poſtea in hoſpitio par bibebat de vino. ne aſpiciētes cū potatorē reputarēt. ſi voluiſſet ſatiſfacere ſiti. ſed magis abſtinētē ꝛ ſobriū. Sic pariter frēs ſuos docebat vt corā populis oſtēderēt exēpla ſanctitatis ad coꝝ ꝯuerſionē. Patet itaq; ex dictis quid ſit hypocriſis.


Duplex ſimulatio.

¶ Hypocriſis a cunctis vituperatur.

Sed quia Xp̄us ſue viue vocis oraculo tam ſeuere ꝛ tā frequēter inuehit magis ꝯtra hypocritas q̄ȝ ꝯtra aliud peccatoꝝ genus ꝓculdubio ſuſpicari poſſumus nullū ſcelus fore iſto grauius. Et ideo hypocriſis nō ſolū a diuinis ſcripturis ꝛ a doctorib⁹ catholicis. ſed ēt a gētilib⁹ execrabilis iudicaꝛ. vn̄ Marchus Tullius in. j. lib. officioꝝ. ita inqt. Totius iniuſticie nulla capitalior q̄ȝ coꝝ q cū maxime fallāt id agūt vt boni viri eſſe videanꝛ. hec Tullius. Ut autē Jeronimi vtar verbis ſcribētis ad Ruſticū Monachū. in ep̄la que incipit. Nihil xp̄iano felici⁹. Hypocrita eſt intus Nero. foris Catho. tot⁹ ambiguus vt ex ꝯtrarijs diuerſiſq; naturis vnū monſtrū nouāq; beſtiā diceres eſſe cōpactā iuxta illud poeticū. prima leo. poſtrema draco. media ipſa chimera. Nūq̄ȝ ergo tales videas nec huiuſmodi hoībus applicceris. hec Jero. Quicūq; ergo optat placere xp̄o expedit oīo vt hypocriſim a ſe repellat. Ad hoc aūt excitamur. rōne. auctoritate. ꝛ exēplo. ¶ Primo. ratio naturalis deteſtaꝛ hypocriſim. qꝛ natura vt dicūt philoſophi in opibus ſuis ꝑponit interiora exterioribus. vn̄ in formatione corporis humani operaꝛ primo circa interiora vt circa cor ꝛ epar ꝛ pulmonē que vitā adminiſtrāt. anteq̄ȝ incipiat opari circa formā exteriorē. Sic

Marcus Tuli⁹

Jeronimus.



Ratio naturalis deteſtaꝛ hypocriſim.

pariter in arboꝛibus ⁊ plantis.circa germina ⁊ radices.⁊ in occulto operaṫ pꝛimo ꝗ̃ in aperto.Econtra hypocrita omnē diligentiā ſuam ponit pꝛimo circa exterioꝛē ap-parentiā relinquēs interioꝛa anime.Unde Eccleſiaſtici.xix.c.Eſt qui nequiter ſe hu miliat.⁊ eius interioꝛa plena ſunt dolo.

Scriptura ſacra deteſtaṫ hypocriſim.

Secundo Scriptura ſacra deteſtatur hypocriſim.Uñ Job.viij.c.Spes hypocrite pibit.Et Job.xiij.c.Nō veniet in cōſpectu eius oīs hypocrita.Et Job.xx.c.Hoc ſcio a pꝛincipio ex quo eſt poſitus homo ſup terram.ꝙ laus impioꝝ bꝛeuis ſit ⁊ gaudiū hypocrite ad inſtar pūcti.Jterū Eccleſiaſtici.j.c.Ne fueris hypocrita in ꝯſpectu hoīum ⁊ nō ſcādalizeris in labijs tuis.Et Yſaye.ix.c.Om nis hypocrita eſt nequā.Jterū Math.vj.c.ait veritas.Cum facis elemoſinā noli tu-ba canere ante te ſicut hypocrite faciūt in ſinagogis ⁊ in vicis vt honoꝛificēṫ ab hoīb⁹. Jterū in eodē.c.Et cū oꝛatis nō eritis ſicut hypocrite qui amāt in ſinagogis ⁊ in angu lis plateaꝝ ſtātes oꝛare vt videanṫ ab hoībus:Sup quibus verbis Jero.in explana. ſup Math.ad Euſebiū.lib.j.dicit ſic.Ex quibus oībus colligiṫ hypocritas eſſe qui quodlibet faciūt vt ab hoībus gloꝛificenṫ.Etiā Math.vij.c.Hypocrita eice pꝛimuȝ trabē de oculo tuo.⁊ tūc videbis eijcere feſtucā de oculo fratris tui.Super quo ver-bo Jero.in explana.ſup Math.dicit ſic.De his loquiṫ qui cū ipſi moꝛtali crimine te neanṫ obnoxij.minoꝛa peccata fratribus nō cōcedūt.Et ſic ꝑ hunc modū in pluribus alijs locis oſtēdit ſcriptura ſacra.ꝙ deus hypocriſim execraṫ.Specialiter tñ Math. xxiij.c.vbi octo maledictiones per oꝛdinē deſcribunṫ a dño aduerſus hypocritas.

Yſayas.

Jeronimus.

Jeronimus.

Exēpla et cōparatiōes deteſtāt hypocriſim.

Tertio Exempla ⁊ cōparationes diuerſaꝝ ac turpiū figuraꝝ iuuāt ad dete-ſtandū hypocriſim.Nota ergo ſm Uincētiū in ſpeculo moꝛali.li⁹.iij. parte.iij.di.x.ꝙ hypocrite in ſcripturis ſanctis cōparanṫ quibuſdā auibus.aīalibus. arboꝛib⁹.⁊ quibuſdā artificialib⁹.Pꝛimo de auib⁹ aſſimilāṫ Structioni vt dicit Gre goꝛius.Quia ſtructio hȝ pēnas ſimiles auib⁹ generoſis.ſ.Herodij ⁊ Accipitris.ſed ce leritatē volatus nō hȝ.licet enim erigat alas ad volandū.tñ a terra eleuari nō pōt.Sic hypocrite.Alas quidē ꝑ figurā ſanctitatis extēdūt.ſed curaꝝ ſeculariū pōdere graua-ti nullaten⁹ a terra ſubleuanṫ.¶ Jteꝝ hypocrita cōparaṫ Cigno q ſub pluma alba hȝ carnē nigrā.Similiter hypocrite habēt quidē apparētiā ſanctitatis ſed veritatē nō ha bēt ſancte actiōis.q2 ſub ſimilitudine virtutū habēt effect⁹ vitioꝝ.¶ Aſſimilaṫ quoqȝ hypocrita Upupe que lȝ ſit auis picturata ⁊ criſtata.tñ in ſtercoꝛe nidificat ⁊ quieſcit. Sic hypocrita in ſtercoꝛe imūde ꝯſciētie nidificat ⁊ quieſcit.Hec aues ſm legē Moy ſi imunde ſunt ⁊ ꝓhibite comedi.leuitici.xj.c.vide ibi de plurib⁹.in quo daṫ intelligi vt ⁊ nos caueamus imitationē hypocritaꝝ.¶ Etiāȝ hypocrita ſimilis eſt Pauoni q habet pēnas angelicas ⁊ pedes latronis ⁊ caput ſerpentis.Jtem ſimilis eſt Ueſperti lioni ⁊ auibus nocturnis que lucem odiunt.

Structio dr̄ hypocrita.

Hypocrita eſt Cignus.

Hipocrita dicṫ Upupa.

Hipocrita aſſimilaṫ Pauoni ⁊ quare.

¶ Scdo hypocrita ſimilis eſt quibuſdā aīalibus.vt Lupo ſicut dr̄ Math.vij.c.Jn-trinſecus aūt ſunt Lupi rapaces.Jtē aſſimilanṫ Uulpi q̄ fingit ſe moꝛtuā ⁊ ad capien duȝ aues extrahit linguā.¶ Uel ideo hypocrite dicūṫ vulpes.q2 vulpis ſolā pellē ex teriorē hȝ bonā.ſic ſola ꝯuerſatio exterioꝛ hypocritaꝝ.⁊ ſi bona non eſt bona tñ videṫ. Hinc Bernardus.Hypocrite moꝛdaces ſunt vt canes.doloſi vt vulpes.ſupbi vt leo-nes.intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces.mellis dulcedine.ſ.inanis gloꝛie ⁊ latētis laſci-uie.vt vrſi querētes.Uolūt eſſe ſine auctoꝛitate iudices.ſine viſu teſtes.poſtremo falſi accuſatoꝛes ⁊ omni veritate carētes.hec Bernardus.¶ Aſſimilanṫ quoqȝ hypocrite Simie de qua dicūt naturales.ꝙ lȝ nullū aīal ſit homini ſimilius;extra.itus tñ eſt ma xime diſſimile.Sic vita hypocritaꝝ extra videṫ rōnalis.int⁹ vero eſt rōni maxie diſſi-milis.Sunt pariter hypocrite ſimiles Aranee q̄ ſe totā euiſcerat vt capiat muſcas.ſic

Hipocrita ē lup⁹.

Hipocrita ē vul pis.

Hipocrita dicṫ Simia.

hipocrita totã ſubtilitatẽ ſuã apponit vt capiat muſcas laudis hũane vel alicui⁹ bñficij ꝓ illis. Itẽ hipocrita ſimilis eſt angelo Sathane qui ſe transfigurat in angelum lucis.

Hypocrita aſſimilatꝰ quibuſdã arboribus.

¶ Conſequẽter hipocrite ſimiles ſunt quibuſdã arboribus. ſicut Viti Silueſtri que floret in Vere. ſed ꝓ fructu facit labruſcas. Etiã aſſimilatꝰ hipocrita Arũdini. que luto radicatꝰ. vacua eleuatꝰ. lanugine fecundatꝰ. Itẽ ſunt ſimiles arbori ſambuce. que gratũ pulcrũ ⁊ odoriferũ ꝓtendit florẽ. ſed fructũ fert tetrũ ⁊ ꝯtagioſum. ſic hipocrita lꝫ prio habeat apparentiã honeſtatis in fine tñ exhibet opa feditatis. Sunt pariter ſimiles ligno putrido qḋ de nocte lucere videtꝰ. ſed de die eſſe putridũ apparet. ſic hipocrita in nocte vite ꝓſentis videtꝰ eſſe aliqd lucidũ ⁊ pulcrũ. ſed in die eternitatis apparebit eſſe lignũ putridũ eternis incẽdijs ꝑparatũ.

Hypocrita cõparatur quibuſdã artificialibus,

¶ Amplius hipocrita cõparatꝰ quibuſdã artificialib⁹. ſicut Idolo cui⁹ tota cultura ⁊ apparẽtia eſt exterius. Itẽ eſt ſimilis ſtatue quã erexit Nabucodonoſor que exterius erat aurea. intrinſecus lutea. Vel hipocrita eſt ſimilis ſtatue que inuẽta eſt loco Dauid in lecto ei⁹. j. Re. xix. c⁹. Itẽ hipocrita cõparatꝰ ſterquilinio niuibus cooperto. ⁊ ſepulchris ornatis ⁊ parietib⁹ dealbatis. calicibus ⁊ paraſpidib⁹ exterius mũdatis. intus autẽ fecibus plenis. Math. xxiij. c. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hipocrite. qui mũdatis qḋ deforis eſt calicis ⁊ paraſpidis. intus autẽ pleni eſtis rapina ⁊ imũdicia. Et itẽ in eodẽ. c. dꝛ ſic. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hipocrite qꝛ ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis que aforis parẽt hoĩbus ſpecioſa intꝰ vero plena ſunt oſſib⁹ mortuoꝝ ⁊ omni ſpurcitia. hec ibi.

Nota plura de hypocriſi.

¶ Ex dictis ergo pꝫ q̃ grauis ⁊ q̃ difficilis ſit hipocritaꝝ pſecutio in eccleſia dei. ⁊ ꝙ vitiũ hipocriſie acerrime a ſcripturis ſanctis atq̃ a ſapiẽtib⁹ redarguitꝰ. Dicam⁹ ergo cũ Lactãtio in. vj. lib. diui. inſtitu. c. xxiiij. Nihil ꝓdeſt incluſaꝫ habere ꝯſciẽtiã patemus deo. Nullus ergo mẽdacio. Nullus diſſimulatõi locus eſt. qꝛ parietibus oculi hoĩuꝫ ſubmouentꝰ dei ãt diuinitas. nec viſceribus ſubmoueri poteſt. quominus totũ hoĩem ꝓſpiciat ⁊ nouit. hec Lac.

Lactantius,

De octaua

Perſecutione qua cõtinue affligitꝰ eccleſia ꝑ ſeditioſos. partiales. cõtentioſos. litigantes, ⁊ alios qui diſcordãt ab vnitate vere pacis ⁊ dilectionis.

Diſcordia ẽ regina oĩum litiũ.

A d maiorem Euidentiã huius ꝑſecutionis. Cõſiderãdum eſt ꝙ diſcordia eſt quaſi dña ⁊ regina oĩum litiũ ⁊ diſſenſionũ. que ſub ſe largo modo loquẽdo hꝫ multas filias. quaꝝ iſte ſunt ꝑcipue ⁊ magis ſingulares. ſ. rixa. ꝯtentio. bellũ. tumultus. litigiũ. ſciſma. ſeditio. ⁊ parcialitas. Que lꝫ ſub diſcordia videantꝰ cõtineri ſicut ſpẽs ſub genere. eo ꝙ aliquãdo cõueniũt in materia ſiue in forma. ſiue in modo loquẽdi. ꝓpter quandã ſimilitudinẽ que diſcordiã ꝓximi importare videtꝰ. ⁊ interdũ vnũ ꝓ alio ponitꝰ. ꝓprie tñ loquẽdo differũt inter ſe. Sed videamus de ſingulis.

In primis Igitꝰ: Diſcordia que eſt dña ⁊ regina oĩum litiũ dꝛ, quaſi habens diuerſum cor ab altero. vñ diſcordare nil aliud eſt q̃ recedere ab alterius volũtate. Et ꝓpterea Sanct⁹ Thomas in ſa ſe. q. xxxvij. ar. ij. dicit ſic. Diſcordia importat quandã diſgregationẽ voluntatũ. inquantũ volũtas vnius ſtat in vno ⁊ volũtas alicui⁹ alterius ſtat in altero. ꝙ aũt volũtas aliquius in ꝓprio ſiſtat. ꝓuenit ex hoc ꝙ aliquis ea que ſunt ſua ꝓfert his que ſunt alioꝝ. qḋ cũ inordinate fit ptinet ad ſuperbiã ⁊ inanẽ gloriã. hec Tho. Et ꝓpterea Criſoſtomus in omelia de vinea locata agricolis. parũ ante finẽ ita inqt. Vitijs manẽtibus, xp̄iani xp̄ianis cõcordare nõ poſſunt. vñ putas lites in eccleſia. inimicitias. altercatiões in inuicẽ. niſi ꝓpter

Quid eſt diſcordia.

Sanctus Tho,

auaritiā. ꝑpter inuidiā. ꝑpter ſuperbiā. ꝑpter vanos honores? Tolle hec ⁊ nulla di-
ſcordia inuenietur in xp̄ianis. hec Criſoſtomus. Et ſicut ait Yſidorus. Diſcordia eſt ali *Yſidorus.*
quoꝝ diuerſio quos prius amoris vinculū colligauit. Hec diſcordia ex ſuo genere eſt
peccatū mortale ꝑpter cōtrarietatē quā habet ad caritatē. licet primi motus talis di-
ſcordie ꝑpter imperfectionē actus ſint peccata venialia vt dicemus.

Secundo Contētio eſt quedā diſcordātia verboꝝ dum vnus alteri non *Quid ē ꝯtētio.*
acquieſcit. vel cōtentio eſt impugnatio veritatis ꝑſiſtens in ſer-
mone cauſa vincēdi. Nam cōtentioſi id qd̓ ſibi videtur defendūt. Propterea Sanctus *Sanctus Tho.*
Thomas in ſa ſe. q. xxxviij. ar. j. dicit. ꝙ cōtendere eſt cōtra aliquē tēdere. vnde ſicut
diſcordia cōtrarietatē quandā importat in volūtate. ita cōtentio cōtrarietatē quandā
dicit in locutiōe. Hinc Yſidorus in. x. lib. Ethimologiaꝝ. Contētioſus ab intētione vo *Yſidorus.*
catus. qui nō ratione aliqua ſed ſola priuatia vindicat. Et Ambroſius dicit. ꝙ ꝯtentio *Ambroſius.*
eſt impugnatio veritatis cum cōfidentia clamoris. Ideo cū oratio alicuius ꝑ cōtraria
ſe diffundit vocatur ꝯtentio. que ponitur vnus color rethoricus a Marcho Tullio. Hinc *Tullius.*
Catho. Contra verboſos noli cōtendere verbis. Et Gregorius ait. Ego puto ſalua fi *Gregorius.*
de melius eſſe alieno intellectui cedere q̄ꝫ cōtentionibus deſeruire.

Tertio Rixa ſm̄ Beatū Thomā in ſa ſe. q. xlj. ar. j. Importat quandā ꝯtra *Quid eſt rixa.*
dictionē in factis. ſicut cōtentio importat quandā ꝯtradictionē in ver *Sanctus Tho.*
bis. vel vnius ad vnū vel paucoꝝ ad paucos. vnde gloſa ſup illud ad Gala. v. c. rixe. di- *Paulus.*
cit. ꝙ rixe ſunt qn̄ ex ira aliqui ad inuicē ſe ꝑcutiūt. Et ideo rixa videtur eſſe quoddā pri
uatū bellum qd̓ inter priuatas ꝑſonas agitur nō ex aliqua publica auctoritate ſed magis
ex inordinata volūtate. Et ideo rixa ſemꝑ importat peccatū. Et in eo quidē qui alterū
inuadit iniuſte. eſt peccatū mortale. inferre enim nocumentū ꝓximo ēt ope manuali
non eſt abſqꝫ mortali peccato. In eo autē qui ſe defendit poteſt eſſe ſine peccato. ⁊ quā
doqꝫ cū peccato veniali. ⁊ qn̄qꝫ cum peccato mortali. ſm̄ diuerſum motū animi eius.
⁊ diuerſum modū ſe defendēdi. Nam ſi ſolo animo repellendi iniuriā illatā ⁊ cū debi
ta moderatione ſe defendēdi nō eſt peccatū. nec ꝓprie pōt dici rixa. ex parte eius. Si ve
ro cū animo vindicte vel odij vel, cū exceſſu debite moderationis ſe defendat ſemꝑ eſt
peccatū. Sed veniale quidē qn̄ aliquis leuis motus odij vel vindicte ſe immiſcet. vel
cum nō multū excedat moderatā defenſionē. Mortale aūt qn̄ obfirmato in animo
impugnantē inſurgit ad eum occidendū vel eum grauiter ledendum. hec Tho. *Quid eſt bellū.*

Quarto Bellum ꝓprie importat quādā impugnationē in actu ꝯtra hoſtes
⁊ extraneos. quaſi multitudinis ad multitudinē. Ideo antiquitus
bellū dicebatur duellū a duo quaſi duoꝝ bellū. q: due ſunt partes dimicantiū. vel q:
alterum facit victorē ⁊ alterū victū. Poſtea autē detracta fuit. d. ⁊. v. mutata in. B.
⁊ dictū eſt bellū. Ad hoc autē vt bellū ſit iuſtum tria requiruntur. ſm̄ Thomā in ſa ſe. *Sanctus Tho.*
q. xl. ar. j. videlicet. Auctoritas principis cauſa iuſta. ⁊ intentio bellantiū recta. Vide
plura que dicuntur ibidē. a Sancto Thoma digna memoratu.

Quinto Tumultus differt a bello. q: bellum eſt ꝯtra hoſtes. ſed tumultus *Quid eſt tumultus.*
dicitur qui ciuili ſeditione cum garritu diuerſoꝝ concitatur. Unde tu-
multus quaſi tumor multus. Et eſt grauior tumultus q̄ꝫ bellum. q: in bello vocatio
nes valent. in tumultu nō valent. Hinc Seneca ad Lucillum ait. Tumultuoſam ꝓ *Seneca.*
bantes vitā quotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur.

Sexto Litigiū eſt ꝯtradictio que fit verbis intētione ꝯtriſtandi. Ideo litiga *Quid ē litigiū.*
re. eſt dictis aut factis aliquē ꝯtriſtare. Oritur aūt litigiū ex defectu triū
virtutū. ſ. amoris. affabilitatis. ⁊ māſuetudinis. Nā ꝑpter defectū amoris aios vniē
tis. vnus verbis alterius ꝯtradicit. quo ꝓuocatur ad triſtitiā. Māſuetudo ēt eſt mode-

Caſſiodorus.



ratus ire vt dicit phũs.in.iiij.liº.Ethimo.Ideo ſm Caſſiodorũ mãſueti dicunt.quaſi manu aſſueti q2 ſunt faciles ad tollerandũ iniurias.Cũ ergo litigare ſit effectus ire.dicimus litigiũ pue̾nire ex defectu mãſuetudinis cuius ꝓpriũ eſt iras diminuere.Affabilitas quoqȝ eſt virtus ad quã pertinet cũ alijs delectabiliter viuere ꝛ ꝯuerſari.Illi autẽ qui oppoſitũ faciunt litigioſi vocant.vnde phus in.iiij.Ethicoꝝ dicit.ꝙ illi qui ad omnia cõtrariant cauſa eius qđ eſt cõtriſtare.neqȝ quoſcũqȝ verẽtes.inhumani.diſcoli.ꝛ litigioſi vocantur.

Quid ẽ ſciſma.

Septimo Sciſma grecũ nomẽ eſt ꝛ ſciſſurã ſonat.ſed q2 in vnitate ſciſſura eſſe nõ poteſt.Ideo opponit vnitati ſpũali ꝛ eſt peccatũ grauiſſimũ.quo quis ſub ſummo põtifice eſſe recuſat ꝛ mẽbris eccleſie ei ſubiectis cõmunicare nõ vult.Unde Iſidorus in.viij.lib.Ethimo.c.iij.dicit.ꝙ ſciſma.a.ſciſſura animoꝝ nomen accepit.Sciſſio autẽ vnitati opponit.Et ideo peccatũ ſciſmatis dicit qđ directe ꝛ per ſe opponit vnitati vt dicit Sanctus Thomas in ſa ſe.q.xxxix.ar.j.Et ꝓprie ſciſmatici dicunt qui ꝓpria ſponte ꝛ intentione ſe ab vnitate eccleſie ſeparant.Tales enim ſe ab illa vera ac principali vnitate ſeparant quã caritas facit.que vnit totam eccleſiam in vnitate ſpiritus.

Iſidorus.

Sanctus Tho.

Quid ẽ ſeditio.
Sanctus Tho.
Auguſtinus.

Octauo Seditio quandaȝ diſcordiã importat.Ideo ſm Thomã in ſa ſe.q.xlij.ar.ij.Opponit vnitati multitudinis.ideſt populi vel ciuitatis vel regni.Dicit autẽ Augu.xxj.lib.de ciuitate dei.ꝙ populũ determinãt ſapiẽtes nõ oẽm cetũ multitudinis.ſed cetũ iuris cõſenſu ꝛ vtilitatis cõis ſociatũ.Unde manifeſtum eſt vnitatẽ cui opponit ſeditio eſſe vnitatẽ iuris ꝛ cõis vtilitatis.ex quo patet ꝙ ſeditio opponit iuſticie ꝛ cõmuni bono.Et ideo ex ſuo genere eſt peccatum mortale.ꝛ tanto grauius.q̃to bonũ cõe qđ impugnat per ſeditionẽ eſt maius q̃ bonũ priuatum.qđ impugnat per rixã.hec Thomas.Sic igit patet ꝙ ſeditio ꝓprie occulte ſerpit.ꝛ diſcordias gignit inter partes vnius multitudinis inter ſe diſſentientes.Puta cum vna pars ciuitatis vel regni excitat in tumultuȝ contra aliam.Unde gloſa.ij.ad Corin.xij.c.dicit.ꝙ ſeditiones ſunt tumultus ad pugnã.cum.ſ.aliqui ſe preparant ꝛ intendunt pugnare.Hinc Iſidorus in.x.libro Ethimolo.dicit ſic.Seditioſus eſt qui diſſenſionẽ animoꝝ facit ꝛ diſcordias gignit quã greci diaſtaſin dicunt.Uel ſm Thomam vbi ſupra.ar.j.in reſpõſione ad primũ argumẽtũ.Seditioſus eſt qui diſcordias facit nõ quãcũqȝ.ſed inter ptes alicuiꝰ multitudinis.Seditionis ãt peccatũ nõ ſolũ eſt in eo qui diſcordiã ſeminat.ſed ẽt in eis qui inordinate ad inuicẽ diſſentiũt.hec Tho.

Gloſa.

Iſidorus.

Sanctus Tho.

Quid eſt partialitas.

Nono Partialitas licet cõueniat cum ſeditione ꝛ ſit idem realiter.q2 importat diſcordiaȝ que opponit vnitati multitudinis vel cõmunitatis vel regni vt dictum eſt.quantũ tamen ad aliquid differt ab ea.Nam partialis vltra diſcordiam ſeditionis.aſſumit ſibi tituluȝ partialitatis ad maiorẽ expreſſionẽ factionis ſue.Unde aliqui partiales dicunt guelphi.Aliqui Guebelini.ſiue nominant diuerſis nominibus iuxta qualitates regnoꝝ:ꝓuinciaꝝ:regionũ:ciuitatũ:ꝛ gentiũ in quibus tales rabide voluntates regnãt.vt Ianue.Florentie.Peruſij.Senis.ꝛ in alijs partibꝰ Italie.que tota hac putrida tabe repleta eſt.Dicimus ergo ꝙ partialitas quandam inequalitatẽ partium importare videt.Unde ille dicit partialis qui partem ciuium capit.Quando enim ciues qui patrie ſue augmenta cogitare debent.relicto zelo cõmunis boni ad propria comoda conuertunt.atqȝ partem ciuium ſic tueri conantur.vt reliquos deſerant.tales ſeditioſos ꝛ partiales dicimus.Uel partialis ex vi ſillabaꝝ ꝛ litterarum huius nominis dicitur qui partes ciuium ad lites ſuſcitat.Et proprie ille partialis iudicandus eſt.qui non habens reſpectum ad iuſticiam vel ad quietem ciuitatis vel patrie vel boni publici.ſed iuſte vel iniuſte per fas.nephaſqȝ fouet.ꝓtegit.

Partialitas qđ importat.
Aliter.

Quid eſt partialitas ꝓprie.

deſendit.eos qui ſunt de ſactione ſua vt ſibi faueant aut in odium vel vindictã ſiue in aliquo bono priuato. Uel partialitas eſt quedã diabolica rabies que a ſcelere in ſcelus furibundo impetu homines precipitat.ad rixas.ad lites.ad cõtentiones.ad bella. ad ſciſmata.ad ſeditiones.atq; ad omnia ſcelera ⁊ peccata que directe contrariant̄ iuſticie ⁊ cõmuni bono.Sicq; patet quid ſit diſcordia cum filiabus ſuis.

Partialitas eſt rabies diabolica.

Hec igitur Regina oium litiũ ac diſſenſionũ diſcordia illa eſt que cum ancillis ſuis vltra q̄ȝ dici poſſit anguſtijs atq; acerrimis ꝑſecutionibus flagellat omne corp⁹ eccleſie.O q̄ȝ grauiter vulnerat̄ ⁊ q̄ȝ enormiter tota chriſtiana religio a filiab⁹ diſcordie ledit̄.Cogita in primis quot ⁊ quãta atrociſſima ꝑlia ꝓpter diſcordias ⁊ cõtentiones xp̄ianoꝝ principũ facta ſunt.Quis tot milia hoiuȝ occiſa.tot latrocinia.adulteria.ruinas.deuaſtationes.calamitates.⁊ dãna innumerabilia que inde ſecuta ſunt explicare poterit?Heu quot matrone.quot virgines.quot vidue.quot nobilia corpa.fuere ludibrio. ¶ Pretermitto iurgia ciuilia.ꝑlia maritima.ſocialia pirrataꝝ.in q̄b⁹ quottidie xp̄ian⁹ ſanguis effundit̄.Horret aius tẽporũ noſtroꝝ miſerias ꝓſequi.vt iam iam ꝓclamare libeat verba Juuenalis in Satira.xv.ſic dicẽtis.

Diſcordia ē omnium maloꝝ cã.

Sed iam ſerpentum maior concordia.parcit
Cognatis maculis ſimilis fera.quando leoni
Fortior eripuit vitam leo?quo nemore vnq̄ȝ
Expirauit aper.maioris dentibus apri?
Jndica tigris agit.rapida cum tigride pacem.
Perpetuam.ſeuis inter ſe conuenit vrſis.
Aſt homini ferrum letale incude nephanda.
Eduxiſſe parum eſt. Et cõſequenter ita ſubiũgit.
Aſpicimus populos quoꝝ non ſufficit ire.
Occidiſſe aliquẽ.ſed pectora.brachia.vultum.
Crediderunt genus eſſe cibi. hec Juuenalis.

Juuenalis.

¶ Taceo rixas ⁊ ꝯtentiones ꝑlatoꝝ eccleſie dei.quoꝝ omne ſtudiũ eſt.vt alter alterũ aura humani fauoris.põpa.diuitijs.honore.⁊ gloria ſuperet.Et q: ſemꝑ eccleſia dei ſuperbis ⁊ ambitioſis plena fuit.ideo nõ mirũ ſi paſtores ouiũ xp̄i plerũq; in diſcordias ac ſeditiones peſſimas ꝓpter papatũ deuenerũt.Nã in eccleſia iã iã viginti q̄nq; peſſima ſciſmata fuiſſe legũt̄.ꝓpter que tota xp̄iana religio.ſcãdala horribilia.ꝑicula aiaꝝ innumerabilia.dãna grauiſſima.⁊ quaſi irreparabilẽ iacturã adhuc patit̄. ¶ Jterũ cõſidera diligẽtius diſcordiaꝝ incẽdia.altercationũ atq; cõtrouerſiaꝝ vituperia.que inter ſolẽnes doctores eccleſie Sathane caliditas accẽdere potuit.Lege obſecro libros inuectiuos Ruffini Aquilegiẽſis aduerſus doctorẽ Sanctiſſimuȝ Jeronimũ quos ad Aproniamũ ſcribit.Habuit ꝑfecto hic Ruffinus in trãſferendo comẽtaria de greco in latinũ elegãs ingeniũ.qui pariter a Genãdio Maſſiliẽſi ꝑſbitero in lib.de viris illuſtribus digna laude extollit̄.ſed quibuſdã ſtimulis agitatus calide inuehit ꝯtra Beatum Jeronimũ.⁊ q̄ȝ plura maledicta ꝯtra eũ impingere nõ metuit.Hic Jero.de Ruffino grauiter cõqueri[t] in ep̄la reſpõſiua ad eundẽ.ep̄la incipit.Lectis litteris prudẽtie tue.ita inquiẽs.De ſene ſenex tanta ꝯfingis q̄ȝta nõ diceret de latrone homicida.de Scorto meretrix:Scurra ꝺ Mimio.qui parturis in mõtes criminũ ⁊ gladios quos defigas in iugulũ meũ.Et poſt pauca ita ſubiũgit.Que enim eſt audientiũ edificatio duos ſenes inter ſe ꝓpter hereticos digladiari.ꝑſertim cũ ambo catholicos ſe videri velint?Omittamus hereticoꝝ patrociniũ ⁊ nulla erit inter nos ꝯtentio.hec Jero.Et rurſus Jero.Ruffini maledictis laceſſitus reffundit in eũ vituperia multa.atq; eum Origeniane hereſis ſectatorẽ.ac detractorẽ maledicum oſtendere conat̄.

Semꝑ eccleſia fuit plena ambitioſis.

Jnter ſolẽnes doctores fuerũt diſcordie.

Ruffinus laudatur a Genãdio.

Jeronimus cõtra Ruffinum.



Jeronimus.

Inter Criſoſtomū ⁊ Theophilū fuerūt grauiſſime diſcordie.

¶ Nec loquar de graui altercatione que inter Joānem Criſoſtomū Conſtātinopolitane vrbis Antiſtitē qui greco ſermone multa aurea volumina eleganti ſtilo ſcripſit. Et Theophilū Alexandrine eccleſie epūm. qui ⁊ ipſe Origeniſtaꝝ pſecutor fuit acerrimus. hic in tam grādi diſcordia cum eodē Criſoſtomo arſit vt eum fraudulētis ac doloſis machinationibus. epiſcopatu pulſum. in exilio ponti mori coegerit. ¶ Poſt pono diſcordiaꝝ occaſiones inextricabiles. quibus p̄clara ingenia ad viles ꝓruperūt iniurias ⁊ quos nō tam amor diuinaꝝ ſcripturaꝝ ꝙ glorie cupido exarſit. Ambitio enim multos mortales. falſos fieri coegit. teſte Saluſtio.

Item diſcordie.

Item diſcordie.

¶ Quis argumētationū cauillationes. pſeudomenij argutias. ſophiſmatū fraudes quibus artiſte ⁊ phiſici. ſiue medici cōtinue ꝓuocant̄ ad rixas. explicare valeat? ¶ Juriſtaꝝ quoqꝫ ⁊ aduocatoꝝ ac ꝓcuratoꝝ omne ſtudiū eſt. aduerſarioꝝ cauſas importunitate quadā. aut clamoribus ſiue falſis allegatiōib⁹ vel qbuſdā venatorijs dilationib⁹ ad ſe trahere. vel impugnare. aut ſubuertere. ¶ Et breuiter video oēs diſcordie filias nō ſolū p nobiliores artifices ⁊ eos q vilia opuſcula fabricāt. ſed p oēs ſtat⁹ xp̄iane religiōis occulte ſpere.

¶ Qualiter ſeditio ſiue partialitas inter oēs filias diſcordie nominat̄ crimē peſſimū. Et ꝑ pulcre oſtendit̄ rōne auctoritate ⁊ exēplo quāta ſit enormitas huius ſceleris.

Quia diſcordia Largo modo ſumpta habēt p̄dictas ancillas ſibi in oibus obſecūdantes ad pſequendū eccleſiā dei. Idcirco ſcire debes ꝙ ipſa diſcordia ⁊ filie eius dicunt̄ ⁊ ſunt peccata grauiſſima. Sed vt de ceteris taceā. ſeditio ſiue partialitas nō ſolum peccatū grauiſſimū dicit̄. ſed propter enormitatē ſuā. nominat̄ in ſcripturis ſanctis crimē peſſimū. Vnd̄ Geñ. xxxvij. c°. dicit̄ ꝙ Joſeph accuſauit fratres ſuos apud patrē crimine peſſimo. Super quo textu. ſunt qui dicunt. ꝙ Joſeph fratres ſuos accuſauit de coytu cum beſtijs. Sed vt dicit Nicholaus de lira. Turpe eſt dicere hoc de patriarchis maxime cū hebraica littera nō habeat crimine peſſimo. ſed ſic habet. Et retulit patri rixaꝫ eoꝝ peſſimam. Et talis diſcordia vel rixa in tranſlatione noſtra vocat̄ crimen peſſimum.

Nota ꝙ diſcordia ⁊ partialitas dicit̄ crimē peſſimum.

Probat̄ rōe auctoritate ⁊ exemplo ꝙ diſcordia ē crimē peſſimū

¶ Quod autē talis diſcordia ſit peccatū grauiſſimū ⁊ peſſimū ꝓbat̄. ratione. auctoritate. ⁊ exemplo. ¶ Et primo ratiōe ſic. ſm doctrinā Beati Thome in ſa ſe. q. xxxvij. ar°. j. Diſcordia vel ſeditio directe cōcordie opponit̄. Cōcordia autē cauſat̄ ex caritate inquantū caritas multoꝝ corda coniungit in aliquid vnum qd̄ eſt principaliter quidem bonum diuinū. ſecundario autem bonum ꝓximi. Diſcordia igitur eadem ratione eſt peccatum. inquantum huic concordie contrariat̄. Sicut ergo ꝓprium caritatis vel concordie eſt vnire. ligare. ſtringere. ⁊ fouere corda fideliū in vnitate ſpiritus ſancti. ita proprium diſcordie vel partialitatis eſt diſiūgere. ſeparare. ⁊ diuidere fidelium voluntates ab vnitate vere dilectionis ⁊ pacis. Ideo ſicut fraterna caritas dicit̄ quid optimum. ita econtrario odium fraternū crimen peſſimum nominat̄. Et ſicut caritas eſt radix ⁊ fundamentū omnium meritoꝝ. Domina ⁊ regina omniū virtutuꝫ. q: teſte Leone papa. Nude ſunt omnes ſine caritate virtutes. Et Paulus ait. Maior oium eſt caritas: Sic pariter ſeditio vel partialitas que directe opponit̄ caritati. ⁊ que p̄ceteris filiabus diſcordie nutrit odia. acuit cupiditates. icitat. rixas. fouet iurgia. inflāmat ire ſtimulos. ⁊ corda fideliū liuore inuidie facit inardeſcere. ꝓculdubio dicenda eſt. regina ⁊ domina omniū ſcelerum ⁊ radix virulenta omnium peccatoꝝ. Hinc Beatus Jacobus in epiſtola ſua canonica. iij. c. ait. Vbi enim zelus ⁊ contentio. ibi in conſtantia ⁊ omne opus prauum. patet ratio.

Ratio ſci Thome.

Leo papa.

Jacobus.

Secundo Probat̃ auctoritate ꝙ ſeditio ſiue partialitas ſit crimen peſſi- Marcb⁹ tulli⁹.
mum ⁊ deteſtabile. Hinc Marcb⁹ Tulli⁹ in.j.li⁹. de officijs col
laudãs vnionẽ ciuiũ in republica: Ita inquit. Sed cum oĩa rõne animoq; luſtraueris
oĩum ſocietatũ nulla ẽ grauior nulla carior q̃ʒ ea que cũ republica eſt. vnicuiq; noſtrũ
cari ſunt parẽtes: cari liberi: ꝓpinqui: familiares; Sed oẽs omnium caritates patria
vna complexa eſt. Pro qua quis bonus dubitet mortẽ appetere ſi ei ſit profuturus.
Ex quo eſt deteſtabilior iſtorũ immanitas qui lacerarunt omni ſcelere patriã. ⁊ in ea ſũ
ditus delenda occupati ſunt ⁊ fuerũt. ¶ Itẽ Marcbus Tullius in eodẽ li⁹. bortat̃ Marcb⁹ tulli⁹.
ciues ad equitatẽ iuſticie: ⁊ deinde explicat quot ſcãdala ⁊ pericula. ex ſeditiõe ꝓueniãt:
Ita inquiens. Omnino qui rei publice p̃ſunt duo p̃cepta Platonis teneãt. vnum vt
vtilitatem ciuiũ ſic tueant̃ vt queccũq; agunt ad eam obliti comodoꝝ ſuoꝝ refferant:
Alterũ vt totũ corpus rei publice ꝓcurẽt. ne dũ partẽ aliquã tueant̃ reliquos deſerãt.
Ut enim tutella ſit ꝓcuratio rei publice ad vtilitatem eoꝝ qui comiſſi ſunt. nõ ad eo- Nota oĩa cõtra
rum quibus comiſſa eſt gerẽda eſt. Qui autem parti ciuium conſulunt partem negli- partiales.
gunt rem pernicioſã in ciuitatem inducũt ſeditionẽ atq; diſcordiam. Ex quo euenit
vt alij populares alij ſtudioſi optimi cuiuſq; videant̃. pauci vniuerſorum. Hinc apud
Athenienſes magne diſcordie ⁊ in noſtra republica non ſolum ſeditiones ſed ⁊ peſti-
fera bella ciuilia. que grauis ⁊ fortis ciuis ⁊ in re publica dignus principatu fugiet atq;
oderit. tradetq; ſe totũ rei publice. neq; aut potẽtiam aut opes cõſectabitur. Totam-
q; eam ſic tueatur vt omnibus cõſulat. nec vero criminibus falſis in odium aut inui-
diam quẽquam vocabit. Omnino ita iuſticie honeſtatiq; adhereſcet vt dũ ea conſer-
uet: q̃uis grauiter offendat. mortẽq; appetat potius q̃ʒ deſerat illa que dixi. hec Tul
lius. ¶ Etiã Gregorius in paſtorali. ſic dicit. Sicut nihil eſt p̃cioſius deo virtute di- Gregorius.
lectionis: Ita nihil ẽ deſiderabilius diabolo extinctiõe caritatis. Quiſq; ergo ſeminã
do iurgia dilectionẽ ꝓximoꝝ perimit. hoſti dei familiarius ſeruit. hec Grego. ¶ Et
Salomõ oſtendẽs q̃ʒ ſit deo odibilis q ſeminat diſcordias. ꝓuerbioꝝ. vj. c. ſic ait. Sex Salomon.
ſunt q̃ odit dñs ⁊ ſeptimũ deteſtat̃ aĩa eius. Oculos ſublimes. linguã mẽdacẽ. man⁹ Idem.
effundẽtes inoxiũ ſanguinẽ. cor machinãs cogitatões peſſimas. pedes veloces ad cur-
rendũ in malũ ꝓferentẽ mẽdatia. teſtẽ fallacẽ. ⁊ eũ q ſeminat inter fratres diſcordias.
hec ibi. Sup quo textu Iero. i comẽtarijs ſup parabolas Salomõis. li. j. dicit ſic. Enu
merat ſex capitalia crimina que cũ ꝯparatione. diſcordiã ſeminãtis quaſi minora depo Ieronimus.
nit. Quia nimirũ maius ẽ facinus illud quo vnitas ⁊ fraternitas que p ſpũs ſancti gra
tiam eſt ꝯnexa diſſipat̃. Et parũ infra ita ſubiungit. Poteſt inquã perditus quiſq; hu-
iuſmodi mala vel ſibi metipſi vel alijs inferre: pace ſeruata eccleſie. At Donatus ⁊ Ar Ieronimus.
rius eorũq; ſequaces. grauius eſt qδ fecere. qui ꝯcordiã fraterne vnitatis diſcordias
ſeminãdo ſciderunt. hec Iero. ¶ Iterũ Salomõ ꝓuerbioꝝ. xxix. c. ait. Uir iracun
dus ꝓuocat rixas. ⁊ qui ad indignandũ facilis eſt erit ad peccata ꝓcliuior. Super quo Salomon.
paſſu. Iero. in. iij. li⁹. ſup parabolas Salomonis ſic habet. Ianua vitioꝝ omniũ ira- Ieronimus.
cundia eſt. qua clauſa virtutib⁹ intrinſecus dabit̃ quies. Aperta vero ad omne facinus
armabit̃ animus. hec Iero. ¶ Paulus quoq; aplus. ij. ad corin. xij. c⁹. Et iterum ad Paulus.
Gala. v. c⁹. Contentiones. diſſenſiones. emulationes. ſeditiones. iras. rixas. enumerat
inter opa carnis. de quibus ibidẽ ita ſubiungit dicẽs. qm̃ qui talia agunt regnũ dei nõ
ꝯſequent̃. Sed nullũ peccatum excludit a regno niſi illud ſit grauiſſimũ ⁊ horribile. er
go talia ſunt peſſima ⁊ grauiſſima. ¶ Idcirco Scũs Tho. in ſa ſe. q. xlij. ar⁹. ij. dicit.
ꝙ ſeditio opponit̃ iuſticie ⁊ cõmuni bono. ⁊ ideo ex ſuo genere eſt peccatũ mortale ⁊ Sanctus Tho.
tanto grauius q̃ʒto bonũ cõmune qδ impugnat̃ p ſeditionẽ ẽ maius q̃ʒ bonũ priuatũ
qδ impugnat̃ per rixam. Peccatũ autẽ ſeditionis. Primo quidem ⁊ principaliter

pertinēt ad eos qui ſeditionē ꝓcurant qui grauiſſime peccant. Secūdo autē ad eos qui ſecuūtur illos perturbātes bonum cōmune. Illi vero qui bonū cōmune defendūt eis reſiſtentes nō ſunt dicendi ſeditioſi. hec Thomas. ¶ Paulus Oroſius beati Auguſtini quondā auditor. vir tam in diuinis ſcripturis q̄ꝫ ſecularibus litteris eruditiſſimus vita ⁊ cōuerſatione ſanctiſſimus pulcre oſtendit. ꝙ omniū ſeditionū ac diſcordiarū cauſa ⁊ principium ſit ſuperbia: ambitio: emulatio: ⁊ libido dominādi. ⁊ ꝙ iuſte occidūtur ſeditioſi. Unde in. vj. lib. hiſtoriarū. Ita inquit. Omniū malorum initiū ſuperbia eſt. Inde ſurrexerunt bella ciuilia. Inde iterū pullularūt. Non ergo iniuſta cedes eſt eorū qui eam iniuſte inſectant̄. ſi ambitionis emulatio ꝑ ipſos ⁊ in ipſis ⁊ agit̄ ⁊ punitur. donec qui detractauere collegiū diſcant ferre dominatū. hec Oroſiꝰ. his dictis ſupeſt vt probemus multiplici exēplo ꝓpoſitum noſtrū.

Paulꝰ oroſiꝰ.

¶ Qualiter ſeditio eſt toxicum boni publici. ⁊ ꝙ omnes partiales mala morte extinguunt̄. triplici exēplo oñdit̄. Et p̄io per exemplum romanoꝝ ciuium.

Nuſquam Legi nec me lecturū arbitror in futurū viros partiales ac ſeditioſos bene dies ſuos terminaſſe, ſed oēs vt plurimū iſelices habuerunt exitus. Et idcirco intētio mea fertur ad oſtendendū his q̄ ſcripta noſtra dignabūtur plegere ꝙ ſeditio eſt toxicū rei publice. ⁊ ꝙ ſeditioſi ⁊ partiales etiā in preſenti vita, mala morte extinguunt̄. ¶ Uideamus primo ſub breuibꝰ quid cōtigit ciuibus romanis q̄ ſeditiones ac diſcordias ſeminarūt in romana republica. ⁊ qualiter bella ciuilia crudeliora ⁊ amariora ſunt bellis hoſtilibus. Ad maiorem autē euidētiam cōſiderandū eſt ſecundū Auguſtinū in. iij. liº. de ciuitate dei. c. xxiiij. ⁊ Paulū Oroſiū in v. liº cronice ſue. ꝙ diruta ac depopulata Cartagine Gracchoꝝ tumultus ⁊ ſeditiones peſſime agitant̄ apud romanos. Tunc enim vt inquit Oroſiꝰ infamis de ambitione cōtentio orta fuit. ſicut iā dudū a Scipione Naſcica fuerat p̄dictum, de quo refferunt Augu. in p̄io lib. de ciuitate dei. c. xxx. Et Lucius Florus in Epitomate ⁊ Paulus Oroſiꝰ in fine. iiij. li. Cronice ſue. ꝙ poſt q̄ꝫ romani de cartaginēſibus obtinuerunt victoriā. apud eos ſolēne ꝯſilium celebratū eſt: An Cartago eſſet a fundamētis diruēda. Inter quos Carbo Cēſorius q̄ ⁊ Carbo ſuperior nominat̄ totis viribus ſuadebat vt Cartago oīo deleret̄ a fundamētis. q̄ ſic Roma ꝑpetua pace frueretur. At Scipio Naſcica ſubtiliꝰ ꝯſiderans reſiſtebat Carboni dicēs. vt oīo non deſtrueret̄: Eo ꝙ ciuitas romana ab initio ſemꝑ armis vacauit in q̄bus eius dñatio creuit. Si vero Cartago ꝓ pace ſequēda ꝓſternēda putat̄ video ciues ad arma creatos otio vacaturos. Hic luxuria. hinc ſeditiōes ciuiū: ⁊ noſtre ꝯcordie robur firmiſſimū fractum: ⁊ varia bella vētura cognoſco. Non enim poterunt arma romana in alios ſuū exercere furorē ergo in ſeipſa imperū ſunt factura. Quicq̄d aūt de ꝯtrarietate iſta ꝯcluſum fuerit neſcio: dare tamē ꝯſtat ꝙ conſiliū Scipionis nō habuit effectū, ſed ꝑualuit cōſiliū Carbonis. ideo ſecuta ſunt mala in vrbe q̄ Scipio metuebat futura. Nā diruta Cartagine inſurrexerūt iurgia Gracchoꝝ que fuerūt origo ⁊ cā ciuilium maloꝝ vt inq̄t Augu. in. iij. li. de ciuitate dei. c. xxiiij. Uolebat. n. Tiberiꝰ Gracchus Tribunus plebis agros: populo diuidere. quos nobiles ꝑuerſe poſſidebāt. Sicq̄ꝫ Gracchꝰ grām populi ꝑcio ꝯſequi optabat vt ait Oro. Sed teſte Aug. vbi ſup̄ra. euellere tā vetuſtā iniq̄tatē nō ſolum periculoſiſſimū ſed vt ipſa res docuit ꝑnitioſiſſimū fuit. Nā Scipione Naſcica ⁊ Pōpeio cū ſuis obſiſtētibus. tandē Gracchus ictu Claue cerebro impacte exanimatus eſt. Ducēti p̄terea nobiles romani in hac Gracchoꝝ ſeditione interfecti corūq̄ꝫ corpa

Auguſtinus ⁊ Paulꝰ Oroſiꝰ.

Auguſtinꝰ Luciꝰ Florꝰ ⁊ Oroſius.

Inter Scipionē ⁊ Carbonem oritur queſtio d̄ Cartagine.

Cōſilium Scipionis nō habuit effectū.

Auguſtinus.

in tiberim ꝓiecta ſunt. Ipſius quoqꝫ Gracchi inhumatū cadauer extabuit. inquit Oroſius.

Conſequenter Non longo interpoſito tempore Gayus Gracchus frater dicti Tiberij Gracchi. qui in ſeditione occiſus eſt. ſepe largitionibꝰ ac ꝓmiſſis populū romanum in acerbiſſimas ſeditiones excitauit. maxime legis agrarie cauſa. ꝓ qua etiā frater eius fuerat interfectus vt ſcribit Oroſius. Hic igitur Gayus Gracchus cū fuluio Flacco ingēti ſtipatus agmine capitolium aſcendit. cōtra quē Decius brutus vir cōſularis cū ingenti certamine irruit. Poſtq̄ autē obſtinatiſſime dimicatū eſt: Marchus Fuluius Flaccus cum liberis occiſus fuit. Gracchus vero ne viuus caperetur ceruicem ſeruo prebuit. Et ſicut ſcribit Auguſtinus vbi ſupra. Percuſſor Gracchi ipſiꝰ caput quātū graue erat tanto auri pondere conſuli tradidit. hec enim pactio cedē preceſſerat. Ex factiōe Gracchi. ccl. homines in auētino mōte ceſi refferuntur vt ſignat Oroſius. Etiā Lucius Opimius cōſul qui aduerſus Gracchū intra vrbem arma cōmouerat. ſicut fuit in bello fortis: Ita in q̄ōne crudelis. Nam iudiciaria inquiſitione ceteros ꝓſequens amplius q̄ꝫ tria milia hominum ſupplicijs necauit. ex q̄bus plurimi inocentes interfecti ſunt. Ex quo intelligi poteſt ait Auguſtinus. quātam multitudinē habere potuerit turbidus cōflictus armorū. q̄ū tantū habuit iudiciorum velut examinata cognitio.

Seditio orit inter Gayū Gracchū ⁊ Fuluium Flaccum.

Gayus Gracchus occidit cū filijs ſuis.

Tria milia occiduntur.

¶ Taceo Romanorū ciuium varias diſcordiarum ambages. atqꝫ ſeditionum inextricabiles cauſas. que excitarunt q̄ꝫ plura bella ciuilia. bella ſocialia. bella pirratarū. bella ſeruilia. In quibus quid ſanguinis fuſus: quot milia hominum occiſa: quot latrocinia: quot miſerabilia mortis genera: quot ciues iugulati: quot innocentes ſtrangulati: quot prouintie. regiones. ciuitates vaſtate fuerint. vix qui iſtoriam ſcripſerunt pre magnitudine rerum ſatis explicare potuerūt. Nō enim ſolū his bellis tota Italia vehemētiſſime afflicta ⁊ quaſi ad vaſtitatē miſerabilem perducta fuit: Sed Sicilia: Gallia: Macedonia: Hyſpania: Teutonia cruenta bella ac grauiſſimā paſſe ſunt iacturā.

Diſcordiarum inextricabiles cāe

Deinde Seditiones peſſime ac bella atrociſſima orta ſunt inter Gayū Marium ſeniorē. ⁊ Lucium Syllā. occaſio autē huius Mariane ac Syllane diſcordie ſecundū oēs hiſtoricos fuit ambitio ⁊ ſupbia Marij. Nam anno. 661. ab vrbe condita. Cū Lucius Sylla eo tēpore conſul eſſet. ⁊ contra Mitridatem, qui Aſiam ⁊ Achaiā occupauerat mitteretur: Gaius Marius qui ſexies ante conſul fuerat affectauit ſeptimū cōſulatum. ideſt vt ſeptimo cōſul fieret. ⁊ vt ipſe bellū ſuſciperet mitridaticum. Quo Sylla cognito impaciēs reuera iuuenis intemperataqꝫ ira. cū exercitu ante vrbē venit ⁊ contra Mariū dimicās. ipſum fugauit. Eoqꝫ fugato cōtra mitridatē proceſſit in Greciā. Marius autē fugiens cum ꝓſequentium inſtātia circumſeptus eſſet. in miturnenſiū paludibus ſe abſcōdit. equibus luto ignominioſeqꝫ protractus. turpi autē ſpectaculo Miturnas deductus. extruſus eſt in carcere. vbi percuſſorem ad ſe occidendū miſſū ſolo vultu exterruit vt occidere nō auderet. Deinde lapſus euinculis in Affricā fugit. fortior cruentiorqꝫ rediturus. Erat enim hic Marius vir crudeliſſimus. Ex quo ſuſpicari poſſumus illū fuiſſe in aſpectu terribilē. Nam crudeles ſemꝑ in vultu feritatē quādam pre ſe ferunt. Ideo non mirum ſi percuſſor ille ſuus territus fuerit. ¶ Cōtinuo igitur Marius totus ciuili ſanguine iam cruentus in patriam regreſſus cum filio ſuo contra Syllanā factionem: Sylla abſente crudelitate maxima vſus eſt. Poſtq̄ꝫ enim multa hominum milia: vita rebuſqꝫ priuauit. cum legionibus ſuis vrbem ingreſſus nobiliſſimos quoſqꝫ e ſenatu. ⁊ plurimos conſulares interfecit quorum capita teſte Oroſio in quinto libro yſtoriarum illata conuiuijs. oblata capitolio. collocata roſtris ſpectaculum fuere vniuerſis. Quanta fuerit huius

Seditō iter Gayū Marium ⁊ Luciū Syllā.

Mariꝰ affectat ſeptimū ꝯſulatū

Sylla ꝯtra Marium.

Marius capitur ⁊ icarceratur.

Mariꝰ fuit crudeliſſimus.

Ualeri⁹ maxius

Marij crudelitas vt alios ſcriptores omittaꝫ ex verbis Ualerij Maximi oſtendit.q
in.ix.lib.c.ij.dicit ꝙ cum caput Marci Anthonij eximij oratoris.inter epulas Ma-
rio fuiſſet oblatuꝫ illud cū alacritate ſuſcepit.manibuſqꝫ pertractauit. vide Ualerium.

Quanta fuerit crudelitas Marij.

Tandeꝫ Marius in exordio ſeptimi cōſulatus.editis multis ſceleribus morte prere-
ptus eſt.inquit Oroſius. ¶ Interea reſidui ſenatorū qui potētiam:crudelitateꝫ:au
daciā:latrocinia Marij ſuorūqꝫ fuga euaſerant.trāſuecti in Greciā Sillam precibus

Sylla cogit̄ p̄cibus redire i patriam.

coegerunt vt periclitāti patrie opeꝫ ferret. At Silla priuſqꝫ vrbi cum ducibus ſuis ap
propinquaret: diuerſis prelijs vltra quadraginta milia mariane p̄tis interfecit. Dein-
de ante ipſaꝫ vrbē portāqꝫ collinam circa horā dici nonā atrociſſimo p̄lio comiſſo.tan
dem vicit.lxxx.milia hominū ibi fuſa dicunt̄.xj.milia ſeſe dederunt.reliquā multitu-
dinem in fugaꝫ verſam.inſaciabilis victorꝝ ciuium ira cōſumpſit.teſte Oroſio. ¶ Igi

Sylla tria milia ꝯ fidē datam interfecit.

tur Sylla mox vt vrbem victor intrauit tria milia hominū qui ſe p legatos dederant
cōtra fas:cōtraqꝫ fideꝫ datam inermes ſecuros interfecit.plurimi etiam tunc nō ſoluꝫ
innocentes ſed etiam ipſius Sylle partis occiſi.quos fuiſſe pluſqꝫ nouem milia ſignat
Oroſius. Uidēs auteꝫ Quintus Catullus tot tantaſqꝫ horribiles hominū ſtrages.lu

Nota qd dixit Quint⁹ Catull⁹ Sylle.

cio Sylle dixit. Cum quib⁹ tandeꝫ victuri ſumus ſi i bello armatos in pace inhermes
occidimus: Tantus deniqꝫ pauor ac tremor totam vrbeꝫ inuaſerat vt teſte Auguſtino
quem vellet quiſqꝫ Syllanus ferire.percutere.⁊ occidere poſſet. Quāta autem fuerit ra
bies Syllane pſecutionis aduerſus factionē Marianā liquido comprehēdi poteſt ex
eo ꝙ prima pſcriptio facta per Syllā poſt introitū vrbis.lxxx.milia hominū contine-
bat. Omnes etiā Mariane militie principes.hoc eſt legatos.queſtores.p̄fectos ⁊ tri-

March⁹ Mari⁹ exoculat̄ iuſſu Sylle.

bunos Sylla iuſſit occidi. Quorꝝ Marcus Marius teſte Oroſio.in.v.li⁹.debella-
tus ⁊ captus.effoſſis oculis.mēbriſqꝫ minutatim amputatis.iuſſu Sylle in tantis cru-
ciatibus mori coactus eſt. Sed Gayus Marius filius vltima deſperatiōe conceptus
ne incideret in inimicorꝝ manus poſtqꝫ vulneratus eſt ceruicem ſeruo prebuit. ¶ De

Augu. de bello Syllano ⁊ Mariano.

multitudine auteꝫ occiſorū iſtius ciuilis belli Auguſtinus in.iij.libro de ciuitate dei.c.
xxvij.dicit ſic. In bello Mariano atqꝫ Syllano exceptis his qui foris in acie cecide-
runt: In ipſa quoqꝫ vrbe cadaueribus:vici:platee:fora:theatra:templa cōpleta ſunt
vt difficile iudicaretur.quādo victores plus funerū ediderint.vtrum prius vt vince-

Valeri⁹ d̄ Silla

rent an poſtea quia viciſſent.hec Augu. Etiaꝫ Ualerius Maximus in.ix.lib.c⁹.ij.de
Sylla ita inquit. Lucius Sylla queꝫ neqꝫ laudare neqꝫ vituperare quiſqꝫ ſatis digne
poteſt.quia dū querit victoriam Scipionē ſe populo romano.duꝫ exercet Hanibaleꝫ
repreſentauit.quaſi dicat Ualeri⁹. Si reſpexeris Lucij Sylle res clariſſime geſtas lau
dem ingētem: Si vitia ⁊ crudelitatis exempla vituperationē maximaꝫ meruiſſe vide-
bitur. In victorijs aliuꝫ Scipionē: In crudelitatibus alium Hanibalem inuenies. Et

March⁹ Tulli⁹ de Sylla. Ualerius.

Marcus Tullius in li⁹.de finibus bonorꝝ ⁊ malorū.dicit. Luciū Syllā trium peſti
ferorum vitiorꝝ fuiſſe magiſtrū. Luxurie:auaritie:⁊ crudelitatis: Crudelitate vero cū
ctos ſuperaſſe. Ideo Sylla teſte Ualerio vbi ſupra.non ſoluꝫ vrbeꝫ romanā ſed totaꝫ
Italiam crudelitate repleuit.

Mors Sylle turpiſſima.

Sed quia Uelle ſingulas ſeditionum ac diſcordiarum cauſas ⁊ calamita-
tes romane reipublice explicare breuis ſcriptura non patitur:
Idcirco ſcire debes ꝙ Sylla tādem poſt innumerabiles impietates.morte turpiſſima.
morte tirannorū extinctus eſt. Naꝫ ſunt qui dicūt illuꝫ incidiſſe in morbuꝫ ex vlcere in
teſtinorꝝ.poſtmoduꝫ vis tanta pediculorꝝ toto corpore eius emanauit vt nullo mō co-

Valeri⁹ maxius

biberi poſſent.ſiceꝫ miſabiliter obijt. Ualeri⁹ autē maxim⁹ in.ix.li.c.iij.dicit.ꝙ Sylla
iā multo alieno ſanguine fuſo ad vltimum ⁊ ſuum erogauit.vt pote qui iracundie vio
lentia nimia perijt. Nam tanta animi indignatione ac concitatione pectus conuulſit

vt ſpiritū cum ſanguine euomeret. ¶ Sylla igit̄ mortuo graue bellū inter Lepiduʒ ⁊ Catullū ortum eſt, ꝑut ſcribit Oroſi⁹ in. v. li. hiſtoriaꝝ. Quoꝝ lepidus Mariane partis aſſertor. geſta Sillana reſcindere cupiebat. Catullus vero Sillane factionis dux. non ſolū defendere. ſed rediuiuos belloꝝ ciuilium cineres ſuſcitare conabat̄. Ita bis tunc acie certatū eſt. vt plurimi romanoꝝ iam ipſa paucitate miſeroꝝ. ⁊ adhuc illo furore inſaniētium ceſi ſunt.

Mortuo Silla orit̄ diſcordia inter Lepidū ⁊ Catullum.

Poſt hec. Bella Sertorij ⁊ Catiline ſecuta ſunt. quoꝝ Sertorius, vir dolo atq; audatia potens a Silla fuerat proſcriptus: Catilina vero a Silla nutritus cuius ſcelera ad purum imitatus eſt. Hic quia bina vice a petitiōe cōſulatus fuit repulſus. quo indignatus ac tot⁹ furore repletus cū pluribus ꝯiurauit aduerſus patriaʒ. de cede cōſulum ⁊ ſenatus. de incēdijs vrbis ⁊ de opprimēda republica. Et breuiter Catilina, totus ſubdolus ⁊ cuiuſlibet rei diſſimulator fuit. cuius ꝯiuratio in vrbe habita: ac prodita. ſed in etruria ciuili bello extincta eſt. Rome vero cōſcij cōiurationis occiſi ſunt. teſte Oroſio. in. vj. lib. cronice ſue. Vis igitur ſub breuibus ꝑcipere quantuʒ fuerit Catilina ad omne ſcelus ꝑpetranduʒ diſpoſitus? Audi qd Valerius in. ix. li. c. j. referat. Tāta quippe ſcelerata libidine ac veſano amore Aurelie Oreſtille corruptus fuit. vt, cū vnum impedimentū videret quo minus nuptijs inter ſe iūgerentur. filiuʒ ſuū quem ⁊ ſolū ⁊ etate iam ꝑuberem habuit. veneno ſuſtulit. Ex quo patet ꝙ non tantū Catilina in patriā quam ſcelerata cōiuratione ꝑdere moliebatur. ꝗ̄ in ꝓprium filium impius ac crudeliſſimus fuit. Et quia nō poteſt bene mori q male vixit: Ideo ſicut Catilina ſemꝑ ab adoleſcentia ſua inter impudicos: adulteros: ganeones: fures: raptores: flagitioſos: ſanguinarios: paricidas: ſacrilegos: ac cōuictos in ditijs: vitaʒ facinoroſam duxit: Sic tandē omni ſcelere cecatus inter cōfertiſſimos hoſtes quaſi furens incurrit: Ibiq; pugnans miſerabili ac infami vita priuat̄. tello cōfoſſus. Illamq; ſuā animi feritatē quaʒ in vultu habuerat viuus etiā mortuus retinuit. Cuius hiſtoriaʒ fere oībus notā agente Cicerone ac ꝑpulcre deſcribēte Saluſtio. nūc a nobis breuiter fuiſſe ꝯmemoratam: ſatis eſt.

Bella Catilinē ⁊ Sertorij.

Catilina tot⁹ ſubdolus.

Oroſius.

Valerius.



Catilina infami vita priuat̄.

Decurſa Igit̄ varia ſceleratꝝ cōcatenatione cauſaꝝ atq; multaꝝ ſeditionū turbulēta rabie. inde ad magni Pōpei. ⁊ Julij Ceſaris grauiſſimum bellū ꝑuentū eſt. Quoꝝ Pōpeus teſtāte Auguſtino in. iij. li⁹. de ciuitate dei. c⁹. xxx. ſectator Sille fuerat eiuſq; potētiā vel equauerat vel iam ſuperauerat. Ceſar vero: Pompei potentiā ferre non poterat quam tamē illo victo interfectoq; tranſcendit. ¶ Scias ergo ꝙ Ceſar fuit ſocer: ⁊ Pompeus gener. qui poſt mortē Julie Julij ceſaris filie: quā Pompeus deſpōſauerat inter eos bella atrociſſima orta ſunt. Dictus eſt autēʒ magnus Pōpeus a magnitudine animi ⁊ virtutis. eo ꝙ viginti duos reges in bello oriētis deuicit quos oēs romano imperio ſubegit. Etiā Julius Ceſar ſtrenuiſſimus ſuꝑ oēs mortales ſui tēporis erat. cui a ſenatu ſibi deliberatū fuit bellū cōtra gallos. Cuius hiſtoriā Suetonius trāqllus pleniſſime explicauit. quā etiā Paulus oroſi⁹ in. vj. lib. hiſtoriarū. pulcre ac breuiter ꝑſtrinxit. nos autē ſolam memoriā decerpſim⁹. ¶ Idcirco poſtq̄ Ceſar omnes Gallias ſubiugauit. ſecurus cuʒ legionibus ſuis in Italiam redijt nullos poſt ſe galloꝝ motus pertimeſcens. Sed anteq̄ vrbi appropinquaret alteruʒ cōſulatum poſtulauit. Fuerat enim ſemel cōſul. ſed petijt vt ſecūdo cōſul fieret et inuiēs ex hoc oportere oio ſic fieri. Contradictū autē fuit a Marcello tunc cōſule. ⁊ a Pompeo ⁊ a Carbone. ꝓceptūq; eſt illi parte ſenatus: vt in vrbem nō niſi dimiſſo exercitu veniret. Pompeo vero ex auctoritate conſulis quedam commiſſe ſunt legationes tanq̄ duci futuri belli. cōtra Julium ſi arma mouere vellet. Creſcentibus autēʒ Ceſaris viribus: Marcellus ꝯſul ⁊ Pōpeus ⁊ tot⁹ ſenatus ac vniuerſa

Bella ciuilia inter Pompeum ⁊ Juliū ceſareʒ.

Quare dr̄ Pōpeus Magn⁹.

Suetoni⁹ ⁊ Oroſius.

Hiſtoria Ceſaris ⁊ Pompei ſub breuibus.

nobilitas tanq̄ Italia pulſi fugerũt in Greciã ⁊ apud Cipꝛũ ſe colligẽtes. ſtatuerunt ibi bellũ Jullio inferre ſi in Greciã deueniret. Ceſar vero romã venit. negatáꝫ ſibi ex erario pecuniã fractis foꝛib⁹ inuaſit. Ꝓtulitꝫ ex eo auri põdera quattuoꝛ milia centũ. xxxv. Argẽti quoꝫ põdera ꝓpe. dcccc. milia. Inde Ceſar digreſſus per diuerſa loca diſcurrens etiã vſꝫ in Hiſpaniã. collegit exercitũ foꝛtẽ valde. Deinde veniẽs in Greciã victus eſt a Põpeo ⁊ fugatus. euaſit tamẽ. qꝛ Põpeus nocte interueniẽte in ſequi noluit. Tunc Ceſar dixiſſe ferẽ. Nec Pompeũ ſcire vincere ⁊ iſta die tantũ ſe potuiſſe ſuperari. Ceſar inde citato agmine in Theſaliã ꝓrexit. Põpeus vero cũ maximis copijs ſecutus. illic bellũ grauiſſimũ cõmiſſũ ẽ. O gemẽdum ſpectaculũ. videre ibi ꝯtractas romanoꝝ acies in cãpis pharſalicis ad occiſionẽ mutuã ꝯſtitiſſe. quas ſi cõcoꝛdia rexiſſet: inqt Oꝛoſius. nulli populi. nulli reges. ferre potuiſſent. Nunq̄ adhuc romane copie in vnum aut maioꝛes. aut melioꝛibus ducibus cõuenerant. ¶ Tandem poſt longã pugnã foꝛtis dubie. poſt imẽſã hominũ ſtragẽ. fugit vniuerſus Põpei exercitus. Et ipſe etiã fugatus Alexãdriam egipti petijt. ſperãs a Ptholomeo rege egipti habere auxiliũ. Moꝛ aũt vt Põpeus litus attigit. iuſſu Ptholomei adoleſcentis q gratiã Ceſaris optabat occiſus eſt. Unde etiã caput Põpei abſciſſum ⁊ anulum eius Ceſari. q cõpoſitis rebus apud Theſaliã Alexãdriã venerat miſit. quo viſo fleuit Ceſar. vt enim aſpexit generis ſui caput cruentatũ a lacrimis ꝯtineri nõ potuit. teſtãte Ualerio in. v. li. c. j. Sic pariter Oꝛoſio in. vj. li. yſtoꝛiaꝝ. ¶ Poſtmodum ceſar Pompei magni Nepotes: filiamꝫ Pompeiã: ⁊ alios q̄plurimos occidi iuſſit. Deinde ꝯtinuo in Hyſpanias aduerſus duos Põpei filios ceteroſꝫ pompeianos ꝓceſſit quos oẽs in moꝛtẽ coegit. Et ſicut Oꝛoſi⁹ in. vj. li⁹. ſcribit. hoc ciuile bellũ indeſinẽter quattuoꝛ ãnis ꝑ oꝛbẽ vniuerſum intonuit. ⁊ bella multa in diuerſis mũdi ꝑtibus ſecuta ſunt in qbus maxima hoĩum multitudo perijt cũ effuſione incredibili humani ſanguinis. Heu quot ſtrages: quot milia hominũ ab hiſtoꝛicis refferunt̃ occiſa. ¶ Demum ceſar poſtq̄ eos q Pompei ꝑtibus fauerant ꝑſecutus eſt romã redijt. Et quia ꝯtra exempla maioꝛũ ſtatum rei publice vſurpare ꝓſumpſit moꝛe tirãnoꝝ interfectus eſt. Nã ꝯiuratione ꝯtra eũ facta auctoꝛibus bruto ⁊ caſſio etiã ꝯſcio ſenatu plurimo. in curia. xxiij. vulneribus ꝯfoſſus interijt. In qua qdem ꝯiuratione fuiſſe amplius q̄ ſexaginta conſcios ferunt: teſte Oꝛoſio. Sicꝫ victoꝛ ciuilis belli a ciuibus ceſar occiditur. qꝛ iuſtum eſt vt ſicut ipſe alios crudeliter in moꝛtẽ cõpulit: Ita fieret illi. Et ne vlterius ꝓgrediar. clare ꝯſtat ꝑ oẽs hiſtoꝛicos. ꝙ poſtq̄ carthago deſtructa fuit a romanis. fere vſꝫ ad natiuitatẽ xp̄i nunq̄ apud eos ceſſarunt peſtifera bella ciuilia. quibus romanũ imperiũ vſꝫ ad ꝯſumptionẽ deductum eſt. Hinc Augu. in. j. li. d̃ ciuitate dei c. xxx. ita inquit. Deleta quippe cartagine magno terroꝛe romane reipublice depulſo ⁊ extincto. tanta de rebus ꝓſꝑeris oꝛta mala ꝯtinuo ſubſecuta ſunt. vt coꝛrupta diruptaꝫ cõcoꝛdia: Prius ſeuis cruentiſꝫ ſeditionibus: Deinde mox malaꝝ cõnexione cauſarũ bellis etiã ciuilibus tante ſtrages ederent̃. tantus ſanguis effunderet̃. tanta cupiditate proſcriptionũ ac rapinaꝝ ferueret inanitas. vt romani illi qui vita integriore mala metuebãt ab hoſtibus. ꝑdita integritate vite crudelioꝛa paterent̃ a ciuib⁹. Eaꝫ ipſa libido dominãdi que inter alia vitia generis humani imoderatioꝛ inerat vniuerſo populo romano: Poſtea q̄ in paucis potẽtioꝛib⁹ vicit. obtritos fatigatoſꝫ ceteros etiam iugo ſeruitutis oppreſſit. hec Auguſtinus. Ex dictis liquet ad purũ ꝙ omnium ſeditionum ac diſcoꝛdiaꝝ cauſa romanoꝝ ciuium fuit ſuperbia: ambitio: ⁊ libido dominandi. Et ꝙ omnes fere ſeditioſi ⁊ qui rixas aut iurgia in romana republica ꝯcitarunt hoꝛribili moꝛte ꝯſumpti ſunt.

Ceſar romã ingreditur.

Ceſar vincitur a Pompeo.

Grauiſſimũ bellum inter ceſarẽ ⁊ Pompeũ.

Poſt maximaꝫ ſtragẽ fugit Põpei exercitus.

Ceſar viſo capite Põpei fleuit.

Ceſar occidit Põpei filios ⁊ alios pompeianos.

Ceſar occiditur a Bruto ⁊ caſſio

Auguſtinus.



Libido dominãdi inerat oibus romanis.

¶ Secūdum exemplū de ſeditione peſſima Chore. Dathan ⁊ Abiron atq; alioꝝ. ccl. q tumultuātes inſurrexerūt aduerſus Moyſen ⁊ Aaron. Et de illorum morte tremebūda ⁊ horribili.

Quantum Clementia miſerentis dei peccata ſeditiōis ⁊ partialitatis horreat clare oſtendit per terribile ac tremebūdum exemplū Chore Dathan Abiron ⁊ alioruꝫ cōplitiū. qui ſeditionē peſſimam ꝯcitarunt in populo iſrael aduerſus Moyſen ⁊ Aaron. ꝑpter ducatū ⁊ ſacerdotium. quoꝝ yſtoria habetur in li°. Nume. c. xvj. Quā Joſephus yſtoricus hebreus per pulcre ac diffuſe ꝯtractat in iiij. li°. antiquitatis iudaice. c. ij. Et quā nos pariter in hoc loco breuiter cōmemoram⁹ ꝑ correctione vite melioris. eoꝝ ſcilicet qui in his ſcriptis introſpicere dignabunt. Nota ergo ꝙ Joſephus vbi ſupra peccatū Chore: Dathan: ⁊ Abiron: noīat ſeditionē ⁊ tumultum. qbus vtunt partiales ad lites ⁊ rixas ſuſcitādas.

Joſephus yſtoricus hebreus.

¶ Ad maiorē autē intelligētiā huius yſtorie ꝯſiderandū ē. ꝙ Caath filius leui filij Jacob patriarche habuit quattuor filios vt habet in. li°. Nume. iij. c°. Et. j. parali. vj. c°. ſcilicet. Amrā primogenituꝫ: Jſaar ſecundū: Hebron tertiū. ⁊ Oziel quartū. Moyſes aūt ⁊ Aarō q erāt filij primogeniti. ſ. Amrā. erāt promoti in populo iſrael. q2 Moyſes erat dux populi. ⁊ Aarō ſūmus ſacerdos. Chore aūt fuit filius Jſaar. qui erat ſecūdus fili⁹ Caath. Et iō videbat ipſi Chore. ꝙ poſt Moyſen ⁊ Aaron. debebat habere dignitatē i populo eo ꝙ erat filius ſecūdi filij Caath. Qñ ergo Chore vidit ꝙ Elizaphan q erat fili⁹ Oziel. ſ. quarti filij Caath. fuit factus princeps ſup filios Caath. cōcepit indignationē. eo ꝙ fili⁹ Junioris filij Caath erat poſitus ſup eum ⁊ ſup alios caathitas. ⁊ in hoc inculpabat Moyſen dicēs. ꝙ ipſe honores ⁊ dignitates qbus vellet impēderet. Joſephus aūt vbi ſupra dicit. ꝙ Chore genere nobilis ⁊ habūdās diuitijs vidēs Moyſen i maximo honore ꝯſtitutū ꝑ inuidiā grauiter hoc ferebat. Nā cū eēt ex ea tribu: erat ⁊ ei⁹ cognatus ⁊ mordebat quaſi iuſtius eēt vt eā gloriā ipſe obtineret. q ⁊ ditior illo. ⁊ genere apud leuitas nō videretur eſſe deterior. Sic igit patet ꝙ cā indignatōis Chore aduerſus Moyſen fuit: ſupbia: ambitio: ⁊ libido dominādi. Jgit Chore ſupbia ⁊ inuidia vehemēter agitatus ſeditionē ꝯcitauit in populo. vt ꝑ hoc Moyſes ꝑderet ducatum populi ⁊ Aarō ſacerdotium. Ut aūt ꝑpoſitum ſuū aptius ꝯſequi poſſet. habuit ꝯſiliū. cū Dathan ⁊ Abiron. qui erant de tribu Ruben. ſuggerēs eis. ꝙ ipſi deberēt habere principatū populi. eo ꝙ eſſent de tribu Ruben q fuit primogenit⁹ ipſi⁹ Jacob. vt ſic ipſe Chore haberet ſacerdotiū. ⁊ ipſi ducatū.

Nota diligēter originem diſcordie.

Ambitio ē cā diſcordie.

Chore erat habūdās diuitijs.

Chore fuit inuidia agitatus.

¶ Et ſicut dicit Joſephus Chore cū eſſet lingua facilis ⁊ ad ꝑſuadendū ydone⁹ clamabat in populo. dicēs. Crudelē eſſe Moyſen q gloriam ducatus ſibimet vſurpauerat. ꝑ caliditatē ⁊ aſtutiam ſub occaſione ꝙ videret deū aut loqueretur cū eo. Jterūq; clamabat ꝙ Moyſes ꝯtra leges dederit Aaron fratri ſuo ſacerdotium nō cōmuni beneplacito plebis. ſed ſuo iudicio ⁊ ꝓpria voluntate. Et ſup hec. modo tirannico honores qbus vellet impēderet. Et iterum adiungebat dicēs. Quaꝫ rationeꝫ reddere poterit Moyſes. vt Aaron ⁊ eius filijs daret ſacerdotium? Si enim ex tribu leui deus honorem alicui prebēdum eſſe decreuit. ego hunc iuſtior ſum accipere. genere quidē ipſo cōſiſtens quo Moyſes: diuitijs autē ⁊ forma potērior. Si vero maior trib⁹ querit. dignū ē vt Ruben tribus. poti⁹ honoret. ⁊ hunc honorē accipiāt Dathan ⁊ Abiron. Jſti enim ſeniores erāt in illa tribu ⁊ potētes facultate pecuniarū.

Chore erat lingua facilis.

Chore clamabat ꝯ Moyſen.

Dathan ⁊ Abiron erāt ſeniores i tribu rubē.

¶ Fingebat aūt Chore de induſtria talia loqui vt cōmuni vtilitati videretur ꝓdeſſe opere vero agebat vt honorē hūc populi ſuffragatōe in ſe trāſferret. Hec ⁊ huiuſmodi doloſo eloquio illi populo dicebat Chore. ⁊ ſic ꝯ derogationē Aarō. oīs popul⁹ fuit agitat⁹. Erāt aūt ꝯcordātes cū Chore ducēti ⁊ quīquaginta viri. q vt hēt Nu. xvj. c. erant

ꝓceres ſynagoge qui tempore cōcilij per nomina vocabant̃. Tūc itaqȝ populus agreſ
ſus eſt Moyſen vt eum lapidaret. Et ante tabernaculū clamabāt omnes. teſte Joſe-
pho. Exeat tirānus ⁊ populus ab eius ſeruitute liberetur qui ſub occaſione dei violē

Moyſes fuit valde magnanimis q in illo tumultu nō expauit.

ta mādata ꝑcepit. ¶ Moyſes ergo vt ſcribit Joſephus cum derogationē Chore iaȝ
ex multo tēpore preſciret etiam irritatū populum nō expauit. ſed confidens reb⁹ quas
fideli deuotione tractabat ⁊ ſciens fratrē ſuum Aaron dei volūtate ſacerdotiū nō ſuo
munere meruiſſe. ad cōcilium venit. Et multitudini quidē nihil omnino locutus eſt.
ſed ad Chore clamās ait. O Chore ego nec te nec ducētos ⁊ qnquaginta viros nec to
tum exercitum honore priuo. Et pariter ſacerdotium Aaron. nō ex eo ꝙ diuitijs pre-
cellat cum tu ambos nos pecuniarū multitudine videaris ſuperare. neqȝ ꝓpter gen⁹

Moyſes ſapiēter locut⁹. ⁊ ſedauit tumultuātes

quādo cōmune nobis hoc fecit deus. neqȝ ꝓpter fraternum amorē ego hoc cōtuli fra-
tri meo Aaron. Ego a malitia ſum remotus. Non Aaron gratia mea hoc ſed iudicio
diuino ſortitus ē. Igit̃ a ſeditione ⁊ huiuſmodi murmure quieſcite. Mane vero om
nes qui ſacerdotiū queritis turribula ſingula portātes a veſtris domibus cum thimia
mate ⁊ igne venite. Sed ⁊ tu Chore cede deo iudicium ⁊ in his eius expecta ſentētiaȝ.
⁊ nō te metipſum deo velis facere meliorem. Hec igitur Moyſe dicente ⁊ a turba ⁊ a
ſua ſuſpitione multitudo ceſſauit. ⁊ laudauerūt cuncti que dicta ſunt. Erat enī Moy-
ſes vir optimus ⁊ loqui ſemper vtilia videbatur. ſicqȝ ꝯcilium eſt ſolutū. ¶ Altera au
tem die cuncti cōgregati ſunt in eccleſia vt adeſſent ſacrificio ⁊ electioni de ſacerdotio

Moyſes mittit miſtros ad Dathan ⁊ Abiron.

cōcertantiū; Moyſes autem miſſis ad Dathan ⁊ Abiron miniſtris eos ſecūdum cō-
ſtitutum venire iuſſit. Cum vero nec obedire eos nuncij retuliſſent nec velle dicerent
Moyſi quaſi cōtra omneȝ populū malignitate creſcente ſuccumbere: Moyſes ſequi
ſe maiores natu precepit. ⁊ ibat ad Dathan ⁊ Abiron. nec indignū eſſe putabat ad ſu-
perbos accedere. Dathan aūt ⁊ Abiron ⁊ qui cū eo erant cognoſcētes Moyſen cum
nobilibus populi ad ſe venire accedētes cum vxoribus ⁊ filijs ſtabant in introitu papi
lionum ſuoꝝ cum vxoribus ⁊ liberis omniqȝ frequētia ⁊ reſpiciebant que Moyſes eſ
ſet acturus. Et ſicut dicit Joſephus. Erant circa eos cōſtituti famuli vt ſi vellet aliquā

Moyſes clamat ad dn̄m eleuatis oculis ad celum.

violētiam Moyſes facere vindicarent. ¶ Moyſes vero cum veniſſet in ꝓximū ma-
nus ad celos tendens multum clamās ita vt cūctus populus audiret. ſic ait. Domine
celi ⁊ terre ⁊ maris tu enim mihi meoꝝ actuū fideliſſimus teſtis extiſtis. quomodo oīa
tua voluntate feci: Ideo eſto meus in his verbis auditor. Tibi namqȝ nec qđ agitat̃
nec quod cogitat̃ abſcōſum eſt. In his ergo que de me licet veritatē aperte ſcientes in
iuſte ſuſpicantur. te teſtem mihi precor exiſtere. Et ego vitam ſimplicē habēs me met-
ipſuȝ tradidi pro iſtoꝝ erumpnis. Et primo ꝓ libertate eorum. nūc vero ꝓ ſalute ma-

Moyſes hec loquens flebat. vt iquit Joſeph⁹.

ximos labores tolleraui omniqȝ periculo me ſubieci. Ueni domine omniū iudex. ⁊ te
ſtis meus. Tu noſti ꝙ nullū munus contra iuſticiā ab hebreis accepi. nec cōtempſi ꝓ-
pter diuitias paupertatē. Nunc autē in extraneas meoꝝ ſtudiorum ſuſpitiones incur
ri. tanqȝ te non iubēte. ſed mea potius volūtate ſacerdotium Aaron dederim. Oſtēde
nunc quia omnia tua ꝓuidentia gubernant̃ ⁊ nihil fortuitu. Uindica in Abirō ⁊ Da-
than. fac ſup eos apertū iudicium: Non eos cōmuni modo faciēs tranſire de vita nec
humana lege morientes. ſed deglutiat eos ſimul ⁊ generationē ⁊ ſubſtātiam eoꝝ terra
quam calcāt. Si autē vere contra me derogaſſe noſcunt̃. illos quidem innoxios ab oī
leſione ſeruato. Necem vero quā illis optaui facito meaȝ. ⁊ penam ab eo exige q tuam

Terra cōmota ⁊ populis expauit.

voluit nocere plebē vt de cetero pax concordiaqȝ ſuccedat. hec igit̃ eo dicente ſimul ⁊
flente. repēte terra cōmota eſt ⁊ veluti violentia vēti. turbatis fluctibus agitata. Po-
pulus autē cunctus expauit. grauiqȝ ⁊ duriſſimo ſtrepitu ꝑ eorum tabernaculū conci-
tato. terra ſciſſa eſt. ⁊ omnia que erāt illis gratiſſima. in ea ſunt prorſus abſorta. Moy

igitur apertio terre ſuper eos reducta eſt ⁊ ita reintegrata quaſi nihil hoꝝ que p̄dicta ſunt factū eſſe videret̄ inſpiciētibus. Sicq; deſcenderūt viui in infernū operti humo. ¶ Poſt hec Moyſes vocauit eos qui de ſacerdotio cōtendebāt ad ſacerdotū ꝓbationē. vt ſcirent cuius ſacrificiū deus ſuſciperet ⁊ illum cōſtitui ſacerdotē. Conuenientibus autē illis ducētis quinquaginta viris qui ꝓpter patrū virtutes honorabant̄ a populo: pceſſerūt quoq; Aaron ⁊ Chore ⁊ ante tabernaculū omnes ſanctificauit in turribulis in quibus offerebāt incenſum. Ignis vero repēte tantus effulſit quantū nullus opifex vidit. quo veniēte ſuper eos cuncti ducēti quinquaginta extincti ſunt ⁊ Chore ſimul. ita vt nec corpora eoꝝ alicubi viderent̄. Solus aūt liberatus eſt Aaron nihil ex igne leſus q̄ vtiq; a deo videbat̄ electus. ¶ Hec hiſtoria ſub breuib⁹ tangit̄ in pſal. cv. vbi dicit̄ p os Dauid. Et irritauerūt Moyſen in caſtris. ſ. Dathan ⁊ Abiron qui volebāt habere principatū in populo eo q̄ eſſent de tribu Ruben qui fuit primo genitus Jacob. Etiā Chore ⁊ Chorite qui aſpirabāt ad ſummū ſacerdotiū q̄ erāt de tribu leui: Irritauerunt Aaron ſanctū domini. ideſt ſanctificatū a dn̄o. Sed ecce ſequit̄ pena horibilis. Nam ꝓpter hoc. aperta eſt terra ⁊ deglutiuit Dathan ⁊ operuit ſup cōgregationē Abiron. Et exarſit ignis in ſinagoga eoꝝ ideſt in cōgregatione eoꝝ. ſ. inducentis quinquaginta viris qui offerebāt incenſum. Et flāma illius ignis cōbuſſit peccatores. ideſt Chore ⁊ cōplices eius. vt dictū eſt. Sic igit̄ patet terribile iudiciū miſerentis dei contra ſeditioſos ⁊ partiales q̄ꝗ morte incōſueta ad infernum deſcenderunt.

Chore ſimul cū cc. viris igne cōſumptus eſt.

Dauid breuiter tāgit hāc hiſtoriam.

¶ Tertium exemplū de ſeditione luciferi qui angelicā militiā cōmouit cōtra deum. ⁊ qualiter cum partialibus ſuis a celo empireo in ꝓfundum inferni precipitatus eſt.

Grauitas diſcordie ⁊ ſeditionis aperte oſtendit̄ exemplo Luciferi. qui excatus ſuperbia contra deum rebellare preſumpſit ⁊ militiā angelicam ad bellandū cōcitauit. Ad maiorem autem euidentiā huius. conſiderandū eſt ſm̄ Beatū Thomam in prima parte. q. lxi. ar. iiij. q̄ natura angelica creata fuit in celo empireo. ⁊ hoc cōueniens fuit vt angeli in ſupremo corpore crearent̄ tanq̄ toti nature corporee pſidētes. ſiue id dicat̄ celum empircū ſiue qualitercumq; nominet̄. Unde Yſidorus dicit q̄ ſupremū celū eſt celum angeloꝝ. Etiā Strabo Monachus natione theutonicus Rabbani quondam auditor ⁊ ſcriba vir tam in diuinis ſcripturis q̄ ſecularibus litteris eruditiſſimus. qui gloſam ordinariā ſuper totam Bibliā ordinaſſe ex dictis ſanctoꝝ patrum memorat̄. quam quidam poſtmodū ampliarunt. Multa quoq; volumina edidit imittatus Rabbanum preceptorē ſuum. Hic in libro ſuper Geneſim vbi pertractat illud. In principio creauit deus celum ⁊ terram. dicit. Celum non viſibile firmamentū hic appellat ſed empireū ideſt igneū vel intellectuale. q̄d non ab ardore ſed a ſplendore dicit̄. q̄d ſtatim factum angelis eſt repletum. Nec hoc eſt contra illud q̄d in perſona Luciferi dicitur. Yſaye. xiiij. c⁰. In celum conſcendam ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meum ⁊ ero ſimilis altiſſimo. ¶ Ex quo videtur q̄ ſi angeli creati fuiſſent in celo empireo q̄ nō conueniſſet Lucifero in ſuperius celū aſcendere. cum dicitur in celum cōſcendam. ¶ Sed ad hoc dicit̄ q̄ Iſayas loquitur non de celo aliquo corporeo ſed de celo ſanctiſſime trinitatis in q̄d angelus peccans aſcendere voluit aliquo modo volens deo equiparari. vt dicit Thomas. vbi ſupra. Scias et̄ q̄ tota natura angelica fuit creata in principio tp̄is ſicut ⁊ natura humana ante q̄d nihil creatū eſt vt dicūt doctores latinoꝝ. Doctores autē grecoꝝ omnes in hāc cōueniūt ſniam. dicentes q̄ angeli ſunt creati ante mundū corporeū. q̄uis hoc ſentire

Sanctus Tho.

Strabo Monachᵘ natiōe theutonicus.



Queſtio.

Reſponſio.

Nota.

Gregorij nazanzeni auctoritas magna eſt.

non putet erroneū. p̄cipue ꝓpter ſententiā Gregorij Nazāzeni cuius tanta eſt auctori
tas in doctrina chriſtiana teſte Jeronimo vt nullus vnq̄ꝫ eius dictis calumniā inſer-
re p̄ſumpſerit. ſicut nec Athanaſij documētis. vt dicit Sāctus Thomas in prima par
te. vbi ſupra ar. iij. ¶ Creata ergo natura angelica ſubito ſeditiones ⁊ tumultus agitā
tur in celo empireo. agēte Lucifero qui magnam angeloꝝ multitudinē cōcitauit ad re

Sanctus Tho.

bellandū contra deum. Nam peccatū primi angeli vt dicit Sanctus Thomas in pri-
ma parte. q. lxiij. ar. viij. Fuit alijs cauſa peccādi. non quidē cogens. ſed quaſi quadaꝫ

Peccatū primi angeli fuit alijs cauſa peccandi.

exhortatione inducens. cuius ſignum ex hoc apparet. ꝙ omnes demones illi ſupre-
mo ſubduunt̄. vt manifeſte apparet per illud q̄ꝺ dicit̄ a domino. Math. xxv. Ite ma
ledicti in ignem eternū qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Habet enim iſtud ordo
diuine iuſticie vt cuius ſuggeſtioni aliquis conſentit in culpa eius poteſtati ſubda
tur in pena. ſm illud. ij. pe. ij. c°. A quo quis ſuperatus eſt huic ⁊ ſeruus eſt. De iſta di

Bellū inter Luciferum ⁊ Michaelem.

ſcordia angeloꝝ loquitur Joānes Apoc. xij. c°. ſic dicens. Factum eſt prelium magnū
in celo Michael ⁊ angeli eius preliabantur cum dracone ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli
eius ⁊ nō valuerunt neq̄ꝫ locus eoꝝ inuentus eſt amplius in celo. Et ꝓiectus eſt dra
co ille magnus ſerpens antiquus qui vocatur diabolus ⁊ Sathanas qui ſeduxit vni-
uerſum orbem ⁊ ꝓiectus eſt in terram ⁊ angeli eius cum illo miſi ſunt. hec ibi. ¶ No

Lucifer dr̄ draco.

ta ꝑ declaratione iſtius textus. ꝙ Michael ⁊ angeli eius ex vna parte preliabant̄ cuꝫ
dracone ideſt cum Lucifero ⁊ partialibus ſuis. qui dicitur draco ꝓpter venenū am-
bitionis ⁊ ſuperbie. Quod quideꝫ prelium non intelligit̄ factum. cum armis bellicis



vel lanceis vel baliſtis ſiue bombardis. ſed bellum illud intelligitur contraria volun-
tas auerſionis a deo quo ad angelos malos. ⁊ conuerſionis ad deum quo ab bonos.
Michael enim ⁊ angeli eius ex libertate arbitrij ad deum conuerſi. ſtatim fuerunt
per gratiam ⁊ gloriam in voluntate confirmati. fideles ac felices facti. quaſi victoriam

Lucifer erat primus angeloꝝ.

habentes q: non ſunt imitati malos. Lucifer autem qui erat primus ⁊ nobiliſſimus
angeloꝝ de quo dicitur Ezech. xxviij. c. ꝙ erat ſignaculū ſimilitudinis dei plenus ſa-
pientia. perfectus decore in delitijs paradiſi. Hic ſuperbia excecatus de altitudine ha-
bita preſumpſit ⁊ non contentus gradu dignitatis ſue ꝓpriam excellentiam abnuit. ⁊
appetijt ſimilitudinem dei vel eſſe vt deus. Que ſimilitudo non eſt intelligenda ſm

Sanctus Tho.

equiperantiā. q: ſciuit hoc eſſe impoſſibile naturali cognitione vt dicit Sanctus Tho
mas in prima parte. q. lxiij. ar. iij. Sed appetijt finalē beatitudinē non ex diuino auxi
lio ſed ꝑ ſuam virtutē habere. q̄ꝺ eſt ꝓpriū dei. Vide plenius que dicit Sanct⁹ Tho

Auguſtinus.

mas vbi ſupra. Jdeo Augu. in lib. de q̄ōnibus veteris teſtamēti. dicit. ꝙ primus ange
lus electione inflatus voluit dici deus. ¶ Et idcirco Lucifer totus ſeditioſus ⁊ ſup-

Lucifer ruit de felicitate in oēm miſeriam.

bus. credēs aſſimilari deo ⁊ ad altiora cōſcendere. ruit in oēm miſeriā. ſ. a luce in tene
bras. De ſapiētia ad inſipientiā. De inocētia ad culpam. De felicitate ad penā. De
amore in odium. De eterna gloria ad eterna ſupplicia. Et cum eſſet angelus nobiliſſi
mus factus eſt demon turpiſſimus in malo obſtinatus. Et propterea voluntas eius
impia conuerſa eſt ad hominis odium. Jdeo acri ac mordaci ſtimulatus inuidia to-
to conamine per diuerſa temptationū genera nititur homines ſubuertere ne ad feli
citatem eterne glorie peruenire poſſint. quam ipſe per ſuperbiam amiſit. ¶ Hinc La-
ctantius cupiens nos reddere cautos ⁊ vigilantes aduerſus aſtutias calliditatis ſue.
enumerat laqueos. quibus animas inuoluere ſolet. in. vj. lib. diui. inſtitu. c. iiij. ſic di-

Textus Lactātij tot⁹ aureus.

cens. Voluit enim deus qui homines ad hanc militiā genuit expeditos in acie ſtare
⁊ intentis acriter animis ad vnius vel inuiſibilis hoſtis inſidias vel apertos impetus
vigilare q nos ſicut periti ⁊ exercitati duces ſolēt varijs artib⁹ captat. Alijs eniꝫ cupi
ditatē inſaciabilē immittit vt opib⁹ ſuis tāq̄ꝫ cōpedibus illigatos a via veritatis excutiat.

Alios inflāmat ire ſtimulis. vt ad nocendum potius intentos a dei cōtemplatione detorqueat. Alios imoderatis libidinibus immergit. vt voluptati ⁊ corpori ſeruientes ad virtutem reſpicere non poſſint. Alijs vero inſpirat inuidiam vt ſuis ipſis tormentis occupati. nil aliud cogitent niſi coꝝ quos oderint felicitatem. Alios inflāmat ambitionibus. Hi ſunt qui ad gerendos magiſtratus omnem vite ſue operam curāqꝫ cōuertunt vt faſtos ſignent ⁊ annis nomen imponant. Quorūdam cupiditas tendit altius. non vt ꝓuincias temporali gladio regant ſed vt infinita ⁊ perpetua poteſtate dominos ſe dici velint vniuerſi generis humani. Quos autem pios viderit inanibus implicat religionibus vt impios faciat. His vero qui ſapientiā querunt philoſophiā in oculos impingit vt ſpecie lucis excecet. ne quis cōprehendat aut teneat veritatem. Sic hominibus obſtruxit aditus omnes ⁊ obſepit omnes vias publicis latas erroribus. Quos vt diſcutere poſſemus ipſumqꝫ auctorem maloꝝ vincere illuminauit nos deus ⁊ armauit vera celeſtiqꝫ virtute. hec Lac.

Quot laquei tēdunt̄ hoīnī a diabolo.

¶ Etiam Leo papa in ſermone quadrageſime. qui incipit. Licet nobis dilectiſſimi. ita inquit. Semper quidem tibi O anima chriſtiana vigilandum contra ſalutis tue aduerſarium fuit. ne vllus pateret locus temptatoris inſidijs. modo tibi maior cautio ⁊ ſolicitior eſt aſſumenda prudētia. quando idem hoſtis tuus acriori ſeuit inuidia. Nunc enim in toto mundo poteſtas ei antique dominationis auffertur ⁊ inumera illius captiuitatis vaſa rapiuntur. Fremit ergo expoliati hoſtis impius furor ⁊ nouū querit lucrum qui ius perdit antiquum. Captat indefeſſus ⁊ peruigil ſi quas reperiat oues a ſacris gregibus negligentius euagantes. quas per prodiuia voluptatū ⁊ deuexa luxurie diuerſoria mortis inducat. Inflāmat itaqꝫ iras. nutrit odia. acuit cupiditates. irridet continentiam. incitat gulam. Quem enim temptare non audeat hoſtis qui nec ab ipſo domino ieſu conatus ſue fraudis abſtinuit: hec Leo. ¶ Idem in ſermone qui incipit. Preſidia militie chriſtiane. ſic ait. Fremit aduerſarius ⁊ cruentas inimicitias ad quietas conuertit inſidias. vt quos vincere fame. ⁊ gelu. flāmis. ferroqꝫ. non poterat. otio tabefaceret. cupiditatibus irretiret. ambitione inflaret. voluptate corrūperet. Sed his malis atqꝫ alijs omnibus deſtruēdis. habet acies chriſtiana potentes munitiones ⁊ arma victricia. deo. ſ. inſtruente milites ſuos ſpiritu veritatis. vt manſuetudo iram. largitas auaritiā. benignitas extinguat inuidiā. Cōmutāte enim dextera excelſi corda multoꝝ. redijt in nouitatē vetuſtas. ⁊ de iniquitatis famulis miniſtri ꝓdiere iuſticie. Subegit luxuriam cōtinentia. humilitatis arrogantiā ꝓpulſauit. ⁊ qui impudicitia forduerant. caſtitate nituerunt. hec Leo. Quibus ſentētijs liquet ad purum. quāta ſolicitudine aduerſarius noſter inſequit̄ animas noſtras. vt eas in laqueos eterne mortis inducat.

Textus Leonis pape notabilis.

Leo papa.

¶ Ex hac igit̄ pugna Michaelis archangeli ⁊ alioꝝ supernoꝝ ciuium. contra ⁊ aduerſus Luciferū ⁊ partiales ſuos. aperte datur intelligi qui ſunt veri ciues in aliqua republica: Et qui ſunt ſeditioſi ⁊ partiales. Nam Michael ⁊ angeli eius nō ſunt quouis modo dicendi partiales. aut ſeditioſi. q: volūtas coꝝ ferebatur ad conſeruationē boni publici ⁊ ad iuſticiam ⁊ ad dei voluntatem. ⁊ ideo veri ciues celeſtis patrie ab eterno rege ſunt adiudicati. atqꝫ pro merito victorie ſue in bonitatibus diuinis confirmati. Sed Luciferi peruerſa voluntas cum partialibus ſuis directe ferebat̄ ad rebellandū contra deum. Non enim fuit cōtentus gradu tante dignitatis ſue ſed cecatus ſuperbia ſe deo oppoſuit. nullam obſeruans partē iuſticie. Propterea ipſe cum ſuis adherētibus ꝑ ſententiā eterni iudicis tāqꝫ partiales ⁊ ſeditioſi ad eterna ſupplicia ſunt cōdemnati. in quoꝝ ſocietatē erunt ꝓculdubio adiudicati guelphi ⁊ Guebelini ⁊ ceteri omnes qui ſecunt̄ factiones. ſeditiones. rixas partialitates ⁊ qui in republica ſanguineas nutriunt diſcordias.

Ex pugna Michaelis cū Lucifero cognoſcūt̄ veri ciues.

De Nona perſecutione

¶ Partiales ſunt inflexibiles.obſtinatiſſimi.⁊ lumine mentis cecati.

Quãuis Ex dictis pateat euidenter quãta ſit grauitas peccati ſeditionis ſi-
ue partialitatis.nihilominus ad maiorem expreſſionẽ eorum que
dicta ſunt affirmo ꝓ vnica ⁊ vera concluſione.ꝙ inter omnia grauiſſima peccatoꝝ ge
nera.ſeditio ⁊ partialitas magis inducunt mentis cecitatẽ in homine.Volo dicere.ꝙ
partiales ⁊ ſeditioſi habent coꝛ magis excecatũ q̃ꝫ aliud hominum genus.q: talia pec
cata omnem ꝓximi dilectionẽ videntur extinguere.qua extincta ſequitur illa cecitas
cordis in homine.pro qua oramus dicentes.A cecitate cordis libera nos domine.Et

Partiales ſunt crudeles.

ppterea videmus quotidie ꝓbato experimento ꝙ in nullo genere hominum tanta
crudelitas inueniť ſicut in partialibus ⁊ ſeditioſis.Nam tanto odio ⁊ rectius dixe-
rim diabolica rabie contra homines alterius partis feruntur.vt tam notos q̃ꝫ igno-
tos.tam doctos q̃ꝫ indoctos.tam nobiles q̃ꝫ plebeios.tam eccleſiaſticos q̃ꝫ ſeculares.
tam ſenes q̃ꝫ paruulos.tam cõſanguineos q̃ꝫ affines.omnes pariter vellent deſtrue-

Ariſtotiles.

re ⁊ radicitus a mundo abradere.¶ Ratio huius eſt q: ſm Ariſtotilem in.ij.lib.Ethi
coꝝ.Ex actu multotiens iterato fit habitus.Et ideo quales ſunt actus tales habitus
ſubſecuntť.Et iterum in.iij.lib.Ethicoꝝ.dicitur.Quales ſunt actus cuiuſqꝫ talis tan-

Idem.

dem ⁊ ipſe euadit.⁊ hoc quidem in omnibus ſtudijs exercitationibuſqꝫ conſpicitur.
Habitus autem ſunt de difficili mobiles.Et q: ſeditioſi ⁊ partiales habent habitum
odij contra homines alterius partis.Ideo ſunt continue in odio ꝓximi ſui.imo ve-

Partiales ſunt homicide.

ri partiales habent exoſos omnes illos qui non ſunt de factione ſua.Et ex conſequen
ti ſunt homicide ⁊ in ſtatu dãnationis.iuxta illud.j.Io.iij.c°.Qui odit fratrem ſuum
homicida eſt.Sic igitur ex tali odio per malitiam conſumato contingit ꝙ partiales ⁊
ſeditioſi moriunť vt plurimum in penitentes.⁊ in malitia ſua obſtinati.quia de ſuis ſe



ditionibus vel partialitatibus non formant ſibi cõſcientiam aliquam.q̃d eſt apertum
ſignum cecitatis mentalis.Et quia initium ſalutis eſt cognitio peccati vt inquit Epi-
curus teſte Seneca.Ideo cum partiales non cognoſcant morbum iniquitatis ſue.
non querunt medicinam penitentie ⁊ per conſequens moriũtur vt beſtie.quia venia

Signa partialitatis.

non datur niſi correcto.Quapropter ſi diligentius inſpexeris videbis partiales ⁊ ſe-
ditioſos homines ſemper inflãmatos ire ſtimulis.odio.furore.ac vindicta ebrios.per
uerſa voluntate.ambitione.ſuperbia ac cupiditate inſaciabili repletos.in ſuo propo-
ſito pertinaces.fidei ⁊ amicitie fractores.inuidos.mordaces.clamoſos.inflexibiles.
oneroſos.amicis.ac imperioſos ſubiectis.Sed preter illam maliuolam voluntatem ⁊
odium cordis.quis explicare valeat crudelitates quas contra aliam partem exercent!
Non amicitie.non fidei.non ſexui parcentes.ſed quaſi ſitientes humanum ſanguinẽ
vrſo.leone.ac tigride ſunt peiores.Caueat ergo omnis homo ab huiuſmodi rixoſis
ſeditionibus quibus chriſtiana religio.⁊ ſignanter tota Italia affligitur ⁊ tribulatur.
q: quicunqꝫ ſolo corde ⁊ actu voluntatis conſentit alicui ſeditioni diſcordie vel par-

Qui ſolo corde conſentit alicui partialitati peccat mortaliter.

tialitati ſuborte in aliqua republica peccat mortaliter totiens quotiens.¶ Et pariter
ſiquis confitetur verbo firmato ⁊ deliberatione voluntaria ſe eſſe alicuius factionis
guelphe vel Guebeline vel alterius ſecte quocunqꝫ modo in aliqua republica grauio
ri culpa mortali ligatur.Si quis vero opere compleat facta ſeditionis vel partialita-
tis grauiſſime peccat in quolibet actu.Et idcirco nota ꝙ partiales non debent abſol-
ui niſi abrenuncient partialitati.ſic.vt ex corde omne odium realiter dimittant.Et
propter magnitudinem ſceleris eccleſia iubet ne ſeditioſi vel partiales promouean-
tur ad ordines ſacros.Unde di.xlvj.Seditionarios ſtatuimus nunq̃ꝫ ordinandos
clericos.ſicut nec vſurarios vel iniuriaꝝ ſuarum vltores.hec ibi.Sed non ꝓhibetur

quis propter peccatum ordinari preciſe niſi ꝓpter graue ⁊ enorme. Jdeo pro huiuſmodi olim imponebatur ſolemnis penitentia que totam cōmouebat ciuitatē. Demū ſeditioſis vel partialibus non debent adminiſtrari ſacramenta in morte niſi ſigna contritionis oſtendant. Nec debent ſepeliri in loco ſacro niſi fuerint per ſigna penitentie eccleſie recōciliati. Ut de ſimilibus cōpleatᷣ ad purum illud Jeremie ꝓphete .xxij. c. Sepultura aſini ſepelietᷣ putrefactus ⁊ ꝓiectus extra portas Jeruſalem.

Partialib⁹ nō debent adminiſtrari ſacramēta

De nona Perſecutione eccleſie dei qua affligitur per corruptos ac vitioſos prelatos ⁊ ſacerdotes.

Nona perſecutio qua continue eccleſia dei anguſtiatur ⁊ affligitᷣ eſt illa que per corruptos ac vitioſos prelatos ⁊ ſacerdotes qui ſunt torpentes otio ⁊ quiete nimia exercetᷣ. Hec perſecutio grauis eſt valde ⁊ fere maior aliarum perſecutionū. Nam hereſes pro magna parte extincte ſunt per Jeronimum. Ambroſium. Auguſtinum. Criſoſtomum. Gregorium. Thomam. ⁊ per alios catholicos doctores eccleſie dei. Sed manifeſta ſcandala. vitioſa exempla. inhoneſta cōuerſatio. rabida auaritia. ambitio. arrogantia. emulatio. inuidia prelatoꝝ ⁊ ſacerdotum. omnem penitus exemplaritatem. omnem religioſitatem. totam illam ciuilem patrum noſtroꝝ diſciplinā. corruperunt in graue ſcandalum totius chriſtiane religionis ac perditionē fidelium animaꝝ. Heu heu quomodo color ille rubicundus in facie eccleſie dei mutatus eſt. iuxta vaticiniū Jeremie plangentis ac dicentis. Quomodo obſcuratū eſt aurum mutatus eſt color optimus diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium plateaꝝ. Que verba licet hiſtorialiter vrbis Jeroſolimitane deſtructionē ⁊ templi concremationē videantᷣ ſonare vbi totus ille ornatus veterū diſſipatus eſt ⁊ ad nihilum redactus. Tamē ſm̄ Jeronimū altiori ſenſu. templi miſtici deiectionē ſignificant. qđ quotidie in reproboꝝ vita ⁊ moribus offuſcatᷣ atq̃ deſtruitᷣ. Quid namq̃ auro qđ metallis ceteris p̄eminet niſi excellentia ſanctitatis? Quid colore optimo niſi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur? Quid ſanctuarij lapides niſi ſacroꝝ ordinum perſone ſignantᷣ? Quid platearum nomine niſi preſentis vite latitudo dicitur? Profecto a latitudine platee ſunt vocate. Per ſemetipſam vero dicit veritas. Lata ⁊ ſpacioſa via eſt que ducit ad perditionem. Aurum igitur obſcuratᷣ cum terrenis actibus ſanctitatis vita polluitur. Color optimus cōmutatᷣ. cum quorūdam qui agere religioſe credebantur. eſtimatio ante acta minuitur. Nam cum quilibet poſt ſanctitatis habitum terrenis ſe actibus inſerit quaſi colore permutato ante humanos oculos eius reuerētia deſpecta palleſcit. Sanctuarij quoq̃ lapides in plateas diſpergūtᷣ ſiue per plateas iacent. cū perſone ſacroꝝ ordinum. voluptatū ſuaꝝ latitudini dedite. terrenis negocijs inherēt. Et notandū ꝙ non hos diſperſos in plateis ſed in capite plateaꝝ dicit. qꝛ cū terrena agunt ſummi videri appetunt. vt ⁊ lata itinera teneant ex voluptate delectationis. ⁊ tñ in plateaꝝ ſint capite ex honore ſanctitatis. ¶ Jteꝝ Jeremias eleuatus in ſpiritu vidit ruere p̄latos eccleſie a decore virtutū ad carnalia deſideria. a ſapiētia ad inſipientiā. ab intelligētia ad tenebras ignorantie. ideo lugubri affectu deplorans. ita inquit. Filij Syon incliti ⁊ amicti auro primo. quo modo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli? Super quo textu Jero. in. iij. lib. ſuper lamentationes Jeremie. ita inquit. Ad eundem ſenſum hec ſententia pertinet ad quem ſuperior. Quod filij eccleſie qui incliti fuerunt chriſtiana religione. ⁊ ornati ſapientie fulgore ⁊ decore virtutum. nunc emolliti car-

Jeronimus altiori ſenſu explanat verba Jeremie.

Jeremias propheta vidit ruere p̄latos eccleſie.

Jeronimus.

nalibus deſiderijs ⁊ terrenis cupiditatibus tabefacti vaſis teſteis cóparentur. que dominice correptionis virga in futuro examine cóterens franget ⁊ ad nihilum rediget. taliter vt non inueniri poſſit fragmen teſte quo igniculus ferri poſſit de incendio. hec Jeronimus. Hanc grauiſſimã iacturam eccleſie dei cóſiderans Beatiſſimus doctor

Gregorius.

Gregorius in libro de cura paſtorali. ita inquit. Cum enim paſtor per abruta gradit̃ neceſſe eſt vt ad precipitiũ grex ſequatur. Nemo quippe amplius in eccleſia nocet q̄ qui peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis tenet. Delinquentẽ namqꝫ cum nullus redarguere preſumit ⁊ in exemplum vehementer culpa extendit̃ quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. hec Gregorius. que verba habent̃. di. lxxxiij.

Jero. deſcribit leuitates quorũ dam clericoꝝ.

Nemo. ¶ Jeronimus quoqꝫ deſcribens leuitates quorũdam prelatoꝝ ac ſacerdotum in epiſtola ad Euſtochiũ que incipit. Audi filia ⁊ vide. ſic ait. Sunt alij de mei ordinis hominibus loquor qui ideo preſbiteratũ ⁊ diaconatum ambiunt vt mulieres licentius videant. Omnis his cura de veſtibus. ſi bene oleant. ſi pes laxa pelle non ſolleat. crines calamiſtri veſtigio rotantur. digiti de anulis radiant. ⁊ ne plantas humilior via ſpargat vix imprimũt ſumma veſtigia. Tales cum videris ſponſos magis eſtimato q̄ clericos. hec Jeronimus. Et ſicut ad Oceanum in epiſtola que incipit. Sophronius Euſebius Jeronimus Oceano ſuo ſalutem. ſic ait. Non veſtis tenera clericum facit aut ſacerdotem ſed caſta mentis intentio.

Jeronimus.

Paulus.

Iterum Jeronimus in explanatióe aurea ſuper̃ epiſtola Pauli ad Titũ. ad Paulam ⁊ Euſtochiũ. Plura notabilia ſtilo elegãtiſſimo contra vitioſos ac negligentes p̄latos ſcribit. quoꝝ aliqua hic breuiter ſubiũgo. Naꝫ vbi pertractat illud. j. c. Oportet enim epiſcopũ ſine crimine eſſe tanq̄ dei diſpenſatoreꝫ. non ꝓteruũ. non iracundũ. non vinolentũ. non percuſſorẽ. nõ turpis lucri appetitorẽ. dicit ſic. Quomodo enim poteſt preſes eccleſie auferre malũ de medio eius. qui in de

Cõtra vitioſos p̄latos.

licto ſimili corruerit? Aut qua libertate corripere peccantẽ. cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat. eadem admiſiſſe que corripit? Itaqꝫ qui epiſcopatũ deſiderat bonũ opus deſiderat. Opus inquit nõ honorẽ non gloriam. Oportet autem illum ⁊ teſtimoniũ habere bonum ab his qui foris ſunt. vt non in opprobriũ incidat ⁊ in laqueũ diaboli. Et poſt

Jeronimus.

plura ita inquit idẽ Jeronimus. Etiam illud eſt inſerendũ aduerſus eos qui de epiſcopatu intumeſcũt ⁊ putant ſe nõ diſpenſationẽ chriſti ſed imperiũ conſecutos. q: nõ ſtatim omnibus his meliores ſint quicũqꝫ epiſcopi nõ fuerint ordinati. ⁊ ex eo ꝙ electi ſunt ipſi ſe magis exiſtimẽt cõprobatos. ſed intelligant ꝓpterea quoſdã a ſacerdotio remotos q: eos vitia liberoꝝ impedierint.

Jero. cõtra iracundos p̄latos.

Iterum Jeronimus cõtra iracundos ac furibũdos p̄latos. ibidẽ ita ſubiungit. Iracũdus eſt qui ſemper iraſcit̃ ⁊ ad leuem reſponſionis auraꝫ atqꝫ peccati quaſi a vento foliũ cõmouet̃. Et reuera nihil eſt fedius peſſimo vitio iracundie. p̄ceptore furioſo. qui cum debeat eſſe mãſuetus. ⁊ ſm illud q̇ꝺ ſcriptũ eſt. Seruum domini nõ oportet rixari ſed mitẽ eſſe ad omnes. doctorẽ pacientẽ. in manſuetudine erudientẽ eos qui cõtraueniunt. Ille ediuerſo toruo vultu. tremẽtibus labijs. rugata fronte. effrenatis cõuitijs. facie inter pallorẽ ruborẽqꝫ variata. clamore p̄ſtrepat ⁊ errantes nõ tam ad bonum retrahat q̄ ad malum ſua ſeuitia p̄cipitet. Inde eſt q̇ꝺ ⁊ Salomon ait. Ira ꝑdit. ẽt ſapiẽtes. Et ira viri iuſticiã dei non operat̃. Neqꝫ vero qui aliquãdo iraſcit̃ iracũdus eſt. Sed ille dicit̃ iracũdus qui crebra hac paſſióe ſuperat̃.

Jero. ꝯtra ebrioſos prelatos.

Amplius Contra ebrioſos ⁊ potatores prelatos Jeronimus in eodem loco. ſic ait. Prohibet quoqꝫ Paulus epiſcopũ eſſe vinolentum. de quo ad Timotheum ſcribitur. non multo vino deditum. Quale eſt autem epiſcopum videre vinolentum vt ſenſu occupato vel exaltet riſum contra grauitatis de-

coꝛem ⁊ labijs diſſolutis cachinnet. Uel ſi paululū triſtis. cuiuſdā rei fuerit recoꝛdatus inter pocula. in ſingultus ꝓrumpat ⁊ lacrimas. Longum eſt ire per ſingula ⁊ inſanias quas ebꝛietas ſuggerit explicare. Uideas alios pocula in tela vertentes. ſciphū in faciem iacere cōuiue. alios ſciſſis veſtibus. in vulnera aliena perruere. alios clamare. alios doꝛmire. qui plus biberit foꝛtioꝛ cōputatur. vomunt vt bibant. bibunt vt vomant. Digeſtio ventris ⁊ guttur vno occupant officio. hoc nunc dixiſſe ſufficiat qḋ ſm apoſtolū in vino luxuria eſt. Et vbicūqꝫ ſaturitas atqꝫ ebꝛietas fuerit ibi libido dominatur. hec Jeronimus.

Contra Rabiem auaritie ꝓlatoꝝ. quibus nunq̄ꝫ licuit theſaurizare. ¶ Jeronimus ſuper eodē paſſu. dicit ſic. Turpis quoqꝫ lucri appetitus ab eo. qui epiſcopus futurus eſt. eſſe debet alienus. Sunt enim multi docētes que non opoꝛtet turpis lucri gratia. qui totas domos ſubuertunt. ⁊ putant queſtū eſſe pietatē. Melioꝛ eſt autē iuxta Salomonē modica exceptio cum iuſticia q̄ꝫ multa ieiunia cū iniquitate. Et magis eligendū in paupertate nomen bonum q̄ꝫ in diuitijs nomē peſſimum. Epiſcopus qui imitatoꝛ apoſtoli eſſe cupit. habēs victum ⁊ veſtitū his tantum debet eſſe contētus. Qui altario ſeruierint de altario viuant. viuāt inquit nō diuites fiant. Unde ⁊ es nobis excutit de zona. ⁊ vna tantū tunica induimur nec de craſtino cogitamus. Turpis lucri appetitio eſt plus q̄ꝫ de pꝛeſentibus cogitare. hec Jero.

Jeronimus cōtra auaros pꝛelatos.

Conſequenter Jeronimus in explanatione ſuper eadē epiſtola ad Titum. eodē capitulo vbi Paulus loquitur de officio epiſcopi. dicens. Opoꝛtet epiſcopum eſſe hoſpitalē. bonoꝝ operum amatoꝛē. caſtum. iuſtum. ſanctum. continentē. abſtinentē. obtinentē eum qui ſm doctrinam eſt fidelem ſermonem vt potens ſit conſolari in doctrina ſana ⁊ contra dicentes arguere. Inter cetera notabilia que ibi habentur. dicit ſic. Quomodo itaqꝫ manſuetudo. paciencia. ſobꝛietas. moderatio. abſtinēcia lucri. hoſpitalitas quoqꝫ ⁊ benignitas pꝛecipue eſſe debent in epiſcopo ⁊ inter cunctos laicos eminentia. Sic ⁊ caſtitas pꝛopꝛia ⁊ vt ita dixerim pudicitia ſacerdotalis. vt non ſolum ab opere ſe in mundo abſtineat. ſed etiam in iactu oculi. ⁊ cogitationis erroꝛe mens chꝛiſti coꝛpus confectura ſit libera. iuſtus quoqꝫ ⁊ ſanctus epiſcopus eſſe debet. vt iuſticiam in populis quibus pꝛeeſt exerceat. reddens vnicuiqꝫ qḋ meretur nec accipiat perſonam in iudicio. hec Jero.

Jeronimus de officio epiſcopi.

Jeronimus.

Demum In eodem loco loquens de ſufficientia doctrine quam debet habere epiſcopus. ita ſubiungit. Poꝛro epiſcopus ſi doctrina ⁊ ſermone fuerit eruditus. poteſt ſe ceteroſqꝫ inſtruere ⁊ non ſolū inſtruere ⁊ docere ſuos ſed ⁊ aduerſarios repercutere qui niſi refutati fuerint atqꝫ conuicti. facile queūt ſimplicium coꝛda peruertere. Hic locus aduerſus eos facit qui inertie ſe ⁊ otio ⁊ ſomno dantes. putant peccatum eſſe ſi ſcripturas legerint ⁊ eos qui in lege domini meditantur die ac nocte quaſi garrulos inutileſqꝫ contemnunt. Non animaduertentes apoſtolum poſt cathalogum conuerſationis epiſcopi etiam doctrinam ſimiliter percepiſſe. Sunt enim multi ⁊ non ſubditi vaniloqui ⁊ mentium deceptoꝛes maxime qui de circūciſione ſunt. quibus opoꝛtet ſilentium indici. qui vniuerſas ſubuertunt domos docentes que non opoꝛtet. turpis lucri gratia. Qui eccleſie futurus eſt pꝛinceps habeat eloquentiam cum vite integritate ſociatā. ne opera abſqꝫ ſermone ſint tacita. ⁊ dicta factis deficientibus erubeſcant. hec Jeronimus.

Jeronimus cōtra ignoꝛantes.

Sunt preterea Diligenter conſiderande notabiles ac fulminantes ſententie Deuotiſſimi doctoꝛis Bernardi qui acerrime inuehit contra leuitates quoꝛūdam pꝛelatoꝝ eccleſie. Unde in ſermone. xxiij. ſuper Cantica. qui ſermo incipit. Indica mihi quem diligit anima mea. quaſi in fine

Bernardus cōtra leuitates pꝛelatoꝝ.

eiuſdem.ita inquit.Serpit hodie putrida tabes p omne corpus eccleſie.⁊ quo latius eo deſperatius eo periculoſius.quo interius. Nā ſi inſurgeret apertus hereticus mitterēt foras ⁊ areſceret. Si violētus inimicus abſcōderet ſe forſitan ab eo. Nunc vero quē eiciet aut a quo abſcondet ſe? Omnes amici ⁊ omnes inimici. Omnes neceſſarij ⁊ omnes aduerſarij. Omnes domeſtici ⁊ nulli pacifici. Omnes ꝓximi ⁊ oēs que ſua

Obiurgatō acerrima Bernardi ꝯ falſos ꝑlatos,

ſunt querūt. Miniſtri chriſti ſunt ⁊ ſeruiunt Antichriſto. Honorati incedunt de bonis domini.cui domino honorē non deferunt. Inde is quē quottidie vides.meretricius nitor.hiſtrionicus habitus.regius apparatus. Inde aurū infrenis.in ſellis.in calcaribus.⁊ plus calcaria q̄ altaria fulgēt. Inde menſe ſplendide ⁊ cibis ⁊ ſciphis. Inde comeſſatiōes ⁊ ebrietates. Inde cithara ⁊ lira ⁊ tibia. Inde redūdantia torcularia. ⁊ promptuaria plena.eructātia ex hoc in illud. Inde dolia pigmētaria. Inde referta marſupia.ꝓ huiuſmodi volūt eſſe ⁊ ſunt eccleſiaꝝ ꝑpoſiti. Decani. Archidiacōi. Epi ⁊ Archiepiſcopi. Olim ꝑdictū eſt ⁊ nūc tp̄s impletiōis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.amara pri⁹ in nece martiꝝ.amarior poſt in ꝯflictu hereticoꝝ.amariſſima nūc in morib⁹ domeſticoꝝ.ita inualuerūt ⁊ multiplicati ſunt ſup numeꝝ.inteſtina ⁊ inſanabilis eſt plaga eccl̄ie. Et iō in pace amaritudo ei⁹ amariſſima.hec Bernar.

Bernardus.

¶ Etiā in ſermone.x.ſup Cantica.qui ſermo incipit. Nō ſum ego ꝓfundi ſenſus.idē ſic ait. Quāti hodie male affectos ſe oſtendūt.de his dico qui aīas regere ſuſceperūt.

Contra rabiem auaritie ꝑlatoꝝ ꝫ clericoꝝ.

Quot enim.q̄d ſine miſerabili gemitu dicēdū nō eſt.xp̄i opprobria.ſputa.flagella.clauos.lanceā.crucē ⁊ mortē. Hec oīa in fornace auaritie cōflant ⁊ ꝓfligāt in acquiſitōe turpis queſtus ⁊ ꝑciū vniuerſitatis ſuis marſupijs īcludere feſtināt. Hoc ſolo ſane a Juda Scariothis differētes.q̄d ille hoꝝ omne emolumētū denarioꝝ nūero cōpēſauit. Iſti deuoratiori ingluuie.lucroꝝ infinitas exigūt pecunias. His inſanabili deſiderio inhiāt.ꝓ ijs ne amittāt timēt.⁊ cū amittūt dolēt.haꝝ in amore quieſcūt.quantū dūtaxat liberū eis eſt a ſeruādi vel augmētandi cura.animaꝝ nec caſus reputat̄ nec ſalus. Non ſunt ꝑfecto matres qui cum ſint de crucifixi matrimonio nimiū incraſſati.impinguati.dilatati.nō cōpatiuntur ſuper contritione Joſeph.hec Bernardus.

Bernardus ꝯ ꝑſumptuoſos,

¶ Iterum in ſermone.xxx.ſuper Cātica.qui ſermo incipit. Poſuerūt me cuſtodē in vineis.dicit ſic. Si quis domui ſue ꝑeſſe neſcit.quomodo eccleſie dei diligentiā habebit? Miror audatiā plurimoꝝ quos videm⁹ de ſuis vineis nō colligere niſi ſpinas ⁊ tribulos.vineis tn̄ dn̄icis ēt ſe ingerere nō vereri.fures ſunt ⁊ latrones non cuſtodes neq̄ cultores.hec ille. Et in.j.lib.de ꝯſideratiōe ad Eugeniū.quaſi in fine libri.idē ita

Bernard⁹ ꝯtra ambitioſos,

inquit. Plena eſt ambitioſis eccleſia.nō eſt iā q̄d exhorreat in ſtudijs ⁊ mollitionibus ambitionis. Non pluſq̄ ſpelūca latronis in ſpolijs viatoꝝ. Si xp̄i diſcipulus es igneſcat zelus tuus.exurgat auctoritas aduerſus impudentiā hāc.⁊ generalē peſtem. Intuere magiſtrū ſic facientē.⁊ audi dicentē. Qui mihi miniſtrat me ſequat̄. Non parat aures vt audiat.ſed flagellū quo feriat.hec Bernard⁹. ¶ Et iteꝝ in ep̄la ad Robertū

Bernard⁹ ꝯtra pompoſos,

nepotē ſuū.idem hortatur ad moderantiā veſtium ⁊ parcitatē victus. Superflua vero ⁊ delitias deteſtat̄ ſic dicēs, Attēde cor tuū.diſcute intentionē.ꝯſule veritatē.q̄dq̄d amplius indulges tibi in victu veſtituq̄ ſupfluo.in verbis otioſis.in vagatione licētioſa ⁊ curioſa.hoc ꝓculdubio retro aſpicere eſt.ꝑuaricari eſt.apoſtatare eſt. Pellicee molles ⁊ calide.pāni ſubtiles ⁊ ꝑcioſi.longe manice ⁊ amplum caputiū.opertoriū ſilueſtre ⁊ molle ſtamineū.infirmantiū ſunt fomēta.nō arma pugnantiū. Ecce enim qui mollibus veſtiunt̄ in domibus regū ſunt. Vinum ⁊ ſimila.mulſum ⁊ pinguia corpori militant nō ſpiritui.ſrixuris nō anima ſaginat̄.ſed caro. Piper gingiberū.ſaluia ⁊ mille huiuſmodi ſpecies ſalſamentoꝝ.palatū quidem delectant.ſed libidinē accendūt.vigilias times.⁊ ieiunia manūq̄ laborē.ſed hec leuia ſunt meditanti flāmas perpetuas.

hec Bernardus. ¶ Gregorius pariter in omelia ꝑtractās illud. Dignus ē operarius mercede ſua. dicit ſic. Quid nos O paſtores agimus. qñ mercedē ꝯſequimur ⁊ tamē operarij nequaq̄ꝫ ſumus? Fructus quippe ſancte eccleſie in ſtipēdio quotidiano percipimus. ſed tamē ꝑ eterna eccleſia minime in p̄dicatione laboram⁹. Penſemus cui⁹ dānatōis ſit. ſine labore hic percipere mercedē laboris. Ecce ex oblatione fideliū: viuimus. ſed qd pro aiabus fideliuꝫ laboramus? Illa in noſtrū ſtipendiū ſumimus quꝫ ꝑ redimēdis peccatis ſuis. fideles obtulerunt: Nec tamē contra peccata eadē vel oratiōis ſtudio vel p̄dicationis vt dignum eſt inſudamus. hec Grego. ¶ Vere ſancta mater eccleſia vt idē ait tranſire ſine labore tēptationis nō pōt tēpora peregrinatiōis huius. Que ⁊ ſi foris apertos hoſtes nō hꝫ. intus tollerat tamē fictos fratres. Nam cōtra vitia ſemper ſtat in acie ⁊ habet etiā pacis tēpore bellum ſuū. ⁊ fortaſſe grauius affligitur cuꝫ nō extraneoꝝ ictibus ſed ſuoꝝ moribus impugnat̄. Hinc Jero. ad Paulinū in epiſtola hortatoria ad cōuerſationē monaſticā ⁊ ſtudium ſcripturaꝝ. ꝑ pulcre deſcribit quale eſſe debeat officiū p̄latoꝝ ⁊ p̄ſbiteroruꝫ ⁊ quid in cōuerſatione ſua obſeruare debeant. Epiſtola incipit. Bonus homo de bono cordis theſauro. vbi ita inquit. Quia igit̄ me frater interrogas ꝑ quā viam incedere debeas. reuelata tecū facie loquar. Si officium vis exercere p̄ſbiterij. ſi epiſcopatus te vel opus vel onus forte delectat viue in vrbibus ⁊ caſtellis ⁊ aliorū ſalutem fac lucrū anime tue. Si aūt cupis eſſe qd̓ diceris monachus. ideſt: ſolus. quid facis in vrbibus que vtiq̄ꝫ nō ſunt ſoloꝝ habitacula. ſed multorū? Habet vnūq̄dq̄ꝫ ꝑpoſitum principes ſuos. Romani duces imitent̄. Camillos: Fabritios: Regulos: Scipiones. Philoſophi ꝑponant ſibi: Pitagorā: Socratē: Platonem: Ariſtotilē. Poete emulent̄: Homerū: Virgiliū: Menādrū: Terrētium. Hiſtorici: Thucididē: Saluſtiū: Herodotū: Liuium. Oratores Liſyam: Grachos: Demoſthenē: Tullium. Et vt ad noſtra veniamus. Epi ⁊ preſbiteri habeāt ad exempluꝫ apoſtolos ⁊ apoſtolicos viros. quoꝝ honorē poſſidētes habere nitant̄ ⁊ merituꝫ. Nos autē habeam⁹ ꝑpoſiti noſtri principes: Paulos: Anthonios: Julianos: Hilariones: Macharios. Et vt ad ſcripturaꝝ auctoritatē redeam. noſtri principes Helias ⁊ Heliſeus. noſtri duces filij ꝑphetaꝝ qui habitabāt in agris ⁊ ſolitudine ⁊ faciebant ſibi tabernacula ꝑpe fluenta Jordanis. hec Jero.

Gregorius. Jeronimus. Epi in vrbibus habitēt monach⁹ i ſolitudine. Vnūq̄dq̄ꝫ ꝑpoſitū hꝫ principes ſuos.

Ut autem Sub breuibus propoſitum noſtrum concludamus. Scire debes q̄ cōmunis ⁊ vniuerſalis querela tam diuinarum ſcripturarum q̄ꝫ ſanctoruꝫ doctorum eſt ꝯtra paſtores eccleſie. Quia teſte Auguſtino. Quāuis enim nihil ſit in hac vita facilius maxime hoc tēpore ⁊ letius ⁊ hominibus acceptabilius epiſcopi aut p̄ſbiteri officio. Attamē ſi ꝑfunctorie atq̄ꝫ adulatorie res agatur nihil eſt apud deū miſerabilius. Hinc Jero. in regula ad Euſtochiū quaꝫ regulam iam ſenex ſcripſit. in. c. xv. Reffert de quodam electo in ep̄um qui de ꝯſilio patrui ſui renūtiauit electiōi. Hic poſt mortē totus ylaris ⁊ iocūdus apparuit patruo ſuo dicēs. Gratias tibi reffero pater ex diſuaſſione epiſcopatus. Nam ſcito q̄ nunc eſſem de numero damnandoꝝ ſi fuiſſem de numero epiſcoporuꝫ. Caueant ergo ſibi prelati ⁊ qui eccleſiaſticas ambiunt dignitates. atq̄ꝫ ſeuero cordis examine interiora diſcutiant. quoniam in hac vita nihil eſt difficilius laborioſius ⁊ periculoſius ep̄i aut preſbiteri officio. ſed apud deum nihil beatius ſi eo modo militetur quo noſter imperator iubet vt inquit Auguſtinus. Cum ergo dilectionis teſtimonium ſit cura paſtoralis. quiſquis virtutibus pollens gregem dei renuit paſcere ſummū paſtorem cōuincitur non amare teſte Gregorio. ¶ Hinc Dauid ꝑphetarum eximius ꝯſiderans ēminentiā dignitatis p̄latorū atq̄ꝫ ſacerdotū eccleſie xp̄i. ⁊ pariter quantū teneant̄ debitas deo reſſerre grās ꝑ ſuſceptis muneribus excitat vniuerſos ad diligētius ſeruiēdū dn̄o. in pſal. cxxvj. Jta

Cōis q̄rela ſcripturaꝝ ē cōtra p̄latos. Jeronimus. Auguſtinus. Gregorius.

inquiens. Surgite poſtq̃ ſederitis qui manducatis panẽ doloris. Sup quo textu nota ſm dñm Ugonẽ cardinalem q̄ ꝓprie loquendo: Sacerdotes ⁊ clerici comedũt panem doloris: Quia cũ ſint miniſtri dei omnipotẽtis: Ipſi bona eccleſie. xp̄i ſanguine ⁊ ſanctoꝝ laboribꝰ acq̄ſita: vane exponunt in comeſatõibus ⁊ ebrietatibꝰ. atq̃ de huiuſmodi bonis honorati incedũt. ⁊ cũ teneant̃ ſeruire xp̄o fiuiunt antixp̄o. Nos ergo excitat Dauid. dicẽs. Surgite poſtq̃ ſederitis. quaſi dicat. Quãto maiora beneficia ſunt hoibus ↄſtituta tanto grauiora peccãtibus parant̃ iudicia. nihilq̃ eſt. q̄ ſic indignationẽ ꝓuocet altiſſimi q̃ ingratitudo. Explana ergo ſic. Surgite O paſtores O ſacerdotes O clerici. ſurgite ad vigilandum: ad legendũ: cantandũ: p̄dicandũ: iubilãduꝫ. ⁊ ad ſolicite laborãdum in vinea dñi Sabaoth. Surgite poſtq̃ ſederitis in domibus in palatijs veſtris depictis. in delitijs. in talamis. in regio ac põpatico apparatu. in lectis eburneis. in coopertorijs ſiluestribus. in veſtimentis ſericis ⁊ delicatis. in q̄bus ſtatis quieſcẽtes gaudẽtes ⁊ torpẽtes quiete nimia. Qui mãducatis panem doloris. ideſt bona eccleſie vane ⁊ inutiliter exponẽdo que xp̄i ſanguine ſunt acq̄ſita. Et propterea paciẽtiſſimus ac ſapiẽtiſſimus Job. in exemplũ ꝑponitur. qui in. iij. c. ait. Anteq̃ comedã ſuſpiro ⁊ quaſi inundãtes aque ſic rugitus meus. q: timor quẽ timebã euenit mihi ⁊ quod verebar accidit. Non ſic faciũt p̄ſumptuoſi ⁊ elati paſtores ⁊ ſacerdotes qui comeſationes ebrietates ⁊ delitias ſeculi inſecunt̃. ⁊ qui in vinea dñi ſunt torpẽtes otio ⁊ parũ laborãtes in ſeruitio xp̄i. ¶ Cõtra ſimiles duriter clamãt ſancti ꝓphete. Unde Yſa. lvj. c. Ipſi paſtores ignorauerũt intelligẽtiam: oẽs in viam ſuã declinauerũt. vnuſquiſq̃ ad auaritiã ſuã a ſũmo vſq̃ ad nouiſſimũ. Et Iere. ij. c. Sacerdotes nõ dixerũt vbi ẽ dñs ⁊ tenẽtes legem neſcierũt me ⁊ paſtores p̄uaricati ſunt in me. Et ꝓphete ꝓphetauerunt in Baal ⁊ ydola ſecuti ſunt. Et. x. c. Stulte egerunt paſtores ⁊ dñm non queſierũt. ꝓpterea nõ intellexerunt. ⁊ oĩs grex eoꝝ diſperſus eſt. Iteꝝ Iere. xxiij. cᵒ. Ue paſtoribus q̄ diſpergũt ⁊ dilacerãt gregẽ paſcue mee dicit dominus. Ideo hec dicit dominus deus iſrael ad paſtores q̄ paſcunt populum meũ. Uos diſperſiſtis gregem meũ ⁊ eieciſtis eos ⁊ nõ viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſuper vos mala ſtudioꝝ veſtroꝝ ait dominus. Et ego ↄgregabo reliquias gregis mei de oĩbus terris ad quas eiecero eos illuc. ⁊ ↄuertã eos ad rura ſua ⁊ creſcẽt ⁊ multiplicabũt̃. hec ibi. ¶ Ezechiel pariter. xxxiiij. c. ait. Ue paſtoribus iſrael qui paſcebãt ſemetipſos. Nõne greges a paſtoribus paſcunt̃. Lac comedebatis. ⁊ lanis operiebamini. ⁊ q̄d craſſum erat occidebatis gregẽ autem meũ nõ paſcebatis. Q̄d infirmũ fuit non ↄſolidaſtis ⁊ q̄d egrotuꝫ nõ ſanaſtis. Et diſperſe ſunt oues mee eo q̄ nõ ẽ paſtor. ⁊ facte ſunt in deuorationẽ oium beſtiarum agri ⁊ diſperſe ſunt. Propterea paſtores audite verbũ domini. Uiuo ego dicit dominus. q: facti ſunt greges mei in rapinã ⁊ oues mee in deuorationẽ omniuꝫ beſtiaꝝ agri eo q̄ nõ eſſet paſtor. Propterea paſtores audite verbũ domini. Ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum ⁊ ceſſare faciam vt vltra non paſcant gregem meum. ⁊ nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregem meum de ore eorum ⁊ nõ erit vltra eis in eſcam. hec ibi. ¶ Super quo textu Jeronimus in explanatione ſuper Ezechielem. liᵒ. xj. c. xxxiiij. dicit ſic. Ad paſtores auteꝫ iſrael ſermo dirigitur. quos vel reges vel principes ſcribas ⁊ phariſeos ac magiſtros iudaici populi debemus accipere. Uel certe in euangelico populo ep̄os preſbiteros ⁊ diaconos. Primũ dicit̃ Ue paſtoribus iſrael qui cũ gregẽ domini paſcere debeant ⁊ ſaluti illius prouidere pro ſua feſtinãt luxuria. Unde magnopere cauendum eſt ⁊ obſuãda illa p̄cepta. Ne q̄ras iudex fieri. ne forte nõ poſſis auferre iniq̄tates. Et iteꝝ. q̃to maior es tãtomagis te humilia ⁊ in ↄſpectu dñi inuenies grã̄m. Et rurſum. Duceꝫ te ↄſtituerunt ne eleueris. ſed eſto inter eos quaſi vnꝰ ex illis. Unde ⁊ apoſtolus quaſi

Sacerdotes ⁊ clerici comedũt panẽ doloris.

Nota omnia.

Yſaias.

Jeremias.

Jeremias.

Ezechiel.

Jeronimus.

parnulum atqꝫ lactentē inter diſcipulos eſſe ſe dicit. Quodqꝫ ſequit̄ lac comedebatis
ꝛ lanis operiebamini. ꝑ Methaphorā paſtorū ad principes loquit̄. de qͥbus ꝛ ī alio lo
co ſcriptum eſt. Qui deuorant plebē meā ſicut eſcam panis. In lacte oēs eſcas intelli-
ge. In lanis multiplicē veſtiū varietatem. Et infra. ita ſubiungit. Proprie ad ſuppli
tium epoꝝ pertinet coꝝ videlicet qui opibus dedecorant nominis dignitatē. ꝛ ꝓ hu-
militate aſſumūt ſupbiam ꝛ honorē ſe putant ↄſecutos non onus. Et quoſcūqꝫ in eccle
ſia viderint ꝑpotentes ꝛ dei habere ſermonē opprimere nitunt̄. Et diſperſus eſt po-
pulus dei vel vitijs vel errore hereticoꝝ eo ꝙ nō eſſet paſtor bonus q poneret animā
ſuam ꝓ ouibus ſuis ſed oēs mercenarij. qui lucra tantū de gregibus ↄſiderant. ꝛ cum
lupū viderint fugiunt. Quoꝝ negligētia grex dñi deuoratur a beſtijs agri de quibus
ſcriptū eſt. Poſuiſti tenebras ꝛ facta ē nox in ipſa ptranſibūt oēs beſtie agri. catuli leo
num rugiētes vt rapiant ꝛ querāt a deo eſcā ſibi. hec Jero. Taceo Oſee: Amos: Na-
um: Joel: Zacha. ceteroſqꝫ ꝓphetas. qui arrogantiā. ꝑſumptionē. negligentiā ꝛ igno
rantiā ꝑlatoꝝ ac ſacerdotū acerrime obiurgant. ¶ Et idcirco doctor gentiū Paulus
in ep̄la ad Titum. j. c. pulcre breuiter ac dilucide oſtendit cuius ↄditionis virtutis ac
meriti eſſe debeat ꝑſonaliter ſiue ep̄us ordinādus. ſic dicēs. Oportet enī ep̄m ſine crimi-
ne eē. ſicut dei diſpenſatorē. nō ſupbum. nō iracundū. nō vinolentū. nō ꝑcuſſorem. non
turpis lucri cupidū. ſed hoſpitalē. benignū. ſobrium. iuſtū. ſanctū. ↄtinentē. amplecten
tē eū qui ſecundū doctrinā eſt fidelē ſermonē vt potēs ſit exhortari in doctrina ſana. ꝛ
eos qui ↄtradicūt arguere. hec Pau. Sup quo textu ꝑter ea q̄ hic ſupra dicta ſunt. vi-
de longā ac nobiliſſimā explanationē diui Jero. in cōmē. aureo ad Paulā ꝛ Euſto-
chium ſup eadē ep̄la. vbi plura notabilia memoratu digniſſima ſtilo elegātiſſimo de-
ſcribit. que breuitatis cā relinquo. Hec de nona ꝑſecutōe eccleſie dicta ſufficiāt.

Jeronimus.

Jeronimus.

Paulus breuit̄ ꝑſtringit cui⁹ virtutis debeat eſſe epiſcopus.

De decima Perſecutōe eccleſie dei. q̄ exercet̄ ꝑ eos q indigne ad doctoratū vel magiſterium aſſumunt̄.

Decima perſecutio Qua continue eccleſia dei
nō ſolū anguſtiat̄ ſꝫ grauē
patit̄ iacturā. fit ꝑ illos q ſibi indebite ꝛ fraudulēter inſignia docto
rat⁹ iuris ciuilis: Sacroꝝ canonū: medicine: magiſterij theologie.
vel alterius facultatis vſurpāt. De qͥbus Jero. ad Demetriaꝫ ait.
Multi iuxta vetus eulogiū cū loqui neſciāt tacere nō poſſunt. Do
centqꝫ ſcripturas. quas nō intelligunt. ꝛ cuꝫ alijs ꝑſuaſerint eruditoꝝ ſibi aſſumūt ſu-
perciliū. Prius imperitoꝝ magiſtri q̄ꝫ doctoꝝ diſcipuli. hec Jero. Iſti ſunt qui per
aurā humani fauoris volitāt ꝛ quaſi vētoſa loquacitate atqꝫ elatione turgētes immemo
res ſui fiunt ꝛ a ratione deuoluūt. Ideo enim doctoratū vel magiſteriū appetunt non
vt viuatius in edificio ſpūali eccleſie dei operent̄. nec vt ſalus gētium. vel animarū vti
litas aut diuini cultus reuerentia. vel honor dei augeatur ſed tantūmodo ad ſui oſten-
tationem. ſuas acuunt cupiditates. Quos ſi diligētius inſpexeris videbis eos vt plu-
rimum nō intrare per oſtium. nec ad graduꝫ magiſterij vel doctoratus cum vera obe
dientia perueniūt. niſi forte extorta ꝛ procurata. Et verius dixerim cum empta licen-
tia. vel precibus ſiue munuſculis ſiue fauoribus prelatorum aut principum. ſicqꝫ per
falſa media inſignia doctrine ſubripiunt. Hos vocat Jeronimus bipedes aſellos in
quorum auribus: magis buccina q̄ꝫ citara concrepandum eſt.

Jeroni. ↄ̄ ignorātes magiſtros ꝛ doctores.

¶ Hanc igit̄ ꝑſecutionē eccleſie tam ſupboꝝ q̄ꝫ imperitoꝝ magiſtroꝝ ꝛ doctorum Je
remias ꝓpheta raptus in ſpiritu vidit. Vñ exclamās ait. Trenoꝝ. iiij. c. Errauerunt

ceci in plateis.polluti ſunt ſanguine.Cūq; non poſſent tenuerunt lacinias ſuas. Rece
dite polluti clamauerūt eis. Recedite: abite:nolite tangere.hec ibi.Sup quo textu Je

Jeronimus.

ronimus in.iij.li°.Super lamētationes Jeremie.ita inqt.Per inertiā ergo doctorū
tenebris ignorātie.et cecitate:errauerunt in plateis turme plebiū.qi duz ſe ad illece-
bras tradunt voluptatū rectū callem nō tenent diuinoꝝ pceptoꝝ.Et bene dicit̄ pollu
ti ſunt ſanguine.quia ſanguinolētoꝝ operū cōtaminati ſunt cōmixtione.Cūq; nō poſ-
ſent inquit.ſubaudit̄ recto tramite incedere.tenuerūt lacinias ſuas.hoc eſt alioꝝ duca
tum expetebant.vt eoꝝ actum exemplis quaſi qbuſdam lacinijs tracti greſſum imitē-
tur pcedentiuz.Sed q: frequenter illi qui peunt ꝛ ſequētes ſe verbo doctrine ꝛ bonis
exemplis docere debuerāt.ipſos ſequtores ſuos p faſtum ſupbie ſpernētes in deſpe-
rationē mittūt.hec Jero. ¶ Sequit̄ in textu. Recedite polluti clamauerūt eis.recedi

Jero.ꝯtra arro gātes ac ſupbos magiſtros.

te abite nolite tangere.Sup quo Jero.dicit ſic.Talis eſt vox ſuperboꝝ magiſtroꝝ q
pecus qd craſſuz eſt de grege aſſumūt.ꝛ qd debile proiciūt.qd infirmū non ꝯſolidāt
ꝛ qd egrotum nō ſanant. Recedite inquiūt polluti recedite:abite nolite nos tangere.
Nolite in aliquo nobis cōmunicare.inſanabilia ſunt vulnera veſtra ꝛ incurabiles pla
ge.nō eſtis digni cōmunione xpiana.vt vltra in vobis inhabitet ſpūs ſanct°.Talis eni
loquella nō illuminat cecū.nō ſanat egrotum.nō curat infirmū.ſed magis occidit atq;
in deſperationē periclitantē mittit.Boni ꝛ enim rectores ex ſua infirmitate alioꝝ in-

Correctio manſueta forti° opat̄

firmitates pēſantes magis p humilitatis ꝛ māſuetudinis lenimētum ſtudent peccātes
ab erroris laqueo eruere.q̄ per auſteritatē in foueam pditionis nutantes ppellere.
Vñ ꝛ doctor gentiuz qualiter ſubditis ſuis pſuerit oſtendit dicēs.Factus ſum infir-
mis infirmus vt infirmos lucrifacerē.Omnia oībus factus ſum vt oēs facerē ſaluos.
Quis infirmat̄ ꝛ ego non infirmor:Quis ſcandalizat̄ ꝛ ego non vror:Debet rector eē

Rectores ſint hūiles.ꝛ erecti ꝛ quomodo.

bene agētibus per humilitatē ſotius.ꝯtra delinquētium vitia per zelū iuſticie erectus
vt ꝛ bonis in nullo ſe pferat.ꝛ cum prauoꝝ culpa exigit ꝛ poteſtatez protinus ſui prio-
ratus agnoſcat:Quatenus ꝛ honore ſuppreſſo equalē ſe ſubditis bene viuētibus de-
putet.ꝛ erga puerſos iura rectitudinis nō exercere formidet.hec oīa Jero.

Iſta pſecutō flagellat omne corpus eccleſie.

O q̄z grauis Et q̄ difficilis eſt iſta perſecutio in eccleſia dei q̄uis plu-
ribus prima facie nō videatur.Nam ſurda aure omne cor
pus xpiane religionis flagellat.ꝛ tanto grauius ferijt quāto copioſior ē multitudo pec
cantium.que iaz iam tam grandis eſt vt peccādi licentiam ſubminiſtrare videat̄.Naz
quocūq; reſpexeris fulmina ſunt.Cum enim maximū obſtaculum veritatis ſit ambi-
tio ꝛ ſuperbia teſte Gregorio ipſa quoq; ignorātia mater ſit ſordium.fallitatum atq;
peccatoruz omnium:Cogita:ſi potes:ſi ſufficis.q̄ indigne magiſterij gradus ſuſcipi-

Magiſtri ꝛ doctores puerſi dāna grauiſſima īferunt.

tur.quādo quidem ad illud ex ſola elatione peruenit̄.Et quia fides.honor.opinio.ra-
tione gradus magiſtris ceteriſq; doctoribus exhibetur.profecto ſi pepoſtere res aga
tur.non ſoluz animarum pericula ſed ꝛ nocumenta ꝛ damna grauiſſima in tota eccle-
ſia ſecuntur.Quis precor explicare valeat.quot mēdacia.quot fraudes.quot ſalſe al-
legationes.quot ſophiſtice probationes.quot ſuperflue dilationes:detractoria ver-
ba:ꝛ periuria a peruerſis doctoribus:aduocatis:pcuratoribus ꝛ magiſtris cōmittun
tur.Nam quādoq; ex ignorantia.quādoq; vero ex ſuperbia vel malitia iniquas pro-
ferunt ſententias ꝛ cauſas defendunt iniuſtas.necnō multis varijſq; modis in diſcuſ-
ſione conſiliorum ꝛ caſuum precipitant. ¶ Et ideo nihil impudentius talium ar-
rogantia.qui verboſitatem eloquentiam.ꝛ garrulitatem auctoritatem putant. Sunt-
q; ad lites ſemper parati atq; in ſubiectos ꝛ populares timide intonant.quorum ſi-
lentium venale eſt.et lingua ad nocendum peſtifera.niſi fancis argenteis fuerit
circumligata. ¶ Scias ergo pro vera concluſione.quod ſi aduocati procuratores et

ceteri iudices miniſtri iuſticie. defendunt cauſas iniuſtas non ſoluꝫ grauiſſime peccāt ſed tenētur ad ſatiſfactionem de omnibus damnis parti leſe. Unde Sanctus Thomas in 2a 2e. q. lxxj. ar. iij. vbi mouet dubium. Utruꝫ aduocatus peccet ſi iniuſtā cauſam defendat. Ita inquit. Illicitū eſt alicui cooperari ad malum faciendum. ſiue conſulendo ſiue adiuuando. ſiue qualitercumqꝫ cōſentiendo quia conſiliās ⁊ coadiuuās quodāmodo eſt faciens. Et apoſtolus dicit. ad Roma. j. c. ꝙ digni ſunt morte non ſolum qui faciūt peccatum ſed etiaꝫ qui conſentiunt facientibus. Manifeſtum eſt autē ꝙ aduocatus ⁊ auxiliuꝫ ⁊ cōſilium preſtat ei cuius cauſe patrocinat. Unde ſi ſcienter iniuſtā cauſam defendit abſqꝫ dubio grauiter peccat ⁊ ad reſtitutionem tenet eius damni quod contra iuſticiaꝫ per eius auxilium altera pars incurrit. Si autē ignoranter iniuſtaꝫ cauſam defendit putās eſſe iuſtam excuſatur ſecūdum modum quo ignorantia excuſari pōt. ¶ Iteruꝫ Thomas ibidem in reſpōſione ad ſecūdum argumentū dicit ſic. Si aduocatus in principio credit cauſaꝫ iuſtā eſſe ⁊ poſtea in ꝓceſſu appareat eam eſſe iniuſtā. non debet eaꝫ ꝓdere. vt. ſ. aliam ꝑtem iuuet vel ſecreta ſue cauſe alteri parti reuelet. poteſt tamen ⁊ debet cauſam deſerere vel cum cuius cauſam agit ad cedendum inducere. ſiue ad componēdum ſine aduerſarij damno. hec Thomas.

Sanctus Tho.

Aplus Paul'.

Sanctus Tho.

¶ Sed quid dicemus ſi aduocatus vel procurator per cauillationem ſuaꝫ abſtulit aduerſario iuſtam cauſaꝫ. vel ſi ipſum grauauit in petendo dilationem ſuperfluam vel allegando falſum contra cōſcientiam vel faciendo poſitioneꝫ cauilloſam. vel inſtruendo falſum teſteꝫ vel clientulum. de negando veritatem cautum reddendo? In his oībus tenetur ad intereſſe vt dicit Raymūdus. ¶ Scias etiam ꝙ ſi aduocatus propter ignorātiam ſuam amittit iuſtā cauſam. cum tamē ſe iactaret ſciētem. ⁊ ſufficiētem vltra peccatuꝫ tenetur ad ſatiſfactionē parti leſe. Et quia tales ſic delinquentes raro aut nūquā reſtituunt: Ideo non mirū ſi multi aduocati iuriſte: canoniſte: procuratores ⁊ qui ſimilia agunt eternis ignibus deputant. ¶ Hinc Alanus de inſulis natione theutonicus vir tam in diuinis ſcripturis ꝙ̄ ſecularibus litteris eruditiſſimus. in libro de complanctu nature loquēs contra Rabidā iudicum ⁊ aduocatoruꝫ auariciam. Ita inquit. Si in aurem iudicis vel aduocati ſuſurret pecunia: Orphei lira: Carmē Amphionis. muſa Uirgilij. voce pecunie ſuffocant. Quid plura? Ubi nūmus loquitur. tulliani eloquij tuba raueſcit. Ubi nūmus militat Hectoree militie fulgura ꝯpeſcuntur. Ubi pugnat pecunia virtus expugnat herculea. Nūmus vincit. nūmus regnat. nūmus imperat vniuerſis. hec Alanus. ¶ Etiaꝫ deuotiſſimus doctor Bernardus pax ante medium primi libri de cōſideratione ad Eugenium. ſic ait. Miror nāqꝫ quomodo religioſe aures tue audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorū ⁊ pugnas verboruꝫ que magis ad ſubuerſionē ꝙ̄ ad inuentionē ꝓficiunt veritatis. Corrige prauuꝫ morem ⁊ p̄cide linguas vaniloquas ⁊ labia doloſa claude. Hi ſunt qui docuerūt linguas ſuas loqui mēdacium: diſerti aduerſus iuſticiaꝫ: eruditi pro falſitate: Sapientes ſunt vt faciāt malum. eloquētes vt impugnēt verum. Hi ſunt qui inſtruunt a quibus fuerāt inſtruendi: Aſtruunt nō comperta ſed ſua. Struunt de proprio calūnias innocentie: Deſtruūt ſimplicitatem veritatis: Obſtruūt iudicij vias. Nihil itaqꝫ abſqꝫ labore manifeſtam facit veritateꝫ vt breuis ⁊ pura narratio. Ergo illas quas ad te neceſſe erit intrare cauſas breuiter decidere aſſueſcas: Fruſtratoriaſqꝫ ⁊ venatorias p̄cidere dilationes. Fac qđ legis. quia ꝓpter te ſcriptum eſt. Cauſa vidue intret ad te: Cauſa pauperis ⁊ eius qui nō habet quod det. hec Bernardus. Uerbuloſuꝫ ergo aduocatum ⁊ ſtudentē eloquentie. cum ſapiētie ſit inanis. nō aliud ꝙ̄ iuſticie hoſtem reputes vt idem ait. Sunt alij qui clamoſas aduocatorū allegationes dicunt eſſe velut ranarum clamores.

Queſtio.

Si iudices ex ignorantia ꝑdūt cāſ tenent ꝑti leſe

Alan⁹ ꝯ iudicū ⁊ aduocatoꝝ auariciam.



Bernardus.

Nota.

Sed redeamus Ad doctores noſtros quoꝝ ignorantia. elatione. ac ſuperbia religiones in eccleſia dei peridītant. Et qui vt ait Jeronimus pleno ventre de ieiunijs diſputant. quos ſi ſecūda hora legentes inuenerit oſcitant: manu faciē defricantes vt idem ad Marcellam ſcribit. Deinde continēt ſtomachū. ⁊ quaſi poſt multū laborē mūdialibus rurſum negotijs occupātur. Pretermitto frequētiam ſalutādi. qua aut ipſi quottidie ad alios pgunt aut alij ad ipſos. Sicq paulatim labunt ad verba. ſermo teritur. lacerant abſentes. vita aliena deſcribitur ⁊ mordētes inuicē conſumuntur ab inuicem. O arūdines vento agitate. O fontes ſine aqua. O nebule turgētes. O canes muti nō valentes latrare ꝯtra vitia ⁊ peccata criminalia. quibus tota xpiana religio cōtaminatur. Jam dudum per Yſayā de his ſcriptum eſt. Speculatores eius ceci omnes. neſcierunt vniuerſi. canes muti nō valentes latrare. videntes vana. dormiētes ⁊ amantes ſomnia. ⁊ canes impudētiſſimi neſcierunt ſaturitatem. Yſa. lvj. c°. Super quo textū. Jeronimus in explanatione ſuper Yſayā ad Euſtochium virginem. li°. xv. ita inquit. Magiſtri ſpeculatores vocātur. Jſti autem de quibus ꝓpheta nunc loquitur nō ſolum ſpeculatores ceci. ſed ⁊ canes muti appellant non valentes latrare. Qui enim gregem domini cuſtodire debebāt. vt lupus abiret ⁊ latrare ꝓ domino. diligunt ſomnia ⁊ demonicis viſionibus delectant. Et eſt ſenſus. Non poſſunt loqui veritatē. ſed vniuerſa mēdatia. nec hec ſine ꝯtenti ſunt qui in cuſtodia gregis domini dormiebāt. ⁊ latrare nō poterant. ⁊ amabant cubile p quod voluptas corporis indicat. Sed apud ſuos impudētis anime neſcierūt ſaturitatem. qui nunq̄ ſuo ſaturant errore. ¶ Et paruū infra. ita ſubiungit. Canes impudētiſſimi qui nunq̄ ſaturant. Vomunt eni q̄d comederunt vt reuertant ad vomitum ſuū. De quibus ⁊ Petrus apoſtolus loquit. Accidit illis verū illud ꝓuerbium. canis reuertēs ad vomitum propriū. ⁊ ſus lota in volutabro luti. Quos ſpeculatores ⁊ canes eoſdē eſſe paſtores ſequēs ſermo demonſtrat. Jpſi paſtores ignorauerunt intelligētiam. hec Jeronimus. ¶ Et q̄uis pudeat narrare ſingula. quia tamē crebro fit. Atq omne corpus eccleſie xpi ydiotis: rudibus: ac ſciolis inficitur. qui ante volunt eſſe dn̄i q̄ ſerui. prius milites q̄ tirones. ⁊ magiſtri q̄ diſcipuli: Jdeo ꝓ correctione vite melioris. vt verbis Jeronimi vtar: Diſpoſui naſum ſeccare ſetentem timeat qui ſtrumoſus eſt. Video quottidie ꝓbato experimento q̄ plures religioſos q in ſeculo fuere viliſſime cōditionis homines. a miſerabilibus parētib⁹ pauperime nutriti. nati in paupere domo atq in tugurio vili: Lacera veſte vix tecti: Et qui milio ac pane ordeaceo: Rugiētem ſaciare ventrē non poterant. habentes panem artū ⁊ aquā breuem: Hi poſtq̄ religionē intrauerint. vinum. ſiceram. mulſum. ſimilam. pinguia. delicata cibaria. ⁊ mille huiuſmodi ſalſamentoꝝ ſpecies faſtidiunt. Atq omnis eorū cura ad inueſtigandum diuerſas ciboꝝ complexiones occupant. Legumina inquiūt ventoſa ſunt: Caſeus ſtomachū grauat ⁊ groſſos humores generat: Lac capiti nocet. potum aque nō ſuſtinet pectus. caules nutriunt melācoliam. coleram porri accendūt. piſces de ſtagno: Aut de lutuoſa aqua ſue penitus complexioni non congruit. Ut autem breuiter reſpondeā: Cogita te eſſe monachum non mediciū: Nec de ciboꝝ complexione tibi iudicādum ſed de votorum ꝓfeſſione ac religione. Neſcit quippe ruſticitas tenere modum ſed ad mores ſuos ſemper recurrit damnatos fixa ⁊ mutari neſcia. ¶ Jtaq obſerua cautius: Attendite diligentius: ⁊ videbis vt plurimum in monaſterijs doctores noſtros. qui omnē theologiam ac cunctas phiſicas diſciplinas didicerunt ſine magiſtro: Et quos mundus tenuit ante mēdicos ⁊ deſpectos. poſſidere opes ſub xp̄o paupere vt ait Jeronimus. ⁊ tam morib⁹ q̄ cōuerſatione fore ingratos. Nā cunctos obiurgant: rebellant: murmurant: necnō doctiores ſe irridere: perſequi

Jeronim⁹ cōtra delicatos magiſtros ⁊ doctores

Yſayas ꝯ ignorātes magiſtros.

Jero. ꝯtra p̄latos doctores iudices mēdaces.

Jeronimus.

Nota omnia.

Cōtra ingratos clericos ⁊ r̄ligioſos.

Ruſtici in ſeculo ſunt delicatiores ceteris in religione.

Jeronimus.

ac conuitiari nõ erubeſcunt. Sunt preterea in locacitate mordaces: clamoſi in loquē do: faſtidioſi in audiendo: imperioſi ſubiectis: ingrati beneficijs: inflati obſequijs: ſic pariter in omnibus motibus ſuis ⁊ ornamẽtis extrinſecis occupati: geſtuoſi: ⁊ artificioſi. ⁊ ſemper ceteris preceſſe nituntur. Et vt breuibus me expediam dico pro meo ſapere: Utilius fore: bombardas ad loca religionum introducere q̃ ruſticanos natura: ydiotas: ⁊ ſuperbos ad gradum magiſterij extollere. ¶ Heu quot errores his temporibus ſparguntur in populis ab imperitis doctoribus. quot falſe ſentẽtie. quot laquei animaruꝫ. quot periculoſa ⁊ erronea verba in doctrina fidei ſeminãtur per omne corpus eccleſie. Nam qui lucem videt ſcit quid de tenebris eſtimet: qui vero candorem lucis ignorat etiam obſcura pro lucidis approbat. vt ait Gregorius. Et quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hereſis teſte Jeronimo. ꝓfecto hereticus dicẽdus eſt non ſoluꝫ ille qui male ſentit ⁊ docet de articulis fidei ⁊ ſacramentis eccleſie. ſed ẽt qui falſam ⁊ extortam expoſitionem in ſcripturis diuinis ponit vel docet vel predicat. Hinc Jeronimus in explanatione aurea ſuper epiſtola ad Galatas quam ſcribit ad Paulam ⁊ Euſtochium vbi pertractat illud Pauli. v. c. Manifeſta ſunt opera carnis. Ita inquit. Quicũqꝫ igitur aliter ſcripturam ſacram intelligit q̃ ſenſus ſpiritꝰ ſancti efflagitat quo conſcripta eſt. licet ab eccleſia non receſſerit tamẽ hereticus appellari poteſt. hec Jeronimus. Et idcirco pro concluſione dicimus ꝙ qui promouẽt imperitos ad gradum doctoratus vel magiſterij. procul dubio laqueum peccati mortalis nõ euadunt. ⁊ tam ꝓmotores q̃ promoti grauiſſime offendunt. quia preſtant multis occaſioneꝫ eterne damnationis, ꝓpter periculum illaqueãdi animas rõne gradus cui fides ⁊ opinio tam ſapiẽtie q̃ ſciẽtie adhibetur.

Errores multi ſparguntͬ in eccleſia.

Multi doctores ſunt heretici ⁊ quomodo.

Jeronimus.

Sed queſtio Animum pulſat. Dicat aliquis. Nunquid chriſtus: magiſteriuꝫ theologie contulit apoſtolis ſuis. quãdo eos diſperſit per orbeꝫ. dicens: Euntes ꝑ mundum vniuerſum predicate euangelium omni creature. Et pariter illos ad principatum eccleſie ſublimauit. cum tamẽ eſſent ruſticani: ydiote: pauperes ⁊ indocti piſcatores? Unde Auguſtinus ſcribẽs ad Voluſianum, ita inquit. Jeſus xp̃us Petruꝫ ⁊ Andreã fratrem eius ⁊ alios per quos operatus eſt ſalutem in medio terre. nõ de foro Juſtiniani. ſed de ſimplicitate piſcatorũ legitur aſſumpſiſſe. Inflat enim ſapiẽtia huius mũdi ⁊ legum ventoſa loquacitas. elegit enim nõ reges. non ſenatores. nõ philoſophos. ſed plebeios. paupes ⁊ indoctos piſcatores. ineruditos liberalibꝰ diſciplinis. Non peritos gramatica. nõ armatos dialetica. nõ inflatos rethorica. ſed piſcatores cum retibꝰ fidei pauciſſimos miſit. Ac itaqꝫ tam multos piſces ex omni genere. tã mirabiliores. q̃ rariores. etiaꝫ ipſos philoſophos cepit. hec Auguſtinus. Quã ſententiam pulcrius replicat in. xxij. libro de ciuitate dei. c. v. vbi q̃ plura notabilia annectit. Cum ergo ois xp̃i actio noſtra ſit inſtructio teſte Gregorio. profecto ſi chriſtꝰ ydiotas apoſtolos ad gradum magiſterij ſublimauit. vtiqꝫ ⁊ nos ſuo exemplo ignorantes ⁊ rudes ad doctoratuꝫ vel magiſterium poſſumus promouere. ¶ Pro reſpõſione huius queſtionis: Scire debes ſecũdum Auguſtinuꝫ ſuper Joãnem. j. c. Ubi pertractat illud. Vidit ieſus Nathanaelẽ. ꝙ volens xp̃s ſupborꝫ frãgere ceruices ydiotas elegit vt etiã ꝯfunderet. mũdũ. Non. n. queſiuit xp̃us per oratorem piſcatorẽ. ſed de piſcatore lucratus eſt imperatorẽ. Magnus Ciprianus orator. ſed prius Petrus piſcator. ꝑ quem poſtea crederet. nõ tantuꝫ orator ſed etiam imperator. hec Auguſtinus. ¶ Quãuis ergo apoſtoli in principio aſſumptionis ſue ad apoſtolatum. fuerint rudes. imo rigerati. non ciuiles ſed ruſtici ac litterarum ignari: Nihilominus anteq̃ mitterẽtur a xp̃o per orbẽ vniuerſum ad predicãdum veritatem catholice fidei. per gratiã ſpũs ſancti fuerũt pleniſſime eruditi. Sic pariter expedit oio

Queſtio pulcra.

Auguſtinus.



Auguſtinus.

Reſpõſio ad q̃ónem.

Auguſtinus.

Nota ola diligẽter.

vt etiaꝫ illi qui gradum magiſterij vel doctoratus ambiunt cuius vis facultatis.qua-
Jeronimus.
tenus diſcāt prius q̄d docere poſſint ⁊ rōnabilem hoſtiam offerre xp̄o.ne vt Jeroni-
mi vtar verbis milites anteq̄ꝫ tirones:ne prius magiſtri fiant q̄ꝫ diſcipuli.Et ꝓpte-
Sanctus Tho.
rea Sanctus Thomas in ſa ſe.q.lxxvj.ar°.j.dicit.ꝙ primi diſcipuli xp̄i ad hoc fuerūt
ab ipſo electi vt ꝑ vniuerſum orbē diſcurrētes fidem eius vbiq̄ꝫ p̄dicarent.iuxta illud.
Math.vltimo.c.Euntes docete oēs gentes.Non autē erat conueniens vt qui mitte
bantur ad alios inſtruēdos indigerent ab alijs inſtrui qualiter aut quomodo loquerē
tur.Et ideo neceſſariuꝫ fuit vt hoc eis diuinitus ꝓuideretur per donum linguarum.
Sanctus Tho.
¶ Iteruꝫ in reſpōſione ad primum argumētum dicit ſic.Paulus ⁊ alij apoſtoli fue-
runt inſtructi diuinitus in linguis omniū gentium quantū requirebat̃ ad fidei doctri
nam.Sed quātum ad quedā que ſuperaddunt̃ humana arte ad ornamētum ⁊ elegā-
tiam locutionis:apoſtolus Paulus inſtructus erat in ꝓpria lingua non aūt in aliena.
Sicut etiaꝫ in ſapientia ⁊ in ſciētia fuerūt ſufficiēter inſtructi:quātum requirebat do-
ctrina fidei.nō aūt quātum ad omnia.que ꝑ ſciētiam acquiſitā cognoſcunt̃.puta de cō
cluſionibus ariſmetrice vel geometrie.hec Tho.Qua ſentētia aperte datur intelligi.
exēplo apl'oꝝ xp̄i ꝙ non cōuenit aſſumere magiſteriū anteq̄ꝫ diſcipulatū.Accingimini
ergo.accingimini q̄ſo vos qui theologie magiſteriū anelatis q: vt ait Jero.ad Pau
Jero.hortat̃ doctorādos ad laborandū.
linum.Nihil ſine magno labore:vita dedit mortalibus.Ideo p̄parate prius vobis di
uitias quas quottidie errogare poteritis ⁊ que nunq̄ꝫ deficiūt.dum viget etas.dum
adhuc canis ſpargitur caput.anteq̄ꝫ ſubeant morbi.triſtiſq̄ꝫ ſenectus.⁊ labor:⁊ dire ra
piat in clemētia mortis.Hinc Jero.ad Pāmachium ⁊ Marcellā in prio libro cōtra
Jero.ꝯtra illos q̄ nolūt diſcere q̄d ignorāt.
Ruffinum.q̄ liber incipit.Ex veſtris ⁊ multorū litteris didici.ſic ait.Quidā inerudi-
ti prudēter remanent duꝫ nolunt diſcere q̄d ignorant.Expedit ergo tedia multa:ſu-
dores:vigilias ⁊ labores q̄ꝫplurimos tolleraṙe.quicūq̄ꝫ optat dulces ac delectabiles
ſapiētie fructus ꝑcipere.Quia ꝓfecto dulcia nō meruit qui nō guſtauit amara.⁊ qui
Jeronimus.
nō ſtuduit ſunt illi gaudia rara.¶ Unde Jero.ad Uirgineꝫ exulem.ep̄la incipit.Si
deus ac dn̄s noſter Jeſus xp̄us.Ita inquit.Qui litteraꝝ ſciētiam habere deſiderat ſi
diſcendi nō ſuſceperit tedia:perire gaudia adipiſci nō poterit.nec cuiuſq̄ꝫ eruditiōis
quiſq̄ꝫ habere ſufficiet gloriaꝫ niſi eſtus fuerit ante ꝑpeſſus.Agricola quoq̄ꝫ de vberta
te frugum letari nō poterit niſi prius terrā multo labore cōſecerit.⁊ tāto magis ꝓſpe-
ritatis ſpem cōgerit.quāto ſe amplius deſudaſſe cognouerit.In creaturis pene omni
Nil virtutis acgrit̃ ſine labore.
bus ita eſſe cognoſcimꝰ illic maiorem fructū gigni.vbi onerose acerbitatis cā p̄ceſſerit.
Nam ⁊ eſtatis ⁊ autumni tēporis que tempora miniſtra ſunt frugū.ſterilitatē nimiaꝫ
nō nunq̄ꝫ hyemis lenitas intulit:Cuꝫ fecunditatē maximam frigoris ſepe p̄ſtiterit au-
ſteritas:Et quicq̄d clementia veris reſoluit:ſpeꝫ vbertatis amiſit.Arbores vero tāto
numeroſiore grauant̃ fructu.quāto acerbioris frigoris violentia reprimunt̃.Semina
quoq̄ꝫ ipſa terre iacta:atq̄ꝫ comiſſa.que glaciali frigore arcente tardius ſurgunt in fru
gē:vtili radice ꝓficiunt.ac tāto poſtmodū amplioribus fructibus p̄grauata curuant̃.
Nauigātibus quoq̄ꝫ ipſis.longe ſerenitatis ſpem pollicet̃ nimis valida ⁊ diuturna tē
peſtas.Sic ⁊ omniū fere creaturarū ſpem difficile exultatio aliqua.niſi merore p̄eunte
ſuccedit.hec Jero.¶ Et ꝓpterea ad Ruſticū Monachum.Ideꝫ Jero.deſcribit te-
Jeronimus.
dia difficultates ⁊ labores quos in acquiſitiōe ſciētie paſſus eſt.Epiſtola incipit.Ni
hil xp̄iano felicius.vbi ſic ait.Dum eſſeꝫ iuuenis ⁊ ſolitudinis me deſerta vallarēt.in-
Jero.multa tedia paſſus eſt.
centiua vitioꝝ.ac dorēq̄ꝫ nature ferre nō poteram.Quē cum crebris ieiunijs frangerē.
mens tamē cogitationibus eſtuabat ad quā edomandā.cuidā fratri qui ex hebreis cre
diderat.me in diſciplinā dedi.vt poſt Quintiliani accumina.ciceroniſq̄ꝫ fluuios:gra-
uitateq̄ꝫ frontonis.⁊ lenitatē Plinij:alphabetuꝫ diſcerem ſtridētia anhelantiaq̄ꝫ ver-

ba meditarer. Quid ibi laboris ſumpſerim. quid ſuſtinuerim difficultatis. quotiēs deſperauerim. quotiēſq; ceſſauerim. ⁊ cōtentione diſcēdi rurſus inceperim. teſtis eſt cōſcientia tam mea qui paſſus ſum. q̄ eorum qui mecū duxerunt vitam. Et gratias ago domino. q̄ de amaro ſemine litteraꝝ dulces fructus capio. hec Jero.

Grandis Profecto abuſio ē ⁊ luciferine ſupbie ſignū. velle prius p̄eſſe q̄ eſſe ⁊ velle cōſeq triūphos victorie ſine certamine. ſolāq; doctorat⁹ vel magiſterij querere apparentiā non exiſtentiā. Magni imperatores ⁊ reges. ſummiq; philoſophi atq; clariſſima chriſtiane religionis luminaria ſubmittere colla iugo diſcipline per annos plurimos nō erubeſcunt. ⁊ doctores noſtri ⁊ verius indoctiores prius inſignia militie geſtare p̄ſumunt q̄ didicerint arma tractare. O felicia antiquorum tēpora in quibus veri imperatores ⁊ principes mundū regentes. ſeipſos philoſophie dederūt. vt patuit de Alexādro. de Julio Ceſare. de Ptolomeo rege atq; alijs pluribus. Cuiuſlibet enim regni gloria creuit in imenſum q̄diu artium liberaliū ſtudio floruerunt. Victoria enim militie ⁊ gloria ⁊ philoſophia ſimul excreuerūt. Et merito q: philoſophia vera docet iuſte ⁊ recte regnare teſtāte ſacro eloqo. Per me reges regnant ⁊ legum cōditores iuſta decernūt. Vt ceteros taceam. Magnus Alexander teſte Juſtino in lib. xij. Adhuc puer acerrimis litteraꝝ ſtudijs eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquēnium ſub Ariſtotile doctore indito omniū philoſophoꝝ creuit. ¶ Nero Ceſar Senecā Cordubenſem patruū Lucani ſapientie amatorē ardentiſſimum. Conſtantinus Magnus: Silueſtrū nobiliſſimū Antiſtitē: Theodoſius imperator Ambroſiū Mediolanēſem epiſcopū tam latino q̄ greco eloquio diſertiſſimū p̄ceptores habuerunt. ¶ Magnus quoq; Karolus qui ob magnitudine reꝝ geſtarum magnus dictus eſt. ſub magiſtro Albino viro vtriq; erudītiſſimo atq; elegantiſſimo. liberaliū artium diſciplinas: Deinde ſacras litteras didicit. Hic etiam Karolus tres filios ſuos doctiſſimis viris in diſciplinam dedit. Et pariter filias ſuas lanificio aſſueſcere iuſſit ne otio torpeſcerent. ¶ Lactantius vero fluuius eloquentie tulliane Criſpum filium Conſtātini imperatoris latinis litteris erudiuit. vir omniū p̄culdubio ſuo tēpore eloquētiſſimus. vt inquit Jero. Et nihilomin⁹ doctores noſtri ſine magiſtro magiſterium ambiūt. Quid philoſophos cōmemoro? Ariſtotiles peripateticoꝝ princeps qui ſm Jeronimū in regula ad Euſtochiū fuit p̄digium grandeq; miraculū in tota natura cui pene videt̄ infuſum quidquid naturaliter eſt capax humanū gen⁹. Hic talis ac tātus viginti duobus annis ſub Platonis diſciplina deſudaſſe legitur. ¶ Etiā Plato oium philoſophoꝝ ſapiētiſſimus. qui ſolus ſm Beatū Thomā in ſa ſe. q. clij. ar. ij. in reſpōſione ad tertiū argumentū. Amore veritatis contēplāde ab omni delectatiōe venerea abſtinuit. Et q zelo ſapiētie acquirēde p diuerſaꝝ nationū ⁊ gētiū regionūq; partes infinitis erūnis innumeriſq; laborib⁹ peragrauit. qui tandē venit tarentū in Italiā audire Architā diſcipulū Pitagore. Hic preceptorē habuit Socratē. humane ſapientie terreſtre quoddā oraculū. ¶ Socrates vero Archelaū. Archelaus Anaxagorā in magiſtros ſibi elegerūt. ¶ Seneca Cordubenſis philoſophus vir vita cōtinētiſſimus ⁊ Stoycoꝝ gēma. Fotini Stoyci diſcipulus fuit. ¶ Pretermitto clariſſima eccleſie xp̄i luminaria que ſub diſciplina ſanctoꝝ patrū virtutib⁹ ſciētia ac moribus floruerūt. Vñ Dionīſius Ariopagita Atheniēſis p̄bus a Paulo ap̄lo ſacra eloquia didicit. ¶ Firmian⁹ Lactātius ſub Arnobio rethore p̄fecit. ¶ Joānes Criſoſtomus Euſebiū Emiſenū. ¶ Rabban⁹ Albinū Anglicū virū tā ſacris q̄ ſecularib⁹ litteris peritiſſimū. ¶ Albinus vero ſanctū Bedā p̄ſbyterū. ¶ Anſelmus Lāfranchū Archiep̄m vita ⁊ ſciētia clariſſimū magr̄os ac p̄ceptores habuerūt. ¶ Splendor eccleſie Thomas de Aquino Magni Alberti auditor ac diſcipulus plurib⁹ ānis fuit.

Magni imp̄atores fuerūt ſub diſciplina.

De Alexandro Julio Ptolomeo.

Alexander.

Nero.
Theodoſius.

Magnus Karolus.
Nota.

Jeronimus.
Ariſtotiles. xxij. annis fuit ſub diſciplina Platonis.

Plato ab oi delectatione venerea abſtinuit.
Socrates.

Seneca.

Dionīſius.
Lactantius.
Criſoſtomus.
Rabbanus.
Albinus.

Jeronimus plures magiſtros habuit.

Ut ceteros Taceam Diuus Jeronimus qui ſcripturas ſacras memoriter tenuit ⁊ qui totus ſapiētia ac eloquētia fuit pfuſus. q̄ꝫ plures habuit p̄ceptores. nec dedignat⁹ eſt ſub diſciplina tedia multa pati. Uñ in grāmatica donatū. in rethorica Uictorinum ſibi in magiſtros elegit. Jn theologia vero Gregoriū Nazāzenū Cōſtātinopolitane vrbis epiſcopum p̄ceptorē habuit. Unde in libro de viris illuſtribus. ita inq̄t. Gregorius Nazāzenus vir eloquētiſſimus preceptor meus a quo ſacras litteras explanare didici ad. xxx. milia verſuū omnia opa ſua cōpoſuit. hec ille. ¶ Jtē Jero. in. iij. lib. explanationū Yſaye ad Euſtochiū virginē. quaſi in principio. vj. c. eiuſdē. dicit ſic. Cū eſſem Cōſtātinopoli ⁊ apud virū eloquētiſſimū Gregoriū Nazāzenū tunc eiuſdē vrbis epm̄. ſanctaꝝ ſcripturaꝝ ſtudijs erudirer. Scio me breuē dictaſſe ſubitūq; tractatū vt experimentuꝫ caperē ingenioli mei. ⁊ amicis iubētibus obedirē. hec Jero. ¶ Erat quippe Beatiſſim⁹ Jero. ardore diſcēdi totus indeſeſſus ⁊ puigil ac elegāti induſtria p̄ditus. Et ideo nō ſolum dictos p̄ceptores ſed q̄ꝫ plures alios tā grecos q̄ꝫ latinos. Hebreos quoq; Siros ⁊ Caldeos. in diſcēdo habuit. Uñ in epl'a ad Pāmachiū ⁊ Oceanū. epl'a incipit. Cedule quas miſiſti. dicit ſic. Dum eſſeꝫ iuuenis miro diſcēdi feruebā ardore. nec iuxta quorūdam preſumptionē ipſe me docui. Appolinarē Laodicenū audiui Antiochie frequēter ⁊ colui ⁊ cum me in ſacris ſcripturis erudiret. nunq̄ꝫ illius cōtentioſum dogma ſuſcepi. Jaꝫ canis ſpargebat̄ caput ⁊ magiſtrū potius q̄ꝫ diſcipulū decebat. perrexi tñ Alexādriā. audiui Didimū. i multis ei gratias ago. q̄ꝺ neſciui didici. q̄ꝺ ſciebā illo docēte nō ꝑdidi. Putabāt me homines finē feciſſe diſcēdi. veni rurſum Jeroſolimā ⁊ Bethleē quo labore quo p̄cio Barbanū hebreū nocturnū habui p̄ceptorē. Timebat enim Judeos ⁊ mihi alterū exhibebat Nichodemū. hoꝝ oium in opuſculis meis facio mentionem. hec Jeronimus.

Jero. erat ardens.

Jdem.

Appolinaris.

Didimus.

Barbanus.

Nichodemus.

Adoleſcēs Jero. didicit Caldaicum.

Porro Quātis laboribus ac ſudoribus ad peritiā lingue Caldaice peruenerit idem Jero. in ꝓlogo Danielis oſtēdit ſic dicēs. Deniq; ⁊ ego adoleſcentulus poſt Quintiliani ⁊ Tullij lectionē ac flores rethoricos cū me in lingue hui⁹ piſtrinū recluſiſſem. ⁊ multo ſudore multoq; tpe vix cepiſſeꝫ anhelātia ſtridētiaq; verba reſonare. ⁊ quaſi ꝑ criptā ambulās raruꝫ deſuꝑ lumē aſpicerē impegi nouiſſime in Danielē. ⁊ tāto tedio affectus ſum vt deſperatiōe ſubita oēm laborē veterē voluerim contēnere. Uerū adhortāte me quodā hebreo ⁊ illud mihi crebrius ſua lingua ingerēte. labor improb⁹ oia vincit. qui mihi videbar ſciolus inter eos. cepi rurſus diſcipulus eſſe chaldaicus. Et vt verū fatear vſq; ad p̄ſentē diē magis poſſum ſermonē chaldaicum legere ⁊ intelligere q̄ꝫ ſonare. hec Jero. ¶ Etiā in ꝓlogo libri Beatiſſimi Job quē librū ſtudio atq; induſtria Jeronimi latina lingua tranſlatuꝫ ꝓmeruit. ſic habet. Memini me inq̄t. ob intelligētiā huius voluminis Liddeū quēdā p̄ceptorē q apud hebreos primus haberi putabat̄ nō paruis redemiſſe nūmis. cuius doctrina an aliquid ꝓfecerim neſcio. Hoc vnū ſcio. nō potuiſſe me interpretari niſi q̄ꝺ ante intellexerā. Et paꝝ infra in eodē ꝓlogo. ita ſubiūgit. Hebreū ſermonē ex parte didicimus. ⁊ in latino pene ab ipſis cunabulis inter grāmaticos ⁊ rethores ⁊ philoſophos detriti ſum⁹. hec Jero. Que verba habent̄ ēt a Jeronimo in lib. ij. ꝯ Ruffinū ad Pāmachiū ⁊ Marcellā. Ex dictis pꝫ quot tedia Jeronimus paſſus eſt. vt diuerſaꝝ linguaꝝ peritiā cōſequeret̄. ¶ Et ꝓpterea ad Ruſticū Monachū. in epl'a que incipit. Nihil xp̄iano felicius cui ꝓmittunt̄ regna celoꝝ. ita inquit. Nulla ars abſq; magiſtro diſcit̄. Etiā muta animalia ⁊ feraꝝ greges doctores ſecunt̄ ſuos. in apib⁹ principes ſunt. Grues vnā ſecunt̄ ordine iterato. impator vnus. iudex vnus ꝓuincie. Roma vt ꝯdita eſt duos frēs ſimul reges habere nō potuit ⁊ paricidio dedicat̄. Jn Rebecce vtero Eſau ⁊ Jacob

Liddeus magiſter Jeronimi.

Jeronimus.

Jeronimus.

Jeronimus.

Jn oī genere eſt princeps vnus.

bella geſſerūt. Singuli eccleſiaꝝ epiſcopi. ſinguli archipreſbyteri. ſinguli Archidiaconi. ꝛ omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribꝰ nitit̄. in naui vnus gubernator. in domo vnus dominus. in quouis grādi exercitu vnius ſignū expectat̄. Et ne plura replicando faſtidium legenti faciā per hec omnia ad illud tēdit oratio. vt doceā te nō tuo arbitrio dimittendū ſed viuere debere in monaſterio ſub vniꝰ diſciplina patris ꝯſortioq̄ multoꝝ vt ab alio diſcas humilitatē ab alio paciētiā. hic te ſilentiū. ille doceat manſuetudinē. Non facias qḋ vis. comedas qḋ iuberis. habeas quantū acceperis. operis tui penſa perſoluas. ſubiciaris cui nō vis. laſſus ad ſtratū venias. ambulāſq̄ dormites. ꝛ nec dum expleto ſomno ſurgere cōpellaris. dicas pſalteriū in ordine tuo in quo nō dulcedo vocis ſed mētis affectus querit̄. dicēte apoſtolo. pſallā ſpiritu. pſallā ꝛ mēte. hec Jero. ¶ Patet itaq̄ ex dictis ꝙ gradus magiſterij vel doctoratus non poteſt rōnabiliter appeti niſi prius qui talia ambiūt ſub diſciplina labores ꝛ tedia multa ſuſferant ꝛ diſcāt ab ydoneis p̄ceptoribus qḋ poſtea alios docere valeant qꝛ teſte Vegetio in .j. lib. de re militari .c. j. Nemo facere metuit qḋ ſe bene didiciſſe cōfidit. Et per cōſequens patet reſponſio ad queſtionē ꝛ ꝙ doctores noſtri nō excuſant̄ a laqueo culpe mortalis ſi indigne aſſumunt̄ ad gradum. Contra quos gloſa ſuper Math. iiij. c. ait. Diabolus multos decepit honore magiſterij inflatos. quibus ꝓ mercede ambitionis ſue ſi penitentiā non egerint. apud inferos dabitur luteola. non autem aureola qꝛ tal's conuenit veris doctoribus in eterna gloria.

Officiū veri religioſi.

Obedientia comendat̄.

Vegetius.

¶ Quot ꝛ quāta requirunt̄ vt magiſtrandus in theologia legittime poſſit recipere gradum magiſterij. ꝛ agitur de laudibus ſacre ſcripture.

Scio ꝛ Nullatenus dubito me offenſurū q̄ꝫ plurimos qui forte ea que hic ſupra dixi in ſuam refferūt cōtumeliā. Sed ſi mihi iraſcant̄ ſuaꝫ indicant cōſcientiā ꝛ motus facilitatē. Ideo ſibi magis q̄ꝫ mihi indignent̄. nec velint in me maledicta cōgerere qui ꝯtra vitioſos ac ignorātes doctores ꝛ magiſtros quibus tota xp̄iana religio affligit̄ ꝛ tribulat̄. generalē reprehēſionem ꝓ correctione vite melioris facere p̄ſumpſi. Nouit enim iuſtus inſpector in quē finē noſtra tendit oratio. ¶ Cum ergo multa dicta ſint cōtra ydiotas ꝛ Sciolos qui indigne ad gradum magiſterij aſſumunt̄. Pro cōplemēto iſtius decime ꝓſecutionis. occurrit talis dubitatio. videlicet. Quot ꝛ quanta requiruntur ad hoc vt magiſtrandus in theologia legittime poſſit gradum magiſterij ſuſcipere. ¶ Pro reſponſione huius pulcre queſtionis. Nota quod ſacra theologia eſt regina ꝛ domina ſimpliciter omnium humanarum ſcientiarum. Unde Sanctus Thomas in prima parte .q. j. ar. v. dicit ꝙ ipſa omnes alias ſciētias tranſcendit tam ſpeculatiuas q̄ꝫ praticas. Tum ꝓpter certitudinē. qꝛ alie ſcientie certitudinē habēt ex naturali lumine rōnis humane. que poteſt errare. hec vero habꝫ certitudinē ex lumine diuine ſciētie. que decipi nō poteſt. Tuꝫ ꝓpter dignitatē materie. Nam cetere ſciētie ꝯſiderāt ea tm̄ que rōni ſubdunt̄. ſed theologia eſt principaliter de his que ſua altitudine rōnem humanā trāſcendūt. Ideo Sanctꝰ Thomas in ꝓlogo .j. lib. ſentētiaꝝ. ar. j. dicit. ꝙ theologia imperat omnibus alijs ſcientijs. tanq̄ꝫ principalis. ꝛ ipſa vtitur in obſequiū ſui omnibus alijs. quaſi vſualis. Et iterum Thomas di. xxij. eiuſdem libri in explanatione littere dicit. ꝙ theologia inquantū eſt principalis omnium ſcientiaruꝫ aliquid in ſe habet de omnibus ſcientijs. Et ſic omnes artes liberales ꝛ phiſice diſcipline ꝛ cetere ſcientie humanitus inuente ſunt ancille ſacre theologie. Et ad hunc finem tam a clericis q̄ꝫ religioſis ad maiorem eruditionē diui-

Queſtio pulcra de magiſtris ꝛ doctoribus.

Sanctus Tho.

Sacra theologia eſt oiuꝫ prīcipalis ideo imperat omnibus.

Salomon.

narum ſcripturarũ tantũmodo ſuſcipi debent. Hinc Salomon proverbioꝝ.ix.c°.ait. Miſit ancillas ſuas vt vocarẽt ad arcẽ ⁊ ad menia ciuitatis. Sicut ergo indecens ac ꝓpoſterũ eſſet aliquã excellentẽ reginã ſolam abſq; domicellis ſuis in publicũ ꝓcedere. Sic pariter incõueniẽs ymo ridiculũ eſſet corã deo ⁊ hominibus videre aliquẽ honore magiſterij inflatum ⁊ ab ancillis theologie nõ debite aſſociatum.

Grãmatica eſt prio neceſſaria magiſtrandis.

Ut ergo Legitime poſſit quis gradũ theologice facultatis accipere expedit omnino talẽ habere ſecum omnes ancillas theologie. q; vt dictum eſt. Theologia vtit̃ in obſequium ſui oĩbus ſciẽtijs. Quaꝝ grãmatica eſt prima nõ quidẽ ordine dignitatis. ſed neceſſitatis. Nam ꝑ grãmaticã adiſcimus ydioma latinũ. qđ ꝓprie dr̃ ydioma philoſophoꝝ. Et ꝓpterea Egidius in.ij.li°. de regimine principũ. parte.ij.c.vij. ita inquit. Videntes enim philoſophi nullũ ydioma vulgare eſſe cõpletum ꝑ qđ ꝑfecte poſſent exprimere naturas reꝝ ⁊ mores hominũ ⁊ curſus aſtroꝝ ⁊ alia de quibus diſputare volebãt inuenerũt ſibi quaſi ꝓpriũ ydioma qđ dicit̃ latinũ

Lingua latina ẽ ydioma phoꝝ.

vel litterale qđ cõſtituerũt a deo latũ ⁊ copioſum. vt ꝑ ipſum poſſent omnes ſuos cõceptus ſufficiẽter exprimere. Quare ſi hoc ydioma eſt cõpletum ⁊ alia ydiomata non poſſumus recte ⁊ diſtincte niſi ab ipſa infantia aſſueſcamus ad illa. ex parte eloquẽtie. videlicet. vt recte ⁊ diſtincte loquamur ydioma latinũ. ſi volumus litteras diſcere debemus ab ipſa infantia litteris inſudare. hec Egidius. ¶ Etiã Yſidorus in.j.lib. ethimolo.c.iiij. collaudãs grãmaticã. dicit. ꝙ ipſa eſt ſciẽtia recte loquẽdi ſcribẽdiq; ratio. origo ⁊ fundamentũ liberaliũ artium. Hec in diſciplinis poſt litteras cõẽs inuẽta eſt. vt iã q didicerũt lr̃as ꝑ eã recte loquẽdi rõez ſciãt. Grãmatica aũt a lr̃is nomẽ accepit. grãmatica.n. greci lr̃as vocãt. hec Yſi. Varro vocat grãmaticã litterationẽ. lr̃e aũt ſũt indices reꝝ. ſigna verboꝝ. qbus tanta vis eſt. vt nobis dicta abſentiũ ſine voce loquãtur. ¶ Quintilianus pariter in libro de arte oratoria. laudat grãmaticam. ſic dicens. Non ſunt ferendi qui artem grãmaticam vt tenuem ac ieiunam cauillantur. que niſi fundamenta fideliter iecerit. quidquid ſuperſtruxeris. finaliter corruet. neceſſaria pueris. iocunda ſenibus. dulcis ſecretoꝝ comes. hec Quintilianus. ¶ Et ideo Auguſtinus ſubiungit ſic. Grãmatica eſt ſcientia qua aperta cetere aperiuntur ⁊ qua clauſa cetere clauduntur. Propter qđ ſapientes ac nobiles romani ſcientes grãmaticam fore tante dignitatis ac neceſſitatis magna cum perſeuerantia cuſtodiebant ne grecis vnq̃ niſi latine reſponſa darent. teſte Valerio. in ſcđo libro.c.j. Vide ibi plura in laudem latine lingue. Cum ergo magiſtri theologie debeant diſputare. diſcernere. pertractare ⁊ loqui tam de rebus diuinis q̃ de ſpiritualibus ⁊ corporalibus creaturis. Atq; erudire mentes hominũ. neceſſe eſt vt perfecte ydiomate latino ſint ornati. vt rectius ⁊ apertius conceptus ſuos explicare valeant. Quia vt inquit Alpharabius teſte Egidio in ſcđo libro de regimine principum. parte ſcđa.c°.viij. Grãmatica inuenta eſt. ne erretur in lingua ⁊ ne quis peccet in ſermone. Sic igitur patet q̃ laudabilis. quãq; neceſſaria ſit grãmatica. per quam acquiritur ydioma latinum quod dicitur ydioma philoſophorum.

Iſidorus.

Quintilianus.

Valerius Maximus.

Egidius.

Magiſtrãdus dz ornari rethorica.

Secundo Magiſtrandus in theologica facultate tenetur ornari rethorica. Cuius ratio eſt. q; theologus debet erudire mentes hominum. ⁊ reddere doctores dociles beniuolos ⁊ attentos ad cognoſcendã veritatem ⁊ operã iuſticie. q; ad hunc finẽ ſcripture facre per ſpiritũ ſanctũ nobis reuelate ſunt. Unde Paulus.ij. ad Thimotheũ.iij.c. ait. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ. ad arguendũ. ad corripiendũ. ad erudiendũ in iuſticia vt ꝑfectus ſit homo dei ad omne opus bonũ inſtructus. hec Paulus. Sed inter oẽs ſcientias rethorica eſt ad ꝑſuadendũ ydonea. q; vt inquit Marchus Tullius in.j.lib. de

Paulus.

March° Tuli°

officijs. Propriū oratoris eſt. aperte. diſtincte. ac ornate dicere. Et Jſidorus in .ij. li°. Ethimologiarū .c. j. ait. Rethorica eſt benedicēdi ſcientia in ciuilibus queſtionibus ad perſuadendū iuſta ꝛ bona. in rerū perſonarū negotio. Dicta autē rethorica greca appellatione ideſt a copia locutionis. Jn grāmatica enim ſcientia recte loquēdi diſcim⁹ in rethorica vero pcipim⁹ qualiter ea que didicim⁹ pferamus. hec Jſidorus. ¶ Egidius vero romanus in .ij. lib. de regimine principū. parte. ij. c. viij. dicit. ꝙ rethorica vt innuit philoſophus in rethoricis ſuis eſt quaſi quedā groſſa dialectica. Et ſicut neceſſaria eſt dialectica que docet modum arguendi ſubtilem. ſic neceſſaria fuit rethorica que eſt quedā groſſa dialectica docens modum arguēdi groſſum ꝛ figuralē. Hec autem eſt neceſſaria filijs liberorū ꝛ nobilium ꝛ maxime regum ꝛ principū. qꝛ horum eſt cōuerſari inter gentes ꝛ dominari populo. qui nō poteſt percipere niſi rationes groſſas ꝛ figurales. hec Egidius. Et idcirco. Ut magiſtrandus in theologia habeat eloquentiam ſufficientem ad dirigendum homines in debitum finem. neceſſe eſt vt habeat ſcientiam ac peritiam ſuadendi ꝛ benedicendi. que acquiritur per artem oratoriam vel rethoricam.

Egidius. Jſidorus.

Tertio Magiſtrandus in theologia debet ſcire dialecticā qꝛ ſm Thomam in prima parte. q. j. ar. viij. Et iterum in ꝓlogo primi libri ſententiarū. ar. v. Theologia eſt ſcientia argumētatiua cuius maxime ꝓpriū eſt arguere ex auctoritate ſacre ſcripture. Et ꝙuis locus ab auctoritate que fundatꝰ ſuper ratione humana ſit debiliſ ymo infirmiſſimus. tamē locus ab auctoritate que fundatꝰ ſuper reuelatione diuina eſt efficaciſſimus. Auctoritatibus autem doctorū eccleſie ipſa arguit ꝓbabiliter. Auctoritatibus vero philoſophorū vtitur quaſi extraneis. Rationibus autem naturalibus vtitur nō quidem ad ꝓbandū fidem. qꝛ per hoc tollereꝰ meritum fidei. ſed ad manifeſtandum aliqua alia que traduntꝰ in ſacra ſcriptura. ¶ Expedit ergo vt magiſtrandus in theologia peritiā arguendi habeat vt iura catholice veritatis defendere. hereticos debellare. ꝛ errores deſtruere valeat. Modus autē arguendi ꝛ diſputandi acquiritꝰ per dialecticam. Unde Egidius. vbi ſupra. dicit ſic. Dialectica eſt liberalis que docet modum arguendi ꝛ opponendi. Et ſicut neceſſaria eſt grāmatica que eſt directio lingue ne erremus in loquendo ſic neceſſaria eſt dialectica que eſt directio intellectus. hec Egidius. ¶ Etiā Alpharabius in logica ſua dicit. ꝙ ipſa eſt ſciētia directiua rationis. ꝛ hoc verū eſſe apparet vt inquit Gratiadeus doctor ſubtilis ex ipſa interpretatione nominis. Nam logica tantū valet quātum rationalis ſcientia. Jſidorus quoqꝫ in .j. lib. Ethimolo. c. xxij. ſic dicit. Dialectica eſt diſciplina ad diſcernendas rerum cauſas inuenta. Jpſa eſt philoſophie ſpecies que logica dicitꝰ ideſt rationalis. diffinīēdi. querendi. ꝛ diſcernēdi potens. Docet enim in pluribus generibus queſtionum quēadmodum diſputando vera ꝛ falſa diiudicentur. hec Jſidorus. Et ſic patet ꝙ Dialectica eſt ſcientia que tradit modum arguendi. Jdeo ipſa eſt Theologo neceſſaria ꝛ valde cōueniens. Hinc Paulus admonet Titum diſcipulum ſuum vt eos qui cōtradicunt catholice veritati arguere debeat ꝛ cōuincat per ſtudium ſacre ſcripture. ſic dicens. Ut ſit potens exhortari in doctrina ſana ꝛ eos qui cōtradicunt arguere. ad Titum. j. c. Jterum in eadeꝫ epiſtola. ij. c. ait. Loquere ꝛ exhortare ꝛ argue cum omni imperio. nemo te cōtēnat. Et. ij. ad Thimo. iiij. c. Predica verbū inſta oportune. importune. argue. obſecra. increpa in omni paciencia ꝛ doctrina. Et ſic patet ꝓpoſitum.

Sanctus Tho. Locus ab aucto ritate ſacre ſcripture eſt firmiſſimus. Egidius. Alpharabius. Gratiadeus doctor ſubtilis. Paulus. Jterum. Jdem.

Quarto Magiſtrandus in Theologia tenetur ſcire Ariſmetricā. que docet ꝓportiones numerorū. Nam debet imitari chriſtum principem ac magiſtrum theologorū qui fuit ſummus Ariſmetricus. Jpſe enim ſolus eſt. qui numerat multitudinem ſtellarum ꝛ omnibus eis nomina vocat. vt dicitur in pſal. cxlvj.

Theologus dꝫ ſcire Ariſmetricam.

Hanc ſtellaꝝ multitudinē non potuit numerare Abꝛaam ꝗuis eſſet perſectus Ariſ-
Xp̄s eſt ſumm⁹ Ariſmetricus.
metricus.quando dictum eſt illi.Suſpice celum ⁊ numera ſtellas ſi potes.Geñ.xv.
c.Nec ſolum chriſtus multitudinē ſtellaꝝ numerat.ſed vt dicitur Yſaye.xl.c.Omnes
creaturas ex nomine vocat.Ideo Math.x.c.Et Luce.xij.c°.ipſe ait.Capilli capitis
veſtri omnes numerati ſunt.Et ſapientie.xj.c.dicitur.Omnia in menſura ⁊ numero
⁊ pondere diſpoſuit.¶Amplius.Magiſtrandus tenet̄ ſcire Ariſmetricā.qꝛ in ſacra
In ſcriptura ſacra tractat̄ d̄ numeris.
ſcriptura tractat̄ de numeris multipliciter.Propterea ſancti doctores faciunt ma-
gnam vim in illis de quibus illic agitur.Cum autē numerus ſit collectio vnitatū ſiue
aceruus ex vnitate ꝯfuſus.Hinc eſt ꝙ Binarius numerus eſt principiū ⁊ cauſa alioꝝ
numeroꝝ.De Binario autē tractat̄ diuerſimode in ſcriptura ſacra.Unde Geñ.vj.
De Binario.
c.Precepit dominus Noe vt de cunctis animātibus vniuerſe carnis Bina induce-
rentur in Archam.Et Exodi.xxxiiij.c°.Precepit domin⁹ Moyſi vt precideret ſibi
duas tabulas lapideas.Et Leuitici.xiiij.c.Iubet domin⁹ ſibi offerri duos turtures
ſiue duos pullos colūbe.Et Luce.x.c.Deſignauit dominus alios ſeptuaginta ⁊ miſit
illos binos ante faciē ſuam.¶Conſequenter cum homo ſit animal numerans perfe-
Numerus trinarius eſt oīum ꝑfectiſſimus.
ctiſſimum numerū numeratū.Numerus trinarius dicit̄ perfectiſſimus numerus nu
meratus.qui in ſacra ſcriptura eſt multipliciter cōſecratus.tum qꝛ ſuper alios nume
ros habet rationē cuiuſdā totalitatis vt puta.principiū medium.⁊ finē.quo etiaꝫ vte-
bantur gentiles in cultu diuino ad ſacrificationes deoꝝ vt d̄r in.j.li°.de celo ⁊ mūdo.
De numero ſeptenario.
¶Etiaꝫ in numero ſeptenario.ſm Gregoriū.in.xxxv.lib.moꝛa.c.vj.Perfectio eter
nitatis innuit̄ cum dies ſeptimus ſit in requiē domini ſanctificatus.Unde Geñ.ij.c.
dicit̄.Cōpleuitqꝫ deus die ſeptimo opus ſuum qd̄ fecerat ⁊ requieuit die ſeptimo ab
vniuerſo opere qd̄ patrarat ⁊ benedixit diei ſeptimo ⁊ ſanctificauit illum.hec ibi.Sed
qꝛ velle omnia que in diuinis ſcripturis tractant̄ de numeris taꝫ in generali ꝗꝫ in par
ticulari exprimere tedioſum eſſet.ſcire ſufficiat.ꝙ oēs numeri ſunt impfecti donec ve
Sanctus Tho.
niat̄ ad decem.qꝛ ſm Thomā in ſa ſe.q.lxxxvij.ar.j.Denarius eſt numerus pfectus
qꝛ ꝯſurgit ex partibus ſuis aliquotis ⁊ eſt quodāmodo terminus ⁊ limes oīum nume

roꝝ.qꝛ alij numeri ſunt replicationes ipſius denarij.Propterea Deutcrono.xiiij.c.
Precepit dn̄s Moyſi decimā partem de cūctis fructibus qui naſcunt̄ in terra ſibi
ſeparari.Et Numeri.xxvij.c.dicit̄.Omnes decime terre ſiue de pomis arboꝝ ſiue
de frugibus dn̄i ſunt ⁊ illi ſanctificant̄.Decē quoqꝫ pcepta legis deſcripſit dn̄s in ta-
Ariſmetrica eſt ſcientia nūeroꝝ.
bulis lapideis.Ideo vndenarius numerus peccatū denotat.qꝛ duꝫ quis puerſa agit
decem pcepta decalogi tranſgredit̄.¶Et qꝛ Ariſmetrica eſt ſcientia vel diſciplina nu
meroꝝ cuius ſubiectū eſt numerus.ꝯuenit vt magiſtrādus in theologia ſciat illam vt
Iſidorus.
poſſit rationē reddere de numeris qui tractant̄ in diuinis ſcripturis.Ariſmetricā col
laudat Yſidorus in.iij.lib.Ethimo.c°.j.vbi ait.Ariſmetricā quam ſcriptores ſecula-
Laus Ariſmetrice.
rium litteraꝝ inter diſciplinas mathematicas ideo primā eſſe voluerunt quoniā ipſa
vt ſit nulla alia eget diſciplina.Muſica autē ⁊ Geometria ⁊ Aſtronomia que ſecun-
tur vt ſint atqꝫ ſubſiſtant iſtius egent auxilio.hec Yſidorus.Etiam Egidius vbi ſupra
ſta inquit.Ariſmetrica docet ꝓpoꝛtiones numeroꝝ ad quam foꝛte filij liberoꝝ trade
bantur qꝛ ſine ea muſica ſciri nō poteſt.

Theolog⁹ dꝫ ſcire Muſicam.
Quinto Magiſtrandus in theologia debet ſcire muſicā que ſm Yſidoꝛum
in.iij.lib.Ethimo.c.xiiij.Eſt peritia modulationis ſono cantuqꝫ ꝯſi
ſtens.Huius artis dux theologie chriſtus fuit peritiſſimus ⁊ ſummus magiſter oīum
Xp̄s eſt ſumm⁹ oīuꝫ muſicātiū.
muſicantiū.Scias ergo ꝙ tanta veneratiōe apud antiquos erat muſica vt teſte Yſido
ro.tam turpe eſſet muſicaꝫ neſcire ꝗꝫ litteras.Interponebat̄ autē nō modo ſacris ſed
ꝯ omnibus ſolēnibus omnibuſqꝫ letis vel triſtioꝛib⁹ reb⁹.¶Sed dubitat̄ quis fuerit

primus inuentor artis muſice. Moyſes enim dicit repertorē huius fuiſſe Tubal qui fuit de ſtirpe Caym ante diluuiū. Unde Geñ. iiij. c. dr. Tubal ipſe fuit pater canētiū cithara et organo. ¶ Greci vero Pitagorā dicunt huius artis inueniſſe primordia. ex malleorum ſonitu et cordarum extenſione percuſſa. ¶ Alij Linum thebeū. et Zetum. et Amphionem in muſica arte primos claruiſſe ferūt. poſt quos paulatim directa eſt precipue hec diſciplina et aucta multis modis vt inquit Yſidorus. ¶ Mercurius multa excogitauit in muſicis. Nam ſunt qui dicūt fiſtulam ab eo inuentam. et q ipſe prior cordas neruorum inſonum cōſtrinxit. ¶ Orpheus tam ſuauiter cecinisse fertur vt nō feras tantum ſed et ſaxa atq ſiluas cātus modulatione potuit applicuiſſe. ¶ Apolo ſtudioſus valde in muſicis fuit a quo iuxta grecorum opinionē cithare vſus repert⁹ credit. ¶ Socrates philoſophorum ſtudioſiſſimus etiā huius ſciētie fuit cupidiſſimus. De quo Valerius in. viij. lib. c. vij. ita inquit. Socratē conſtat etatē ꝑuectum fidibus tractandis operā dare cepiſſe ſatius iudicantē eius artis vſum ſero q̄ nunq̄ percipere. ¶ Empedocles quoq qui Athenis claruit. tam excellēter nouit artem canendi vt cum eius hoſpitem quidā furibundus inuaderet. adeo dulciter canendi modū inflexiſſe dicit q adoleſcentis iracundiā temperauit. ¶ Etiā romanorum ciues per Tibicines maiorum virorum clara geſta refferre ſolebant vt iuuenes ad imitandū egregia opera alacriores redderent. teſte Valerio in. ij. lib. c. j. Taceo plura. Hoc aūt ſcire te volo. q muſice natura talis eſſe phibet vt ſi letū hominē inuenerit. letiorē facit. ſi triſtē triſtiorē. ¶ Sed vt ad ꝓpoſitum noſtrum veniamus. Dauid ꝓphetarum eximius qui totus virtute atq animi generoſitate erat radiatus. ne otio torpeſceret curauit a pueritia inſtrumentorum muſicaliū habere peritiam vt pariter diuinas laudes tam voce q̄ muſicis inſtrumentis pſalleret. q ſcriptū eſt. Eccleſiaſtici. xl. c°. Uinum et muſica letificāt cor et ſup vtraq dilectio ſapiētie. Propterea legim⁹. j. Re. c. xvj. c. ſic. Igit qñcunq ſpiritus domini malus arripiebat Saul Dauid tollebat citharā et percutiebat manu ſua et refocillabatur Saul et leuius habebat. recedebat enim ab eo ſpiritus malus. ¶ Iſta peritia Dauid ſuaue pulſantis in cithara figurabat q xp̄s in cithara ſancte crucis tam ſuauē faceret melodiā q non tantū ab vno homine demonē expelleret ſicut Dauid. ſed a toto humano genere. Et quaſi alter Orpheus videret. qui nō feras ſed ferales animos. non ſaxa. ſed ſaxea pectora. nō ſiluas ſed ſilueſtres peccatores attraheret. Unde Jo. xij. c°. ait veritas. Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipſum.

Queſtio pulcra. — Inuētores muſice multi. — Mercurius. — Orpheus. — Apollo. — Socrates. — Empedocles. — Natura muſice. qualis ſit. — Dauid a pueritia curauit ſcire muſicam. — Muſica Dauid figurabat muſicā chriſti.

Uel chriſtus Dicitur perfectiſſimus muſicus q ipſe totius mūdi machinam per infinitā ſapientiā ſuam ſic diſpoſuit ſic ordinauit vt quadā mirabili armonia ſonorum tota videat eſſe cōpoſita. Ad cuius exemplū noſtra muſica phibet inuēta. Nā a terra vſq ad firmamentū muſicales toni deſignāt ex qbus pficit ois melodia. Singulariter āt in ſeptē planetis ſeptē tonos deſignam⁹. In Luna qdem ponit gama vt. In Mercurio. a re. In Venere. b mi. In Sole. c fa vt. In Marte. d ſol re. In Ioue. ela mi. In Saturno. ffa vt. ¶ Hi et ſeptē toni i ꝓpagine corpis humani reperiunt. ibi enim ſunt quattuor elemēta. et tres potētie aie rōnales. ſ. intellectus. memoria. et volūtas. Ex quo p3 qd muſica naturaliter arti aſſimilat.

Mūdus in quadam armonia ē ordinatus. — In ſeptē planetis ſeptē toni deſignantur. — Septē toni i humano corpore.

Amplius Dominus ieſus xp̄s fuit pfectus muſicus. q ſi muſica cōſiſtit in quadā armonia et ꝓportione modulationis ſono et cantu vt dicitur a muſicis. Profecto dominus ieſus chriſtus dicēdus eſt ſummus muſicātiū qui celum cum luminaribus ſuis et aſtrorum fulgore vario rapido motu ſub ꝯcentus modulatione iubet reſolui. Et cum iam ſex milia anni. et vltra a creatione mundi trāſierint. nunq̄ tamen corpora celeſtia a motibus vel influētijs ſuis diſcordarunt. Hinc Boetius in. j. lib. de cōſolatione. metro. v. ſic ait.

Xp̄us eſt perfectus et quare. — Boetius.

O ſteliferi conditor orbis. Qui perpetuo nixus ſolio
Rapido celū turbine verſas. Legē๏ pati ſidera cogis.
Nihil antiqua legē ſolutum. Linquit ꝓprie ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernas. hec Boetius.

Aſtrologi nouē ſonos ponunt.

Et ꝓpterea Aſtrologi nouē muſas dicūt nouē ſonos qui celeſtē faciūt Armoniā. Pri mi ſunt ſeptē planetaꝝ ſoni. Octauus eſt ſonus firmamēti. Nonus aſſignatꝰ terre. que lꝫ nō moueatꝰ p ſe. mouetꝰ tñ circulatōe aliaꝝ ſperaꝝ circa ipſaꝫ. que adeo hꝫ ſonū rau cū vt vix cōputetꝰ inter ſonos.

Nota ꝯſonātiaꝫ in elemētis ⁊ in corporibus.

¶ Etiā ſi in elemētis mūdi. nō eſſet Armonica ꝯſonan tia. ꝓfecto cōpago oīum corpoꝝ ſolueretꝰ. Uere mirabilis eſt elemētoꝝ mūdi ꝯnexio. Cuꝫ eniꝫ ſint quattuor elemēta. ſ. terra. aqua. aer. ignis. vnūq̄d๏ ipſoꝝ qualificatꝰ duo bus qualitatibus. volo dicere. ꝙ duo elemēta cōtrariaꝝ qualitatū ligantꝰ vno medio.

Nota omnia.

Uerbi gratia. Ignis eſt calidus ⁊ ſiccus. Aqua vero eſt frigida ⁊ humida. Iſta duo colligantꝰ vno medio. ſ. aere. qui cōuenit cum igne in caliditate ⁊ cum aqua in frigidi tate. Similiter aer qui eſt calidus ⁊ humidus. ⁊ terra que eſt frigida ⁊ ſicca. colligantꝰ vno medio. ſ. aqua que conuenit cum aere in humiditate ⁊ cum terra in frigiditate.

Boetius.

Hinc Boetius ꝯſiderans tam mirabilē Armoniā totius vniuerſi. omnia refundit in deum qui in argumentū ſue vnice maieſtatis ſingula eterna lege diſpoſuit. Unde in iij. lib. de ꝯſolatione. metro. ix. ita inquit.

O qui perpetua mundum ratione gubernas:
Terraꝝ celi๏ ſator. qui tempus ab euo
Ire iubes. ſtabiliſ๏ manens das cuncta moueri.
Quem nō externe pepulerunt fingere cauſe:
Materie fluitantis opus. verum inſita ſummi:
Forma boni liuore carens. tu cuncta ſuperno:
Ducis ab exemplo. pulcrū pulcerrimus ipſe.
Mundum mente gerens. ſimili๏ imagine formās:
Perfectaſ๏ iubens: perfectū abſoluere partes.
Tu numeris elementa ligas. vt frigora flāmis
Arida cōueniant liquidis. ne purior ignis
Euolet. aut merſas deducant pondera terras. hec Boetius.
Uide cetera que ſequntꝰ ad noſtrum propoſitum. in eodem metro.

Sacra ſcriptura excitat ad cātādū in muſicis.

¶ Et ſic liquet ad purum ꝙ chriſtus eſt muſicus perfectiſſimus. Ut auteꝫ ad noſtra redeamus dico ꝙ fere totū corpus ſcripture ſacre nō ſolum verſatꝰ circa muſicalia ſed etiam vniuerſos ad cantandum in muſicis hortatur. Unde Dauid qui teſte Jeroni mo chriſtū lira perſonat ⁊ in decacordo pſalterio ab inferis excitat reſurgentē. in pſal. xxxij. ait Confitemini domino in cithara in pſalterio decem cordaꝝ pſallite illi. Canta tate ei canticū nouum. bene pſallite ei in vociferatione. Et in pſal. xlij. Confitebor tibi in cithara deus deus meus. quare triſtis es anima mea ⁊ quare conturbas me. Et in pſal. xcvij. Pſallite dño in cithara. in cithara ⁊ voce pſalmi in tubis ductilibus ⁊ voce tube cornee. Et in pſal. cl. Laudate eum in ſono tube laudate eū in pſalterio ⁊ cithara. Laudate eum in timpano ⁊ choro: laudate in cordis ⁊ organo. Et laudate eū in cimba lis bñſonantibus. Cum ergo muſica ſit peritia modulatiōis ſono cātu๏ ꝯſiſtēs vt di ctum eſt. Expedit oīo vt magiſtrādus in theologia ſciat muſicā vt tā in explanatiōe di uinaꝝ ſcripturaꝝ ꝗ̄ in ampliādo cultum diuinū tam corde ꝗ̄ voce ⁊ opere pſallere poſſit ac iubilare in domino. dicente Apoſtolo. Pſallam ſpiritu pſallam ⁊ mente.

Theologus dꝫ ſcire geometriā ⁊ quare.

Sexto Magiſtrandus in theologia tenetur ſcire Geometriā eo ꝙ princeps ſacre theologie chriſtus fuit magnus geometra. Nam ipſe ſolus men

ſus eſt pugillo aquas ⁊ celos palmo ponderauit. Quis appēdit tribus digitis molē ter re ⁊ librauit pondere montes ⁊ colles in ſtatera vt dicit Yſaye.xl.c°. Et iterū Yſaye. xlviij.c°. Ipſe ait. Manus quoq; mea fundauit terram ⁊ dextera mea mēſa eſt celos. Et quia geometria ſecundū Yſidorum in.iij.li°. Ethimo.c.x. Eſt diſciplina que de ter ra ⁊ de menſura nuncupata eſt: Ideo ipſa dicitur a gyos q̄ eſt terra ⁊ metron q̄ ē menſura. Et propterea Geometre auſi fuerunt dicere cuius quātitatis eſt ſol:luna:terra:⁊ corpora celeſtia. Nam dicūt q̄ ſol eſt octies maior tota terra. Luna vero eſt ſexta pars terre. Terra vera eſt octaua pars ſolis.⁊ ſic colligitur q̄ luna eſt quadrageſſima octaua pars ſolis. Ita q̄ ſol eſt quadrageſies octies maior q̄ luna. Luna etiam eſt minor qualibet alia ſtella. — Yſidorus. Sol ē octies maior terra.

¶ Sed queſtio animū pulſat. Quomodo ſalua veritate dici pōt q̄ luna minor ſit qualibet alia ſtella: Ex eo q̄ dicitur Gen.j.c°. Fecitq; deus duo magna luminaria. luminare maius vt preeſſet diei ⁊ luminare minus vt pēeſſet nocti. ¶ Pro reſpōſione nota ſm Thomā in pria parte.q.lxx.ar.j.in reſpōſione ad quintū argumētum.q̄ duo luminaria magna dicunt nō tam q̄titate q̄ efficatia ⁊ virtute quia ⁊ ſi alie ſtelle ſint maiores quātitate q̄ luna.tamē effectus lune magis ſentit in iſtis inferioribus.⁊ ēt ſecundum ſenſuz maior apparet. Et ſic pz q̄ luna dicit luminare maius. tum ꝓpter quātitatem apparētem.tum ꝓpter claritatē.tum ꝓpter ꝓpinquitatē ad nos.tuz ꝓpter manifeſtos effectus eius. Sol aūt dicit luminare magnū ꝓpter q̄titatez ⁊ virtutē eius.⁊ ſic pz reſponſio qōnis. Etiā geometre loquētes de magnitudine terre auſi ſunt dicere quātus eſt ambitus eius.⁊ quāta ſit diſtātia a ſupficie terre vſq; ad centrū. Vñ Ariſtoteles in fine ſecūdi libri d̄ celo ⁊ mūdo.dicit q̄ circulus reuolutōis totius terre ſm antiquos mathematicos ē.xxiiij.milia miliaria. Sed magn⁹ Albertus ſcribit q̄ ſi hec lrā Ariſtotilis nō fuit vitio ſcriptoꝝ deprauata eſt falſa.que falſitas accidit ei.ex hoc.quia tēpore Ariſtotilis nūdum pfecte ſciebant q̄titates diametroꝝ ſolis ⁊ lune ⁊ terre. Secūduz aūt ſapiētes mathematicos q ſecuti ſunt Ptolomeū rotunditas circuli terre ē viginti milia ⁊ quadraginta miliaria. ¶ Quapropter ſunt aliqui q ex hoc p̄ſumūt ſcire diſtantiā a ſupficie terre vſq; ad centrū eius. Et per ꝯñs vſq; ad infernū ſm eos q ponunt infernū eſſe in cētro terre. Ad cuius declarationē dicūt.q̄ circulus ꝯtinet quātitatem diametri.ter.⁊ ſeptimā ptem ipſius tertie.vel ipſius diametri.. Vñ ꝓportio circuli ad Diametrū eſt ſicut ꝓportio viginti duoꝝ ad ſeptē. Nam viginti duo ꝯtinent ter ſeptē ⁊ vnitatē que eſt ps eius ſeptima. Quātitas aūt rotūditatis terre ē viginti milia ⁊ quadraginta miliaria que qdem rotūditas cū diuiſa fuerit p tria ⁊ ſeptimā ptem vnius:erit quātitas diametri huius:ſex milia quinquaginta. Et dico fere q̄ deſunt nouem miliaria ad cōplendū ſex milia qngenta. Eſt ergo pciſe quātitas diametri circuli terre.ſex milia miliaria quadringēta nonaginta vnum. Deinde ſi diametrū dimidiaueris erunt a cētro terre vſq; ad ſupficiem eius tria milia ducenta miliaria ⁊ quadraginta quinq;. Et ex hac cōputatione patet quot miliaria ſunt vſq; ad infernuz.conceſſo q̄ infernus ſit in centro terre. ¶ Sed Sanctus Thomas in opuſculo.xj. Ad lectorem venetū de articulis.xxxvj. In rñſione ad articulum viceſſimūquintū.dicit ſic. Utrū poſſit ſciri diſtātia a ſupficie terre vſq; ad infernū.ſuppoſito infernū eſſe in centro vel circa cētrum terre. Puto qdem ſciri poſſe diſtantiā a ſupficie terre vſq; ad cētrum.nō tamē vſq; ad infernum.quia nō credo ab hoīe ſciri poſſe vbi ſit infernus.hec Tho. ¶ Et idcirco Ambroſius in.vj.li. Exameron.dicit ſic. Quid mihi q̄rere que ſit terre mēſura quā geometre cētū octuagita milib⁹ ſtadioꝝ extimauerūt: Libēter fateor me ſcire qd̄ neſcio.ymo qd̄ ſcire nihil ꝓderit.hec Ambro. Liquet igit ex dictis q̄ geometria eſt ſciā que docet cognoſcere mēſuras ⁊ q̄titates rerum. ¶ Et ideo ꝯuenies

Queſtio pulcra
Sctūs Tho. reſpōdet qōni.
Quātus ſit circulus terre.
Diſtātia a ſupficie terre vſq; ad infernū.
Quot ſūt miliaria vſq; ad cētrū terre.
Scūs Tho.
Ambroſius.

Theologus de-bet oīa tēporalia mēſurare.

eſt vt magiſtrādus.in theologia habeat hāc diſciplinā vt ſciat mēſurare celeſtia ⁊ terreſtria ſic vt oīa in debitum finem dirigere valeat.Expedit etiā diligenter menſurare omnia tēporalia bōna.ſ.honores.diuitias.dignitates.ꝑlaturas.ſanitatem:pulcritudinem:nobilitatem.⁊ precipue vitam hanc temporalē que eſt labore pleniſſima.⁊ que tam affectuoſe expetit̄ ab omnibus ⁊ optatur.O felix illa anima que hec ⁊ huiuſmodi bona fallatia per imperiū rōnis ſcit menſurare.Quia per os veritatis dicitur nobis.Math.vij.Marci.iiij.⁊ Luce.vj.c.In qua menſura menſi fueritis remetiet̄ vobis.

Baſili⁹ fuit optimus geometra.

¶ Et ꝓpterea Baſilius qui fuit magnus theologus ⁊ Geometra.iſta oīa ſub breuibus docet nos mēſurare.in tractatu:Ad Nepotes.ſic dicēs.Nos quidē O filij hanc humanam vitam nihil oio eſſe arbitramur.Nec bonum qdꝙ̄ exiſtimandū cenſem⁹.neqꝫ appellandū qḋ vtilitatem nobis huiuſqꝫ ſuppeditet.Nō itaqꝫ dignitatē.nō amplitudinē.maiorꝫ.nō corpis vires.nō formā.non magnitudinē.nō a cunctis hominib⁹ habitos honores.nō ipſum imperiū.Nō qdꝙ̄ quod dici pōt in hac vita excellēs.Sed longius noſtre ꝓcedunt ſpes.⁊ ad alterius vite ꝑparationem cuncta molimur.Que igitur ad hanc vitā conferant.ea nobis totis viribus optanda querēdaqꝫ eſſe arbitramur:Que vero illuc vſqꝫ ꝑuenire nequeūt vt nulli⁹ momēti deſpiciēda.hec Baſili⁹.

Salomō oīa pſecte docuit mēſurare.


¶ Ut ceteros geometras taceam.Salomon optimus omniū.poſt delitias voluptateſqꝫ damnatas quaſi ꝓbato experimento in ſeipſum reuerſus oia que ꝯtinentur ſub ſole mēſurauit.ſic dicens.Uanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes.vanitas vanitatuꝫ ⁊ oia vanitas.Et iterꝫ Eccleſiaſtes.ij.c.ait.Cumqꝫ me conuertiſſem ad vniuerſa opera que fecerant manus mee ⁊ ad labores in quibus fruſtra ſudaueram vidi in omnibus vanitatem ⁊ afflictionem animi ⁊ nihil permanere ſub ſole.

Theologus dꝫ ſcire aſtrologiā.

Septimo Magiſtrandus in theologia debet habere peritiaꝫ aſtrologie.que teſte Yſidoro in.iij.li°.Ethimo.c.xxiij.eſt aſtrorꝫ lex curſus ſiderum ⁊ figuras ⁊ habitudines ſtellarum circa ſe ⁊ circa terram indagabili ratione percurrit.Uel aſtrologia exequitur ſolis ⁊ lune curſus vel ſtellaruꝫ ceteraſqꝫ temporꝫ ſtationes.Et qꝛ in ſacra ſcriptura multis varijſqꝫ modis de celis.ḋ curſu ſolis ⁊ lune ⁊ aſtrorꝫ tractat̄.Ideo cōuenit vt magiſtrādus ſciat aſtrologiā.

Nālis philoſophia ꝯducit theologo.

Sanctus Tho.



¶ Etiā ad theologum ꝑtinet ſcire naturalē philoſophiā.Cum.n.teneat̄ errores deſtruere ⁊ contra infideles diſputare vt magis ac magis veritas catholice fidei eluceſcat:Et quia ſecūdum Thomam in pmo libro cōtra gentiles.c°.ij.Quidam infidelium vt machometiſte ⁊ pagani non cōueniunt nobiſcum in auctoritate alicuius ſcripture per quaꝫ poſſint cōuinci.ſicut cōtra iudeos diſputare poſſumus ꝑ vetus teſtamētum ⁊ cōtra hereticos ꝑ nouuꝫ:Machometiſte aūt ⁊ pagani nec vetus nec nouum teſtamentū recipiunt:Ideo ad diſputandum cōtra iſtoruꝫ errores.neceſſe eſt ad naturalē rationē recurrere cui omnes aſſentire cogunt̄.Et propter hoc naturalis philoſophia neceſſaria eſt theologo qꝛ ipſa docet cognoſcere naturas rerꝫ.

Medicina ꝯuenit theologo.⁊ quare.

¶ Iterꝫ ſub naturali philoſophia cōtinetur medicina vt inqt Egidius.que pariter ꝯuenit theologo:tum qꝛ dux theologie xp̄us fuit ille medicus de quo Augu.ait.Magn⁹ de celo ad nos venit medicus qꝛ magnus ꝑ totū mūdum iacebat egrotus.tum qꝛ theologus quātum pōt morbidas fidelium animarū tenetur curare egritudines.Hinc Paulus medicine artis peritus ait.Quis infirmat̄ ⁊ ego non infirmor?Quis ſcandalizatur ⁊ ego non vror?

Moralis ſciencia ꝯducit Theologo.⁊ quare.

¶ Amplius quia ad theologum pertinet corrigere peccata ⁊ diſponere mētes hominum ad bonos mores ⁊ ad polítice viuēdum:Ideo ꝯuenit vt ſit peritus in ſcientijs moralibus.qꝛ ipſe ſunt valde vtiles ⁊ neceſſarie ad dirigēdū homines ad opera iuſticie.Quapropter theologus debit̄ habere Ethicā ꝙ̄ tractat de regimine ſui:Et ſimiliter yconomicā ꝙ̄ docet regimen familie:Et Politicam que pertractat de regimine ciuitatis ⁊ regni. ¶ Leges quoqꝫ

⁊ iura que ſunt de actibus hominū ſub politica ꝯtinent̄ teſte Egidio. que ⁊ ꝯueniunt theologo. tū ꝗ ſunt neceſſarie ad pacē hoīuꝫ ⁊ ad virtutes capeſcēdas. tum ꝗ coher cent malos. Nam ꝓpter tranſgreſſores poſita eſt lex. vt ait Paulus. tum ꝗ ꝓhibēt ea quē deſtruunt humanum ꝯiunctum. tum ꝗ ornant hominem. Vtraqꝫ enim ſciencia ſcilicet humana ⁊ diuina preſtat alteri incremētuꝫ laudis. Hinc Marchus Tulius in ii. lib. de officijs ait. Juris ciuilis ſummo ſemꝑ in honore fuit cognitio. Sic igitur patet ex dictis ꝙ theologus debet eſſe vniuerſalis atqꝫ cunctis phiſicis diſciplinis ornatus. quia ſacra theologia tanꝙ̄ principalis omnibus ſciētijs imperat ⁊ eis vtitur i obſequium ſui. Ipſa quoqꝫ omnes iudicat a nemine iudicata. Hinc Jero. ceteris phiſicis diſciplinis ꝑtermiſis ad ſtudium ſacre theologie nos excitat: In explanatiōe pſal. cxlvij. vbi pertractat illud Dauid: Et adipe frumēti faciat te. ſic dicens. Pinguiſſimus ſermo diuinus eſt: omnes habet in ſe delitias. quidquid volueris ex ſermone diuino naſcit̄: ſicut tradunt iudei. quoniam māna qn̄ comedebāt ſecundū volūtatē vniuſcuiuſqꝫ ſic ſapiebat i ore eius. Ac ſi dixiſſet. Qui māna comedebat. ſi deſiderabat mala. ſi pirum. ſi vuam. ſi panem. ſi carnes. ſecūdum quātitatem ⁊ volūtatem comedētis: Ita ⁊ ſapor in māna erat. Sic ⁊ in carne xp̄i. qui eſt ſermo doctrine. hoc eſt. ſermo ſcripturarum ſanctaꝝ interpretatio. ſicut volumus ita ⁊ cibum accipimus. Si ſanctus es inuenis refrigerium. Si peccator es inuenis tormētum. ⁊ adipe frumēti faciat. hec Jeronimus. ¶ Iteruꝫ ſcribens ad Demetriadē virginem: in epiſtola que incipit. Inter omnes materias que ab adoleſcētia. ita inquit. Ama ſcripturas ſanctas ⁊ amabit te ſapiētia: dilige eam ⁊ ſeruabit te. honora illam: ⁊ amplexabitur te. hec monilia in pectore ⁊ in auribus tuis hereāt. ¶ Etiam ad Paulinum in epiſtola hortatoria ad ꝯuerſationem monaſticam ⁊ ſtudium ſcripturarum. que incipit. Bonus homo de bono cordis theſauro. ſic ait. Totum qđ legimus in diuinis libris nitet quidem ⁊ fulget etiā in cortice ſed dulcius in medulla eſt. Qui edere vult nucleum frangat nucē. Reuela inquit Dauid oculos meos ⁊ ꝯſiderabo mirabilia đ lege tua. Si tāt[a] ꝓpheta tenebras ignorantie ꝯfitetur. qua nos putas paruulos ⁊ pene lactentes in ſcientie nocte circundari? Hoc autem velamen nō ſolum in facie Moyſi. ſed ⁊ in euangeliſtis ⁊ in apoſtolis poſitum eſt. Turbis ſaluator in parabolis loquebat̄ ⁊ ꝯteſtans miſticum eſſe. quod dicebatur aiebat. qui habet aures audiendi audiat. Niſi aperta fuerint vniuerſa que ſcripta ſunt ab eo qui habet claueꝫ Dauid. qui aperit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nemo aperit. nullo alio reſerante pandent̄. hec Jeronimus. Et breuiter ſcriptura ſacra videtur mihi quaſi quidam fluuius planus ⁊ altus. modicus ⁊ maximus. latus ⁊ ſtrictus. clarus ⁊ turbidus. dulcis ⁊ amarus. ſublimis ⁊ ꝓfundus. in quo agnus ambulare ⁊ Elephas natare poteſt. vt ait Gregorius. Hec de decima ꝑſecutiōe eccleſie dicta ſufficiant.

Marcb⁹ Tulli⁹

Jeronimus hortatur nos ad ſtudiū ſacre theologie.

Jeronimus ad idem excitat.

Jeronimus.

De vndecima Perſecutione eccleſie qua tribulatur ac valde affligitur ꝑ falſos atqꝫ ydiotas cōfeſſores ⁊ predicatores.

Duo inter cetera Nobiliſſima ac meritiſſima officia ſunt in eccleſia dei. a xp̄o pro ſalute animaꝝ inſtituta ⁊ ordinata. ſ. officium cōfeſſorum ⁊ predicatoruꝫ. Quoꝝ merita nemo poterit quibus vis cōparationibus adequari. etiā ſi regū fulgori aut principū diademati cōparet. Quāuis enī eoꝝ dignitas videat̄ eſſe in terris. offiī tn̄ illoꝝ ſublimioribꝰ negocijs ꝯtinetur in celis. Cōfeſſores qdem. mira operant̄ in particulari. ſed p̄dicatores

Cōfeſſores ⁊ p̄dicatores ſunt precipui i eccleſia dei.

Criſoſtomus.

mirabiliora agunt in generali. Unde ꝑ ipſos teſte Criſoſtomo fideles chriſtū induūt. per ipſos filio dei coniunguntur. per ipſos membra ipſius beati capitis efficiuntur. Quomodo ergo nobis iſti non ſoluz reuerēdi magis ꝙ̄ reges aut iudices. ſed etiam nobis magis erunt honorabiles ꝙ̄ parentes? Iſta duo officia ſi pure ac fideliter exerceantur illa ſunt que propter ſublimitatem virtutis ſue omne corpus eccleſie letitia in enarrabili fecundant. necnō chriſtianorū animas fructus dignos penitētie germinare

Cōfeſſores ⁊ p̄dicatores mira operantur.

faciunt. Nam vitia ⁊ peccata diſſipant animas ſaluant. virtutes reſtaurant. peccatores iuſtificant. demones oppugnant. os inferni obſtruunt angelos letificant. deum ad miſericordiam prouocāt. portas paradiſi aperiunt. Et denique confeſſores ⁊ predicatores quia in vinea domini Sabaoth plus ceteris operantur: Ideo duplici premio in eterna gloria remunerabūtur. Pro meritis quidem ſuis auream. pro acquiſitione autem

Quot dāna fiūt in eccleſia ꝑ falſos ꝯfeſſores ⁊ p̄dicatores.

aliorum aureolam a domino reportabunt. ¶ Sed ſi cōfeſſores ⁊ predicatores in officijs ſuis ꝑuerſe aut prepoſtere egerint. tunc nulla ꝑſecutio in tota eccleſia dei acerbior nulla periculoſior. nulla miſerabilior: nulla tandem infelicior. Hinc geſtu peruerſo ac motu in compoſito corda fideliuz moleſcere faciunt. Hinc ore vipereo ⁊ labijs iniquis animas feriunt. Hinc exemplo male extimationis ꝙ̄ plures occidunt. Hinc opere peſtiferum veneni poculum infundunt. Et breuiter tam in publicis ꝙ̄ priuatis actionibus oues xp̄i vulnerant: cruentant: occidunt. Ideo nemo amplius in eccleſia nocet teſte Gregorio ꝙ̄ qui peruerſe agens nomē vel ordinē ſanctitatis tenet. Nam ſi diligen-

Gregorius.

tius inſpexeris ꝓfecto. illa gratiſſima ꝯſcientie puritas ⁊ cordis mūditia ad quā principaliter tota chriſtiana religio ꝑ veros confeſſores ac p̄dicatores reintegrat. per falſos ⁊ ignorantes tota deturpat: proſternitur: abraditur. Ex ignorantia quippe nec caſus occurrētes diſcutere. nec difficultates diuinarum ſcripturaruz explanare. nec peccatoruz laqueos diſſoluere ſufficiunt. ſed more imperitoru temerarias proferunt ſentētias. ſicque peccatrices animas in diuerſoria mortis inducunt: Ideo per os veritatis [illegible]ptum eſt. Si cecus ceco ducatum preſtet ambo in foueā cadunt.

Jeremias in raptu vidit grauitatē hui⁹ ꝑſecutionis.

¶ Hanc igitur grauiſſimaz ꝑſecutionem qua tribulatur ⁊ affligitur tota eccleſia dei ꝑ falſos ⁊ ignorantes cōfeſſores ⁊ predicatores. vidit Jeremias ꝓpheta raptus in ſpiritu. Ideo exclamans dixit. Trenor. iiij. c⁰. Propter peccata prophetarū eius ⁊ iniquitates ſacerdotum eius. qui effuderunt in medio eius ſanguinē iuſtorum errauerūt ceci in plateis. Sup quo textu Jeronimus in. iij. li⁰. explanationum ſuper lamētationes

Jeronimus.

Jeremie ad fratrē Euſebium. Ita inquit. Propter peccata enim ſcribarum ⁊ phariſeoruz ſenion ⁊ pontificum iudeorū qui ſanguinem redemptoris ⁊ ꝓphetaꝝ atque apoſtolorum eius effuderūt: Captiuitas Jeruſalē atque deuaſtatio maxime euenit. Similiter ⁊ nunc in eccleſia ꝓpter peccata ꝓphetaꝝ ⁊ iniquitates ſacerdotū eius. portaꝝ ſpiritualis ieruſalē patet introitus. quādo propter ignauiā p̄dicatorum ⁊ negligentiaz ſacerdotū dei qui nō curant populo annūtiare viam domini ⁊ cōpeſcere eum a peccatis hoſtis malignus ꝑ ſenſus exteriores aditum: intrandi in animaz inuenit. ⁊ occaſionem habet ꝑ diuerſas fraudes eam ſeducēdi. Unde ſcriptuz eſt. Cauſa ruine populi ſacerdotes mali. Qui merito dicūtur effundere ſanguinē iuſtorum. quia duz ſimplicibus q

Falſi ſacerdotes dicunt̄ effuſores humani ſanguinis.

forte per innocentiam iuſti eſſe poſſent. ſi rectitudinem viarum domini ſcirent: ſubtrabunt verbum ſolatij. rei dicuntur eſſe ſanguinis effuſi. Quod ſermo diuinus ad Ezechielem prophetam liquido demonſtrat dicens. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. ⁊ audies de ore meo verba ⁊ annūciabis eiſdem. Si dicēte me ad impiū morte morieris. nō annūciaueris ei. neque locut⁹ fueris vt auertat̄ a via ſua impia ⁊ viuat: ipſe impius i iniqitate ſua morieť ſanguinē aūt ei⁹ de manu tua requirā. Si āt annūciaueris impio ⁊ ille nō fuerit ꝯuerſus ab impietate ſua. ⁊ via ſua impia ipſe qdē i iniqtate ſua morieť.

tu autē animam tuam liberaſti. hec Jeronimus. Qua ſentētia aperte datur intelligi ꝙ falſi confeſſores ⁊ predicatores ſunt cauſa totius ruine populi. ⁊ ꝓpter hoc dicūtur effuſores humani ſanguinis. ¶ Et ideo circa confeſſores nota ſecūdum Thomam in iiij. ſentētiaꝝ. diſt. xx. in explanatione littere. ꝙ ſacerdotes in cōfeſſione ſcrutari debēt cōſcientiam peccatoris ſicut facere ſolet peritus medicus vulnus infirmi ⁊ ſicut iudex cauſam rei. Nam frequēter plura que peccator pre cōfuſione taceret. ſi diſcrete ſit interrogatus reuelat ⁊ libere detegit vulnera ſuorum peccatoꝝ. Et propterea circa interrogationes que fiunt penitēti in confeſſione ſunt tria diligēter attendenda vt ibidē ſcribit Sanctus Thomas.

Thomas dicit ꝙ tria debēt attētari ꝯfeſſores.

¶ Primo vt quilibet peccator interrogetur de peccatis que cōſueuerunt in hominibus illius cōditionis abundare. non enim oportet ꝙ a milite queratur de peccato clericorum aut religioſorū. aut econuerſo.

Primo.

¶ Secundo vt nō fiat explicita interrogatio de peccatis niſi de illis que omnibꝰ manifeſta ſunt. De alijs autem adinuentionibus peccatorum ita debet a longinquo fieri interrogatio. vt ſi commiſit dicat. ⁊ ſi nō commiſit non adiſcat.

Secundo.

¶ Tertio vt de peccatis precipue carnalibus non deſcēdat nimis ad particulares circūſtantias. qꝛ huiuſmodi delectabilia. quāto magis in ſpeciali ꝯſiderantur. magis cōcupiſcentiam nata ſunt mouere vt dicit in. iij. liᵒ. Ethicorum. Et ideo poteſt cōtingere vt confeſſor talia querēs ⁊ ſibi ⁊ confitenti noceat. ⁊ ſic quandoqꝫ vt dicit in pſal. deficiant in ſuo ſcrutinio iniquitates ſcrutantes. hec Thomas.

Tertio.

¶ Qua ſentētia ſignificatur: ꝙ prophetaꝝ eximius Dauid viderit in ſpiritu negligētiam ⁊ ignorantiam. Rudium cōfeſſorum circa interrogationes que in cōfeſſione pro ſalute animarū fieri debēt. Unde in pſal. lxiij. Ita inquit. Scrutati ſunt iniquitates defecerūt ſcrutantes ſcrutinio. Explana ſic. Scrutati ſunt. ſcilicet cōfeſſor ⁊ penitens qui ſunt ſcrutatores iniquitatum peccatricis anime. quia ſimul tenētur ſcrutari diligēter morbidas egritudines anime languētis. Sed defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. quaſi dicat. ignorantes ꝯfeſſores quibus tota eccleſia inficitur. in ſcrutinio idest in cōfeſſione neſciunt diſcernere inter lepram ⁊ leprā. ideſt peccata mortalia a venialibꝰ. pariter laqueos circūſtantiaꝝ que trahūt peccatum ad aliud genus ⁊ que neceſſario cōfitēde ſunt. nec diſcutere nec ſoluere ſufficiunt. Idcirco ꝓpter negligētiam ⁊ ignorantiam deficiunt ſcrutantes ſcrutinio.

Dauid vidit in ſpū ignorātiam ꝯfeſſorum.

Sed queſtio Animum pulſat. Cum ſpiritualis iudex teneatur cognoſcere quicquid debet iudicare vt inquit Auguſtinus. queritur. quantam ſufficiētiam vel ſcientiam debeat habere confeſſor vt legitime poſſit cōfeſſiones audire ⁊ culparum laqueos ſoluere.

Queſtio d̓ ſufficiētia ꝯfeſſoris.

Pro reſponſione huius queſtionis ſcire debes ꝙ doctores catholici diuerſimode ſuper hac materia locuntur. Nam aliter dicendum eſt de preſumptuoſis qui ſeipſos ingerunt ad audiēdum confeſſiones. ⁊ aliter de timoratis qui a ſuperioribus ſuis ex obedientia huic officio exponuntur. prout latius declarat dominus Archiepiſcopus de Florētia in tertia pte ſūme. titulo. xvij. vide ibi plura notabilia ſup hac materia que breuitatis cā relinquo.

Reſponſio.

Sed ꝑ breui reſpōſione dico cū Sancto Tho. in. iiij. liᵒ. ſniaꝝ. di. xvij. in fine eiuſdem diſtinctōis. in explanatōe littere. vbi ita inquit. Hec ſciētia confeſſoris ⁊ ſi nō ſit maior tamē tanta debet eſſe vt ſciat diſtinguere inter peccatū ⁊ non peccatū: ⁊ peccatum mortale ⁊ veniale. Et ſi in aliquo eēt dubitatio poſſet ad diſcretiores recurrere. Ponunt aūt multe alie cōditiones que ad confeſſorē requiruntur. vt confitētes alliciat. que his verſibus continētur. Cōfeſſor: dulcis: affabilis: atqꝫ ſuauis. Prudēs: diſcretus: mitis: pius atqꝫ benignus. hec Tho.

Sanctus Tho.



¶ Magnus autē Albertus. in. iiij. ſniaꝝ. dicit ꝙ ſacerdos nō tenet ſcire diſcernere niſi in cōi que ſint capitalia. ⁊ que ſint mortalia cōmunia ⁊ que venialia ex genere. ſed neſciens iſta. dicit Albertus. puto quod peccet mortaliter audiendo

Magnꝰ Alber.

ꝯfeſſiones. ⁊ cuꝫ inſtituens plus peccat ꝙ̃ ipſe. Et ideo quilibet ſacerdos debet redire
ad ſeipſum atqꝫ ſeuero cordis examine diſcutere diligẽtius quale ſit officiũ veri ſacer
dotis. Nam ſacerdotis officium eſt ſcire ſciẽtiam ſcripturaꝝ diuine legis. Hinc Jero-

Jeronimus de offo ſacerdotis.

nimus in explanatiõe ſuper Aggeũ ꝓphetam ad Paulam ⁊ Euſtochiuꝫ. Super illo
verbo Aggei. ij. cᵒ. Interroga ſacerdotes legem ita inquit. Sermo dei fit ad Aggeum
prophetaꝫ. ⁊ quaſi ex perſona domini queſtionẽ a ſacerdotibus ſciſcitaꝛ ex lege veniẽ-
tem. ⁊ dicit. Interroga ſacerdotes legem. Simulqꝫ cõſidera ſacerdotuꝫ eſſe officij de

Sacerdos dꝫ ſci re diuinas legeſ



lege interrogãti reſpondere. Si ſacerdos eſt ſciat legem domini. Si ignorat legẽ. ipſe
ſe arguit nõ eſſe domini ſacerdotẽ. Sacerdotis enim ẽ ſcire legẽ ⁊ ad interrogationem
reſpõdere de lege. Quod quidẽ ⁊ i deuteronomio. Legimus. Ut ſicubi in vrbibus iſ
rael queſtio fuerit exorta inter ſanguinẽ ⁊ ſanguinem. inter iudiciũ ⁊ iudicium. Leprã
⁊ leprã. ꝯtradictionem ⁊ ꝯtradictionẽ eant ad ſacerdotes atqꝫ leuitas ⁊ ad pontificem
qui in diebus illis fuerit ꝯſtitutus ⁊ querant ab eo legem domini qbus reſpõdentibꝰ
faciant qḋ iubentur. qḋ ſi non fecerint exterminentꝛ de populo. Et ne forſitan in veteri
ſolum teſtõ hec p̃cepta videantꝛ. Loquitꝛ ⁊ apoſtolus ad Thimotheũ. epm nõ ſoluꝫ ir
reprehẽſibilem eſſe debere ⁊ vnius vxoris virum. ⁊ ſapiẽtem: ⁊ pudicum: ⁊ ornatuꝫ: ⁊
hoſpitalẽ. ſed etiã doctorem. Et ne caſu hoc dixiſſe videretꝛ. Ad Titum quoqꝫ ſup pre
ſbiteris: quos ⁊ epos intelligi vult ordinãdis eadẽ cautela vtatur. hec Jero.

Triplex ethimo logia ſacerdotis

Quantum Etiam teneatꝛ ſacerdos ſcripturas ſanctas ſcire ⁊ intelligere per
pulcre ex triplici ethymologia huius nominis percipi poteſt.
Naꝫ dicitur ſacerdos quaſi ſacra docẽs. quia debet ignorãtes docere ⁊ dirigere in de
bitum finem. Uel ſacerdos dicitꝛ quaſi ſacra dans qꝛ debet eſſe largus dando ſacra-
menta vel documẽta ſalutis. Uel ſacerdos dicitꝛ quaſi ſacra dicens. ſemp enim ex ore
ſacerdotis debẽt emanare recta: vera: honeſta ⁊ ſancta. Abſit vt lingua ſacerdotis tur-

Jeronimus.

pia aut leuia loquatur. vel detrahat vel detrahentẽ audiat. Et propterea diuus Jero
nimus arguẽs ſacerdotum ignorãtiam monet eos vt ſui nominis interpretentꝛ voca-
bulum vt quia in ſortem domini aſcripti ſunt nitantꝛ eſſe quod dicuntꝛ. In epiſtola ad
Nepotianum que incipit. Petis a me Nepotiane cariſſime vbi ita inquit. Igitur cle
ricus qui chriſti ſeruit eccleſie interpretetur primo vocabulũ ſuum ⁊ nominis diffini-

Clericus vñ dr ſm Jero.



tione ꝓlata nitatur eſſe quod dicitꝛ. Si enim cleros grece ſors latine appellatꝛ. propte-
rea vocãtur clerici vel quia de ſorte ſunt domini. vel quia dominꝰ ipſe ſors. ideſt pars
clericoruꝫ eſt. Qui autem vel ipſe pars domini eſt. vel domini partẽ habet. talem ſe ex
hibere debꝫ. vt ⁊ ipſe poſſideat dominũ ⁊ ipſe poſſideatꝛ a dño. Qui dominũ poſſidet.
⁊ cum ꝓpheta dicit pars mea dominus. nihil extra dominũ habere poteſt. qꝫ ſi qppiã
aliud habuerit p̃ter dominuꝫ. pars eius nõ erit dñs. verbi gratia: Si aurũ: ſi argẽtuꝫ:
ſi poſſeſſiones: ſi variam ſupellectilẽ. cum iſtis ptibus dominus pars eius fieri non di
gnatur. Si autẽ ego pars domini ſum. ⁊ funiculus hereditatis eius. nec accipio par-
tem inter ceteras tribꝰ. ſed quaſi ſacerdos ⁊ leuita viuo. de decimis. ⁊ altari ſeruiens.
altaris oblatione ſuſtẽtor. habẽs victum ⁊ veſtitum his cõtentus ero. ⁊ nudam crucẽ
nudus ſequar. Obſecro itaqꝫ te ⁊ repetens iterũ. iterumqꝫ monebo. ne officium cleri-
catus genus antique militie putes: ideſt ne lucra ſeculi in xp̃i queras militia. ne plus

Jero. hortatꝛ ad ſtudiũ ſcripturarum.

habeas ꝙ̃ quando clericus eſſe cepiſti. hec Jeronimus. ¶ Iteruꝫ in eadem epiſtola
parum infra ita ſubiungit. Diuinas ſcripturas ſepius lege imo nunꝙ̃ de manu tua ſa
cra lectio deponatꝛ. Diſce quod doceas obtine eum qui ſecundũ doctrinã eſt fidelem
ſermonẽ vt poſſis exhortari in doctrina ſana ⁊ cõtradicentes reuincere. Permane in
his que didiciſti. ⁊ credita ſunt tibi ſciẽs a quo didiceris. paratꝰ ſemp ad ſatiſfactionẽ
omni poſcẽti te rõnem de ea que in te eſt ſpe. hec Jero.

Malachias Quoqꝫ ꝓpheta tactus a pura intelligẽtia ſpiritus ſancti de ſcribit in pſona dei officiũ veri ſacerdotis.ij.c.dicens lex ve ritatis fuit in ore eius.⁊ iniquitas nõ eſt inuẽta in labijs eius in pace ⁊ equitate ambu- lauit mecũ ⁊ multos auertit ab iniquitate.Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſciẽtiã ⁊ legẽ requirẽt ex ore eius qꝛ angelus domini exercituũ eſt.hec ibi. ¶Sup quo textu Jeronimus in explanatione ſup Malachiam.ad Mineriũ ⁊ Alexãdrũ monachos. dicit ſic.Lex veritatis fuit in ore eius.hoc ẽ doctrina populoꝝ.que in ſacerdote nullo debet mẽdatio deturpari.ſed tota de veritatis fonte ꝓcedere.Et iniquitas nõ eſt in- uẽta in labijs eius vt imitetur dominũ ſuum.de quo dicit.Qui peccatũ non fecit.nec dolus inuẽtus eſt in ore eius.In pace ⁊ equitate ambulauit mecum.vt ⁊ ipſe in ſe pa cem habeat ⁊ ceteros pacificet.nulliuſqꝫ pſonam accipiat in iudicio.Et idcirco.ambu- let cum deo ſicut ambulauit Enoch qui tranſlatus eſt ad dominũ ⁊ nõ inueniebatur.⁊ multos auertit ab iniqtate.Qui ſacerdos ẽ ⁊ nõ corripit delinquẽtes.ſacerdotis offi- cium pterit.Labia ſacerdotis cuſtodient ſciẽtiam.Non dixit pferent ſed cuſtodient. vt loquant in tempore.dentqꝫ cõſeruis cibaria in tẽpore ſuo.Et legem regrent ex ore eius.In Aggeo hoc idem ſcribit.Interrogate ſacerdotes legẽ domini.Ad ſacerdotis ptinet diſciplinam.interrogatũ reſpõdere de lege.Qui ſi ignorãtiam in ceteris diligẽ tem.in ſcripturis ſanctis obtẽderit negligẽtem.fruſtra iactat dignitatẽ.cuius opa non exhibet.Hoc eſt qđ apoſtolus Paulus ſcribit ad Titũ.Ut potẽs ſit exhortari in do- ctrina ſana ⁊ cõtradicẽtes reuincere.Et ad Timotheũ. Quoniã ab infantia ſacras lit- teras noſti.que te poſſint inſtruere ad ſalutẽ.vt peccãtes coram omnibus arguas.Se- quit.Quia angelus domini exercituũ eſt.Exponit nomẽ ſuum Eſdras ſacerdos dei. hoc eſt Malachias.qđ angelus domini interpretat.Angelus autẽ ideſt nũtius.ſacer dos dei veriſſime dicit.quia dei ⁊ hominũ ſequeſter eſt.eiuſqꝫ ad populũ nũtiat volũ tatem.Et idcirco in ſacerdotis pectore ratiõale eſt.⁊ in rõnabili doctrina ⁊ veritas po nitur.vt diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere ⁊ preconem dominice veritatis. hec Jeronimus.

Jeronimus.

Sacerdos lo quat veritatem.

Sacerdos ſit pa cificus.

Sacerdos corri gat dlinquẽtes.

Sacerdos doce at ignorãtes.

Sacerdos ẽ nũ tius dei.ad ho- mines.

¶Auree ſentẽtie Jeronimi ad ſacerdotes ⁊ cõfeſſores.

Nota q̃ꝫplures Aureas ſentẽtias Jeronimi ad cõfeſſores ⁊ ſacerdo tes.Et primo cõtra illos qui frequentant cõuiuia ⁊ prandia.Jero.in epl'a ad Nepotianũ de vita ⁊ moribus clericoꝝ.epiſtola incipit.Pe tis a me Nepotiane cariſſime.Ita ingt.Facile ↄtemnitur clericus qui ſepe vocat ad prãdiũ ⁊ ire nõ recuſat.Nunq̃ꝫ petẽtes raro accipiamus rogati.Beatius eni eſt ma- gis dare q̃ꝫ accipere.Neſcio quo eni modo etiã ipſe qui deprecatur vt tribuat cũ acce- peris: viliorẽ te iudicat.Et mirum in modũ ſi cum rogãtem contempſeris.plus te.po ſterius veneratur.hec ille.

Cõtra ſacerdo- tes ⁊ clericos q frequẽtãt prãdia.

Contra Ebrioſos ⁊ vinolẽtos in eadem epiſtola Jeronimus ita ſubiũgit di- cens.Uinolẽtos ſacerdotes ⁊ apoſtolus damnat ⁊ vetus lex ꝓhibet. Qui altario ſeruiunt vinum ⁊ ſicerã nõ bibant.Sicera hebreo ſmone omnis potio no- minat que inebriare põt.ſiue illa que fermẽto ↄcipit:ſiue pomoꝝ ſucco:Aut cum faui decoquunt in dulcẽ ⁊ barbarã potionẽ:Aut palmaꝝ fructus exprimunt in liquorem. coctiſqꝫ frugibus aqua pinguior colorat.Quicquid inebriat ⁊ ſtatum mentis euertit fuge ſimiliter vt vinum.Nec hoc dico quod dei a nobis creatura damnetur. Si qui- dem et dominus vini potator eſt appellatus. Et Thimotheo dolenti ſtomachum modica vini ſorbitio relaxata eſt. ſed modum etatis ⁊ valitudinis pro corporum

Cõtra ebrioſos ſacerdotes.

qualitate exigimus in potãdo. Quod ſi abſq; vino ardeo adoleſcẽtia: ⁊ inflammor calore ſanguinis. ⁊ ſucculẽto validoq; ſum corpore: libẽter carebo poculo in quo ſuſpitio veneni eſt. Pulere dicitur apud grecos. ⁊ neſcio vtrũ apud nos eque reſonet. Pinguis vẽter non gignit ſenſum tenuem. hec Jeronimus. ¶ Ad idem in explanatione aurea ſup epiſtola Pauli ad Titũ. ad Paulam ⁊ Euſtochiũ. Sup illo verbo. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe. j. c°. Jeronimus ita inquit. Ubicunq; ſaturitas atq; ebrietas fuerit ibi libido dominat̃. Specta ventrẽ ⁊ genitalia pro qualitate viuorũ ordo membrorũ. Nunq̃ ego ebrioſum caſtũ putabo. qui ⁊ ſi vino ↄſopitus dormierit. tamẽ potuit peccare per vinũ. Miramur aũt apoſtolũ in epiſcopis ſiue pſbiteris dãnaſe vinolentiam cum in veteri quoq; lege pceptum ſit: Sacerdotes cum ingrediunt̃ templũ miniſtrare deo vinũ omnino nõ bibere: Et Nazareũ q̃diu ſanctã comã nutriat ⁊ nihil cõtaminatũ. nihil mortale ↄſpiciat ⁊ vino abſtinere ⁊ ab vua paſſa. ⁊ a dulciori que ſolet ex vinaceis fieri potione omniq; ſicera. que mentẽ ab integra ſanitate puertit. Dicat quiſq; q̃d volet. ego loquar ↄſcientiam meã. Scio mihi abſtinẽtiam ⁊ nocuiſſe itermiſſã ⁊ pfuiſſe repertã. hec Jero. Jdeo idẽ ad Euſtochiũ ait. Unũ ⁊ adoleſcẽtia duplex incẽdium voluptatis. Jterum ad matrẽ ⁊ filiam. difficile inter epulas ſeruatur pudicitia. Et ad ruſticum monachũ. Modicus ⁊ temperatus cibus ⁊ anime ⁊ corpori vtilis eſt. Ad Griſogonum quoq; Monachum inquit. Cum ſaturitate ſuccedit obliuio tam diu neſcitura quid cupiat: quãdiu memoriam reuocauerit eſuries.

Jeronimus.



Jeronimus.
Jeronimus.

Cõtra laſciuiẽtes ſacerdotes.

Contra Laſciuiẽtes ac inhoneſtos ſacerdotes. Jero. in explanatiõe ſuper epiſtola Pauli ad Titũ. j. c. dicit ſic. Relegamꝰ regũ libros ⁊ inueniemꝰ ſacerdotẽ Achimelech de panibus ppoſitionis noluiſſe prius dare Dauid ⁊ pueris eius. niſi interrogaret vtrũ mũdi eſſent pueri a muliere. nõ vtiq; aliena ſed cõiuge. Et niſi eos audiſſet ab heri ⁊ nudiuſtertius vacaſſe ab ope cõiugali nequaq̃ panes quos prius negauerat cõceſſiſſet. Tantũ intereſt. inter ppoſitionis panes ⁊ corpus xpi. quãtum inter vmbrã ⁊ corpora. inter imaginẽ ⁊ veritatẽ. inter exẽplaria futurorũ. ⁊ ea ipſa q̃ per exẽplaria figurabant̃. hec Jero.



Cõtra incorrigibiles ſacerdotes.

Contra Jncorrigibiles ſacerdotes ⁊ eos qui nõ plangũt peccata populi ſed in peccatis pſeuerant. Jero. in explanatiõe aurea ſup Johelem pphetã ad Pãmachium. Ubi ptractat illud Johelis. j. c°. Accingite vos ⁊ plãgite ſacerdotes. vlulate miniſtri altaris. ingredimini. cubate in ſacco miniſtri dei mei. Jta inquit. Qui ſanctus ſacerdos eſt ⁊ comedit paſca domini accingatur balteo caſtitatis ⁊ audiat cũ apoſtolis. Sint lumbi veſtri pcincti ⁊ lucerne ardentes in manibus veſtris. Qui autem peccator eſt ⁊ quẽ remordet ppria ↄſcientia. cilicio accingatur ⁊ plãgat. vel ppria delicta vel populi. ⁊ ingrediat̃ eccleſiam. de qua ppter peccata fuerat egreſſus. ⁊ cubet vel dormiat in ſacco vt pteritas delitias p quas offenderat deum vita ⁊ auſteritate cõpenſet. Qui enim mollibus veſtiunt̃ in domibus regum ſunt. Accingant̃ aũt ſacerdotes ⁊ plangãt ⁊ vlulẽt ⁊ dormiãt in ſacco: Propheta eos ad penitẽtiam cohortãte qui dicit. Miniſtri dei mei quomodo interijt de domo dei veſtri ſacrificiũ ⁊ oblatio? Nõ ſufficit flere vel plãgere ⁊ habitum lugẽtis aſſumere. niſi ſanctificẽt ieiuniũ. ⁊ vocẽt cetum. Si omne ieiunium placeret deo. nunq̃ diceret ſanctificate ieiunium ⁊ nõ tale ieiuniũ elegi dicit dominus. Et in euãgelio cõdemnant̃ qui exterminãt facies ſuas vt videant̃ hominibus ieiunare. Et in diebus inquit ieiuniorũ veſtrorũ percutitis pugnis ⁊ opprimitis pauperẽ. hec Jero.



Contra Sacerdotes religioſos ⁊ clericos incorrigibiles. qui peccãt ex habitu ⁊ ex cõtemptu. Sanctus Thomas in ƺa ƺe. q. clxxxvj. ar°. x. in reſpõſione ad tertiũ argumentum. dicit ſic. Religioſi quãdoq; labunt̃ in aliquod peccatum ex

ignorantia vel infirmitate a quo de facili releuant͂.ſi autem pueniant ad hoc q̄ ex con temptu peccent.efficiunt͂ peſſimi ⁊ maxime incorrigibiles.ſm illud Jeremie.ij.c°.Cō fregiſti iugum.dirupiſti vincula.dixiſti nō ſeruiam.in omni colle ſublimi ⁊ ſub omni ligno frondoſo tu ꝓſternaberis meretrix.hec Thomas.¶Et Joānes Criſoſtomus ſuper Math.xxiij.c°.vbi pertractat illud.Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei.ita inquit.Laici delinquentes facile emendantur.clerici autem ſi male vixerint inemendabiles ſunt.hec Criſoſtomus.Auguſtinus quoq̄ in epiſtola ad ple bem Hipponēſem.ſic ait.Ex quo deo ſeruire cepi.quomodo difficile ſu᷒ expertus me liores.q̄ᷓ qui in monaſterijs perfecerunt.ita non ſum expertus peiores q̄ᷓ qui in monaſterijs ceciderunt.hec Auguſtinus.

Contra Arrogantes ac ſuperbos ſacerdotes.qui ſibi vſurpant honoris cathe dra᷒.inuehit Criſoſtomus ſuper Math.xxiij.vbi pertractās illud. Super cathedrā Moyſi.dicit ſic.Sicut in ſecularibus in eo q̄ alter pauper eſcit alter ditatur.⁊ niſi alter deſcenderet alter nō aſcenderet.Sic ⁊ in ſpiritualibus in eo q̄ al ter confundit͂ alius emendatur.Quid ergo dicit dominus de ſacerdotibus?Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei.ideſt multi ſacerdotes ⁊ pauci ſacerdo tes.multi in nomine ⁊ pauci in opere.Videte ergo quomodo ſedeatis ſuper eam q̄ non cathedra facit ſacerdotē.ſed ſacerdos cathedrā.Non locus ſanctificat hominē. ſed homo locum.Non omnis ſacerdos ſanctus eſt.ſed ois ſanctus eſt ſacerdos.Qui bene ſederit ſuper cathedrā:honore᷒ accipiet ab illa.Qui male ſederit iniuriā faciet cathedre.Ideoq̄ malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit.non dignitatē. In iudicio enim ſedēs.ſi bene vixeris ⁊ bene docueris oium iudex eris.Si aūt bene docueris ⁊ male vixeris tui ſolius.Nam bene viuendo ⁊ bene docendo populum in ſtruis quomodo debeat viuere.Bene autē docendo ⁊ male viuendo inſtruis deum quomodo te debeat cōdemnare.hec Criſoſtomus.¶Et quia velle repetere ſingula que cōtra negligētes ignorātes atq̄ immorigeratos ſacerdotes ſcribunt͂ tam a Jeronimo q̄ᷓ a ceteris doctorib᷒ catholicis.diſtat a cōpendio ſcripture noſtre.Taceo plura. Sed ꝓ ꝯcluſiōe occurrūt verba Criſoſtomi q̄ in libro de dignitate ſacerdotali ſic āmo net religioſos clericos ⁊ ſacerdotes dicēs.Sapientiſſimū eſſe oportet ⁊ pſpicacē in oib᷒ ſacerdotē.⁊ mille vt dr̄ ex omni parte oculos habentē.quippe qui nō ſolū ſibi ſed etiā populo iuuat.Et iterū.Qui ergo ordināt indignos eiſdē ſubiacēt penis quibus illi q̄ idigni ſunt ordinati.etiā ſi dicāt ſe eo᷑ vitia ignoraſſe.Vnde Aplus ad Thimotheū. Manus cito nemini impoſueris nec cōmunicaueris peccatis alienis.ymo eſt hoc grauius crimen efficit͂.quoniā abſoluerūt vel ꝓmouerūt eum quē ignorabāt.atq̄ id q̄d putabatur eſſe excuſatio fiet accuſatio hec Criſoſtomus.

Contra ſacerdo tes qui vſurpāt honores.



Criſoſtomus.

Idem.

¶Secunt͂ aliqua notabilia ad predicatores verbi dei.

Poſt confeſſores Supereſt vt aliquid de p̄dicatorib᷒ verbi dei ꝓſequamur.Cōſiderandū eſt ergo q̄ officiu᷒ p̄dicatiōis dr̄ officiū xp̄i.q: xp̄s in hoc mūdo iſtud officiū principaliter exercuit ⁊ ad hoc ſe miſſum a deo patre.ſuo ſacro ore fatet͂.Vn̄ Luce.iiij.c.ait.Quia ⁊ alijs ciuitati bus op᷒ me euāgelizare regnū dei q: ideo miſſus ſum.Et ideo offm̄ p̄dicatiōis eſt no biliſſimū ⁊ p̄cipuū in eccleſia dei.Sed q: ſancti doctores de excellētia ⁊ dignitate hui᷒ officij multa in ſcriptis ſuis explicarūt ideo plura taceo.¶Nota ergo ſub breuib᷒ q̄ dux verbi dei ⁊ princeps p̄dicato᷑ dn̄s ieſus mittēs diſcipulos ſuos ad p̄dicādū p̄ce pit eis vt tria obſeruarēt.Primo vt doctrinā fidei catholice publicarēt.Scdo vt cre-

K

dentes ſacramētis imbuerēt. Tertio vt ſic imbutos ad obſeruantiā mādatoꝝ diuine legis inducerēt. Unde dixit eis. vt pꝫ Math. vlt. c. Euntes docete oēs gētes. ecce primum. Baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti. ecce ſcdm. Docētes eos ſeruare oia queciiqꝫ mandaui vobis. ecce tertiū. Et ſimiliter ad ampliandum iſta tria p̄cepta. ceteri p̄dicatores veritatis totis reaſumptis viribus debēt dirigere corda per ardorē caritatis ⁊ dilectionis. Et ora per claritatē locutionis vt aperte ac diſtincte loquantur. Et opera per dulcedinē cōuerſationis ⁊ exempla correctionis.

Predicatores moderni fere in oibus differūt a patribꝰ noſtris.

¶ Scias ergo q̄ p̄dicatores moderni. ſunt fere in oibus differētes a modo euāgelizādi patrū noſtroꝝ. ⁊ color ille optimus ac modus apoſtolicus explanādi ſcripturas ſacras quo vtebant̄ patres noſtri. in iactantiā. loquacitatē atqꝫ in oſtētationē ſui cōmutatus eſt. Nec iam p̄dicatores noſtri intētiones ſuas dirigūt vt dicta p̄cepta xp̄i in quibus honor: dignitas: gloria: ac ſalus xp̄iane religionis cōſiſtit obſeruent. Et ideirco nemini debet mirū videri ſi tota eccleſia dei merito virtutū diminuit̄. atqꝫ omni peccatoꝝ miſeria grauat̄. aut ſi greges ouiū xp̄i a ſcelere in ſcelus furibūdo impetu labunt̄. Nam ꝓpter multitudinē iniquitatū quibus omne corpus eccleſie inficit̄ iam iam clamare poſſumꝰ. Si iniquitates obſeruaueris dn̄e. nullus iudiciū tuū ſuſtinebit. Quomodo enim fideliū mētes regnū virtutū cōſequi poterūt niſi viri euāgelici ſpinas pungentes quibus xp̄ianoꝝ anime vulnerant̄. eradicauerint? Sed heu. Multi in eccleſia dei p̄dicatores ⁊ pauci ſunt p̄dicatores. Multi quidē nomine ſed valde pauci in ope.

Multi p̄dicatores ⁊ pauci p̄dicatores.

Ubi queſo illa dulcis affabilitas ⁊ mirāda benignitas euangelizādi patrum noſtroꝝ? Nōne p ſpumātia verba arrogātie ac per ſupfluas verboſitates inanis glorie tota euaneſcit? Illa quoqꝫ ſpūalis iocūditas qua anime fideliū recreant̄. p fumos ac nebulas ſecularis eloquētie deperdit̄. Quid loquar de dilectione vere caritatis ⁊ amoris qua corda fideliū inardeſcere ſolēt? Nōne p mētis elationē ac rabiē auaritie tota extinguit̄? Ubi queſo oracula patriarchaꝝ. teſtimonia ꝓphetaꝝ. aurea verba apoſtoloꝝ? Nōne per fabulas ⁊ poemata gentiliū ac per incognita auctorū ac philoſophoꝝ nomina cōmutant̄? Etiam ille ſuccus ſpiritus ſancti ſuauiſſimus. qui in diuinis ſcripturis latitat. in aurā humani fauoris totus ſpargit̄. ¶ Sed ne vlterius ꝓgrediar. oēs fere euāgelizātes his tpibus. ad id tendūt. ad id conant̄. vt vulpinis moribꝰ. vel caninis dētibus. aut ſecretis vituperatiōibus. ⁊ qn̄qꝫ publicis altercationibꝰ. miraculū ſui faciāt.

Omnes euāgelizātes fere vulpinis moribus deſeruiunt.

Sunt alij vēto ⁊ aura repleti. ſemper in ore habētes. ſed Tullius noſter. ſed Flaccus noſter. ſed Maro noſter. vel Naſon. vt Ciceroniani aut rethoricati videant̄. ⁊ plurime lectionis viri. Dūqꝫ omnes in eloquētia volitāt. ſuoſqꝫ ſermones floſculis rethoricis dilucidare nitunt̄. a tramite veritatis deuiāt. veram lucē relinquētes. vt in tenebris ceci ac debiles iaceāt. Taceo illos qui omnia iura humana ⁊ diuina didicerunt ſine magiſtro. quibus teſtimonia ſcripturaꝝ ad predicandū non ſufficiunt. Dumqꝫ magna ac difficilia pertractant atqꝫ per alta montium cacumina gradiunt̄. deuios ſecūtur anfractus. planum deſerunt vt per precipiciū labantur. ſicqꝫ immemores ſui fiunt ⁊ a ratione deuoluunt.

Plures a tramite veritatis d̄uiant.

¶ Dicant ergo ceteri quicqd voluerint. ego loquar ꝯceptū cordis mei. Materia aptiſſima ⁊ ꝯueniētiſſima officio p̄dicatiōis eſt totū corpus ſcripture ſacre tā veteris q̄ noui teſtamēti: In quo ſācti patriarche ⁊ ꝓphe. Apoſtoli ⁊ euāgeliſte oia ſacramētoꝝ miſteria ad ſalutem vniuſcuiuſqꝫ neceſſaria velut organa ſpūs ſancti. cōſono ore reſonant. Hinc Jero. ad Damaſcum papā vbi explanat viſionē Yſaye. epiſtola incipit. Et factū eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex. ita inquit. Quicquid enim in veteri legimꝰ teſtamēto. hoc idē in euāgelio reperimus. ⁊ qd̄ in euāgelio fuerit lectitatū. Hoc ex veteris teſtamēti auctoritate deducit̄. Nihil in eis diſſonū nihil diuerſum eſt. hec Jero.

Scriptura ſacra eſt materia aptiſſima officio predicationis.

Jeronimus.

Sola igiť ſcriptura ſacra illa eſt que omnibus alijs ſciētijs tanq̄ȝ regina ac dn̄a princi palis imperat. ⁊ ipſa in ſe habet aliquid de oīb⁹ phiſicis diſciplinis teſte Beato Thoma. Jdeo a p̄dicatoribus veritatis totis reaſumptis viribus caro corde venerari dȝ. nec nō artis aſtringi mereť cōplexibus. Hec enim ſola eſt que auditoꝝ mētes ſurſum eleuat. Hec eſt que tepidos ac frigidos ſenſus in deū excitat. Hec deniq̄ȝ ſola eſt que peccatoꝝ corda ad lachrimas cōmouet atq̄ȝ ardore caritatis inflāmat. Hinc Paulus apoſtolus volēs inſtruere Thimotheū diſcipulū ſuū. oſtēdit ei quantū valeāt ſcripture ſacre ad dirigēdum hoīes in viā ſalutis eterne. ſcribēs eidē ſecundā epiſtolā. vbi in iij. c°. ita inquit. Quia ab infantia ſacras litteras noſti que te poſſunt inſtruere ad ſalutem p fidē que eſt in xp̄o ieſu. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docenduȝ. ad arguendū. ad corripiendū. ad erudiendū in iuſticia. vt pfectus ſit homo dei ad omne opus bonū inſtructus. hec ibi. ¶ Jterꝫ Paulus ad Ro. xv. c. hortať ad ſtudiū ſcripturaꝝ oſtendēs. q̄ oia que ꝯtinenť in ſcriptura ſacra tam de xp̄o q̄ȝ de mē bris eius ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā. ideo ait. Quecūq̄ȝ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt vt p pacientiā ⁊ ꝯſolationē ſcripturaꝝ ſpem habeamus. quaſi dicat Paulus. Nulla neceſſitas fuit ſcribēdi ea que ꝯtinēť in diuinis ſcripturis niſi vt nos ex his inſtruamur. Et ideo in ſcriptura ſacra ꝯtinenť virtutes ⁊ exēpla ſanctoꝝ: fidei: ſpei caritatis: prudētie: iuſticie: fortitudinis: tēperantie: humilitatis. ſignanter autē pacientia ſanctoꝝ in malis ſuſtinēdis. Et ſimiliter cōtineť in ſcripturis cōſolatio quam deus exhibet ſanctis ſuis iuxta illud Dauid. ſm multitudinē doloꝝ meoꝝ cōſolationes tue letificauerunt animam meam.

Sola ſcriptura ſacra excitat corda.

Paulus.

Scriptura ſacra valet ad omnia.

Paulus.

¶ Etiaȝ diuus Jeronimus excitat nos ad amplexū diuinaꝝ ſcripturaꝝ ad Nepotianum de vita clericoꝝ in epl'a que icipit. Petis a me Nepotiane cariſſime ita ingens. Omnes pene virtutes corporis mutanť in ſenib⁹ ⁊ creſcēte ſola ſapiētia decreſcūt cetera. Et paꝝ infra ita ſubiūgit. Senectus vero coꝝ qui adoleſcētiā ſuā honeſtis actib⁹ inſtruxerūt ⁊ in lege dn̄i meditati ſunt die ac nocte etate fit doctior. vſu inſtructior. p ceſſu tēporis ſapiētior ⁊ veterū ſtudioꝝ dulciſſimos fructus metit. Unde ⁊ ſapiēs ille vir grecie Themiſtocles cū expletis centū ſeptē annis ſe mori cerneret. dixiſſe ferť ſe dolere q tūc egredereť de vita. qn̄ ſapere cepiſſet. Plato octogeſimo ⁊ vno anno ſcribens mortuus eſt. Et Socrates nonaginta ⁊ nouē annos in docēdi ſcribēdiq̄ȝ labore cōpleuit. Taceo ceteros philoſophos Pithagorā: Democritū: Xenocratē: Zenonē: Cleantē: qui iam etate longeua in ſapiētie ſtudijs floruerūt. Ad poetas venio. Homerum: Heſiodū: Simonidē: Steſicorū: qui grādes natu Cigneum neſcio quid. ⁊ ſolito dulcius vicina morte cecinerūt. Sophocles cum ꝓpter nimiā ſenectutē ⁊ rei familiaris negligentiā a filijs accuſareť amentie: Edippi fabulā quaȝ nuper ſcripſerat recitauit iudicibus. ⁊ tantū ſapientie in etate iam fracta ſpecimen dedit. vt ſeueritatē tribunalium in theatri fauorē verteret. Nec mirum cum iam Cato Cenſorinus ⁊ romani generis diſertiſſimus iam ſenex grecas litteras nec erubuerit nec deſperauerit diſcere. Certe Homerus refert. q de lingua Neſtoris iam vetuli. ⁊ pene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. hec Jeronimus.

Jeronimus hortatur ad ſcripturas ſacras.

Multi philoſophi deſudarūt i ſtudio phie.

¶ Super qua ſententia dubitare cōtingit ex verbo Dauid ibidem a Jeronimo allegato cum diciť. Jn lege domini meditati ſunt die ac nocte. Nam animus legentis titubat ex eo q impoſſibile videtur vt homo die ac nocte meditari poſſit in lege domini. Huic obiectioni pulcre reſpondet Jeronimus in explanatione primi pſalmi. ſuper illo paſſu. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. vbi ita inquit. Meditatio legis eſt non ſolum in legendis ſcripturis ſed etiam in his que ſcripta ſunt faciendis. Juſtus igitur ſiue manducat ſiue bibit. ſiue dormit in nomine domini. omnia faciens medi-

Queſtio pulcra.

Jeronimus reſpondet q̄ōni.

tabitur legē eius die ac nocte. hec Jero. Qua ſententia aperte daꝛ intelligi. qꝛ ille plus didicit qui plus facit. Et ideo ſi qđ tu ediſcis ego facio magis mea opa ſcripturas tenēt q̄ tuus ſermo qui vane reſonat. Liquet igiꝛ ex dictis quantũ valeat auctoritas diuinaꝝ ſcripturaꝝ. ⁊ qꝛ cetere ſciētie ſunt ācille in obſequiũ ſcripture ſacre famulantes.

¶ Nobiliſſima documenta Jeronimi ad predicatores.

Contra p̄dicatores qui dicunt ⁊ non faciunt.

His prelibatis Nota ſub breuibus aliqua pulcra documēta predicatoribus neceſſaria ſm Jeronimuꝫ. Et primo. contra illos qui in ſermonibus ſuis cũctos excitāt ad bene operandũ. Ipſi vero de his omnibus que predicāt parũ vel nihil faciunt. Hos arguit Jeronimus ſcribēs ad Nepotianum in epiſtola que incipit. Petis a me Nepotiane cariſſime. vbi ita inquit. Non cōfundant opera ſermonē tuũ. ne cum in eccleſia loqueris tacitus quilibet reſpōdeat. Cur ergo hec que dicis nō facis? Delicatus magiſter eſt qui pleno ventre de ieiunijs diſputat. Accuſare auaritiā ⁊ latro poteſt. Sacerdotis xp̄i os mens. manuſqꝫ concordent. hec Jero.

Jeronimus.

¶ Iterũ idem. in explanatione aurea ſuper epiſtola Pauli ad Tituꝫ ad Paulā ⁊ Euſtochiũ. vbi ptractat illud Pauli. ij. c. In oibus temetipſum exēpluꝫ prebe bonoꝝ operũ. in doctrina. in integritate ⁊ caſtitate. in ſermone ſano. ⁊ irreprebēſibili vt qui ex aduerſo eſt reuereaꝛ nihil habēs de nobis dicere mali. Sup hoc paſſu. ita inquit. Sciendũ quoqꝫ eſt qꝛ ꝯtinētia nō ſolũ in carnis opere ⁊ animi cōcupiſcētia ſed in oibus reb⁹ neceſſaria ſit, ne honores indebitos appetamus ne accēdamur auaritia. ne vlla paſſione ſuperemur. Teipſum inquit formā prebe bonoꝝ operum. Nihil pdeſt aliquē exercitatũ eſſe i docendo ⁊ ad loquēdũ triuiſſe linguā. niſi plus exemplo docuerit q̄ verbo. Deniqꝫ qui impudicus eſt q̄uis diſertus ſit. ſi ad caſtitatē audiētes cohorteꝛ. ſermo eius infirmus eſt. ⁊ auctoritatē nō habet cohortādi. Et ecōtrario q̄uis ſit ruſticanus ⁊ tardus ad loquendũ ſi caſtus. fuerit exēplo ſuo homines poteſt ad vite ſimilitudinē impellere. Et parũ infra ita ſubiungit. Nemo eſt enim tam imoderate impudētie vt ſolis radios poſſit accuſare tenebroſos. ⁊ clarum lumen caligine noctis offendere. hec Jero.

Bernardus.

¶ Etiā deuotiſſimus doctor Bernardus in ſermone de ſecũda dominica. poſt octauas paſce. dicit ſic. Multi enim ſunt Catholici p̄dicando qui heretici ſunt operādo. Quicquid heretici faciebāt p praua dogmata. hoc faciunt plures hodie. per mala exēpla ſeducũt populũ ⁊ in errorē inducunt. ⁊ tāto grauiores ſunt hereticis q̄to p̄ualēt opera verbis. hec Bernardus.

Gregorius.

¶ Gregorius quoqꝫ in. vj. lib. mora. ſuper illud Job. v. c. Et ſcies qm̄ multiplex erit ſemē tuuꝫ. ita inquit. Cum a vitijs caro reſtringiꝛ. cũ mens virtutib⁹ exerceꝛ. reſtat vt loquēdo quiſqꝫ doceat. vitā quā moribus ſeruat. ille nāqꝫ vberes fructus p̄dicatiōis colligit qui ſemina bone operationis p̄mittit. hec Gregorius.

Paulus.

¶ Et ꝓpterea Paulus p̄dicator veritatis ad Ro. ij. c. ſic ait. Qui ergo aliũ doces. teipſum nō doces? Qui p̄dicas non furandũ furaris? Qui dicis nō mechandũ mecharis? Qui abhominaris ydola ſacrilegiũ facis? Qui in lege gloriaris. p preuaricationē legis deũ inhonoras? Nomē enī dei per vos blaſſematur inter gētes. quaſi dicat. Per mala opera veſtra daꝛ occaſio blaſſemandi videntibus.

Paulus.

¶ Et iterum in eadē epiſtola. xv. c. diciꝛ ſic. Non enim audeo aliquid loqui eoꝝ que per me nō efficit chriſtus in obedientiā gentium in verbo ⁊ factis in virtute ſignorum ⁊ prodigioꝝ in virtute ſpiritus ſancti. ¶ Iterũ. j. ad Corin. ix. c°. ait. Caſtigo corpus meũ ⁊ in ſeruitutē redigo ne forte cuꝫ alijs p̄dicauerim ipſe reprob⁹ efficiar.

Veritas.

Hinc veritas Math. v. c. Sic luceat lux veſtra corā hoib⁹ vt videāt opa veſtra bōa ⁊ glorificent patrē veſtrũ qui in celis eſt,

March⁹ Tulli⁹

Et demum teſte Marcho Tullio contra Saluſtiũ,

Carere prorſus debet omni vitio qui in aliũ dicere ſit paratus. Nunꝙ̃ ꝓfecto erit efficax inſtructis auctoritas niſi eaꝫ affectu operis ſui cordi affixerit audiẽtis. Unde Leo papa in ſermone ſancti Laurẽtij martiris. qui incipit. Cum om̃ium dilectiſſimi ſumma virtutũ. ita inquit. Sit eloquẽtia facilis ad exhortãdũ. ſit ratio efficax ad ſuadendũ. validiora tñ ſunt exempla ꝙ̃ verba. Et planius eſt opere docere ꝙ̃ voce. hec Leo.

Leo papa.

Secundo Contra p̃dicatores garrulos qui clamoribus ac verboſitatibꝰ perſtrepũt. ⁊ ſolum vẽto paſcunt aures audientiũ ſcribit Jeronimus ad Nepotianũ. ep̃la incipit. Petis a me Nepotiane cariſſime. ſic dicẽs. Docẽte te in eccleſia non clamor populi. ſed gemitus ſuſcitet̃. lachrime auditoꝝ laudes tue ſint. Sermo p̃ſbiteri ſcripturaꝝ lectione cõditus ſit. Nolo te declamatorẽ eſſe. ⁊ rabulum garrulũq; ſine ratione. ſed miſterioꝝ peritũ ⁊ ſacramentoꝝ dei tui eruditiſſimũ. hec Jero. Nota ꝙ ſunt qui dicũt. exclamatiões raro debere fieri a p̃dicatoribus ⁊ ꝙ eſſe debẽt vt lapides p̃cioſi. Et ꝓpterea dux p̃dicatoꝝ xp̃s. raro p̃dicãdo exclamabat. vnde ſolũmodo bis xp̃m exclamaſſe legimus. ſemel quãdo Luce. viij. c. dixit. Qui habet aures audiẽdi audiat. ibi enim dicit̃ ꝙ hec dicẽs clamabat. Et iterum. Jo. vij. cº. Quãdo dominus ieſus in nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſtando clamabat dicens. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Sed ↄtra. videt̃ ꝙ p̃dicator debeat ſepius exclamare q: Yſaye. lviij. c. dicit̃. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam ⁊ anũcia populo meo ſcelera coꝝ. Et iterum. Jeremie. ij. c. Clama in auribus Jeruſalẽ. Et. xxij. c. ait Jeremias. Aſcende libanũ ⁊ clama ⁊ in Baſſan da vocem tuam ⁊ clama ad tranſeuntes. q: cõtriti ſunt omnes amatores tui. Huic obiectioni reſpõdet Jeronimus dicens ꝙ ibi. clama idem eſt ꝙ predica. Lectionẽ enim ⁊ clamorẽ ⁊ predicationẽ ꝓ ſui ambiguitate ſignificat Theodotionis editio. vt idem ait.

Cõtra p̃dicatores garrulos. q vento paſcũt aures audientiũ.

Jeronimus.

Xp̃s p̃dicãdo raro exclamabat.

Contra arguit̃ auctoritate Yſaye ⁊ Jeremie.

Jero. r̃ñdet.

Tertio Contra predicatores qui faciles ſunt in motu ⁊ leues in geſtu. ⁊ eos qui cõcitato curſu verba multiplicant. loquacitatẽ facundiam extimantes. quoꝝ voces aſſimilant̃ ranaꝝ clamoribus. Jeronimus in epiſtola ad Nepotianum qua ſupra ita inquit. Uerba voluere ⁊ celeritate dicendi apud imperitũ vulgus. admirationẽ ſui facere in doctoꝝ hominum eſt. Attrita frons interpretat̃ ſepe. qđ neſcit. ⁊ cum alijs ſuaſerit ſibi quoq; vſurpat ſcientiã. Et iterum ibidẽ. Nihil tam facile ꝙ̃ vilem plebeculã ⁊ indoctam contionẽ lingue volubilitate decipere. que quicquid non intelligit plus mirat̃. hec Jeronimus. Arrogantes enim neſciunt inferre humiliter que docent. Unde Gregorius in. xxiij. lib. moraliũ. ſic ait. Hoc habet ꝓpriuꝫ doctrina arrogantiũ vt humiliter neſciant inferre que docent. ⁊ recta que ſapiũt etiaꝫ recte miniſtrare non poſſunt. In verbis enim eoꝝ proditur qđ cum docent. quaſi in quodam ſibi videntur ſummitatis culmine reſidere. eoſq; quos docent. vt longe infra ſe poſitos velut i ymo reſpiciunt. quibus non cõſulendo loqui ſed vix dominando dignantur. Recte autem his per ꝓphetam dominus dicit. Uos autem cum auſteritate imperabatis eis ⁊ cum potentia. Cum auſteritate enim ⁊ potentia imperant. qui ſubditos ſuos non cum tranquillitate ratiocinãdo corrigere. ſed aſpere inflectere dominãdo feſtinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cognitionem quãto ardentius verborum ſuorum iaculis. ipſum magiſtrum elationis inſequit̃. hec Gregorius. que verba notant̃. di. xlvj. c. hoc habet ꝓpriũ. Et breuiter. Nihil impudentius arrogantia ruſticoꝝ qui garrulitatẽ auctoritatẽ putant.

Cõtra p̃dicatores q ſũt faciles in motu ⁊ leues in geſtu.

Jeronimus.

Gregorius.

Quarto Cõtra p̃dicatores ignorãtes ⁊ indoctos q preſumũt explanare alijs ꝙ ipſi non intelligunt ⁊ qui multopotius fabularum narratores ꝙ̃ ſcripturarum interpretes dicendi ſunt. Jeronimus ad Paulinum preſbiterum de omnibus diuine hyſtorie libris. epiſtola incipit. Frater Ambroſius. dicit ſic. Ut ad

Cõtra p̃dicatores ignorantes ⁊ indoctos.

Jeronimus.

minores artes veniam ⁊ que nõ tam lingua q̃ manu adminiſtrant. agricole. cementarij. ⁊ fabri methaloꝝ lignorũq; ceſſores. lanari quoq; ⁊ fullones ⁊ ceteri qui variã ſuppellectilem ⁊ vilia opuſcula fabricant. abſq; doctore eſſe non poſſunt q̄d cupiunt. Q̄d medicoꝝ eſt ꝓmittunt medici. tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturaꝝ ars eſt quam ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus indocti. doctiq; poemata paſſim. Hanc garrula anus. Hanc delirus ſenex. Hanc ſophiſta verboſus. Hanc vniuerſi preſumunt: lacerant: docent anteq̃ diſcant. Alij adducto ſupercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de ſacris litteris philoſophant. Alij diſcunt ꝓpudor a feminis q̄d viros doceant. ⁊ ne parum hoc ſit. quadam facilitate verboꝝ ediſſerunt alijs q̄ ipſi non intelligũt. hec Jeronimus. ¶ Et ꝓpterea idem ad Ruſticũ Monachũ. de vita monaſtica. epiſtola incipit. Nihil chriſtiano felicius. ſic ait. Multo tempore diſce q̄d doceas. Ne credas laudatoribus tuis. imo irriſoribus aurem ne libẽter accomodes. qui cum te adulationibus fouerint. ⁊ quodãmodo impotẽ mentis effecerint. ſi ſubito reſpexeris aut Ciconiaꝝ deprehẽdes poſt te colla curuari. aut manu aures agitari aſini. aut eſtuantẽ canis ꝓtendere linguam. hec Jero.

Jeronimus,

Cõtra p̄dicatores qui tractant m̄rimonia ⁊ negocia ſecularia,

Quinto Contra predicatores qui pertractant matrimonia. ⁊ eos qui ſe ingerunt ad diuerſa negocia ſecularia. Jeronimus ad Nepotianuz. epiſtola incipit. Petis a me Nepotiane. ita inquit. Predicator cõtinentie nuptias ne cõciliet. Cur virginem cogit vt nubat? Qui de monogamia ſacerdos eſt. quare viduam hortatur vt bigama ſit: hec Jeronimus. ¶ Iterum Jero. ad Furiam de viduitate ſeruanda. epiſtola incipit. Obſecras litteris ⁊ ſuppliciter deprecaris. ſic ait. Aut loquẽdum nobis eſt vt veſtiti ſumus. aut veſtiẽdũ vt loq̄mur. q̄d aliud pollicemur ⁊ aliud oſtendimus? Lingua perſonat caſtitatẽ. ⁊ totum corpus ꝓfert impudicitiã. hec Jero.

Jeronimus.

Jeronimus,

¶ Et in epiſtola ad Pãmachiũ. Et ꝓprie nõ intitulat̃ epiſtola ſed liber Apologeticus. qui liber incipit. Q̄d ad te huculq; nõ ſcripſi cauſa fuit ſilentiũ tuũ. ſic dicit. Dominus enim ſemel iuit ad nuptias. ſemel docuit eſſe nubendum. hec Jero.

Cõtra p̄dicatores q̄ conãt̃ allegare poetas ⁊ gẽtiles phos,

Sexto Predicatores q̄ ꝓphetas ⁊ apoſtolos ac teſtimõia diuinaꝝ ſcripturaꝝ negligũt. Atq; totis reaſumptis viribꝰ conãt̃ allegare poetas philoſophos ⁊ geſta gentiliũ. Jeronimus ad Damaſcũ papã de filio ꝓdigo. epiſtola incipit. Beatitudinis tue interrogatio diſputatio fuit. dicit ſic. Abſit vt de ore xp̃iano ſonet. Jupiter omnipotẽs. ⁊ me Hercule. ⁊ me Caſtor. ⁊ cetera magis portenta q̃ nomina. At nunc etiã ſacerdotes dei omiſſis euãgelijs ⁊ ꝓphetis. videmus comedias legere amatoria bucolicoꝝ verſuũ verba canere. tenere Uirgiliũ. ⁊ id q̄d in pueris neceſſitatis eſt. crimẽ in ſe facere volũtatis. hec Jero. ¶ Etiam in epiſtola ad Euſtochium Uirginẽ que incipit. Audi filia ⁊ vide. ita inquit. Que pars fideli cum infidele? Que enim cõmutatio lucis ad tenebras? Qui cõſenſus chriſto cum bellial? Quid facit cum pſalterio Oratius? Cum euangelijs Marro? Cum Apoſtolis Cicero? Nõne ſcandalizatur frater ſi te viderit in ydolo recũbentem? Et licet omnia munda mundis ⁊ nihil reijciendũ q̄d cum gratiaꝝ actione percipit̃, tamen ſimul bibere non debemus calicem chriſti ⁊ calicem demonioꝝ. hec Jeronimus. Et breuiter ꝓ correctione illorum qui omnem etatez ſuam in ſtudio poetaꝝ ac gentilium occupant. in quibus nulla vel modica eſt cõſolatio veri. ⁊ de quibus Paulus. ij. ad Thimotheum. iij. cᵒ. ait. Semper diſcentes ⁊ nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes. ſufficere debet terribile exemplum Beatiſſimi Jeronimi qui ex eo q̄ indiſcrete in libris Ciceronis legebat acerrime ab Angelis dei verberatus fuit, Unde ipſe ad Euſtochium Uirginem in epiſtola que incipit. Audi filia ⁊ vide, ita de ſe inquit. Refferam tibi mee infelicitatis hiſtoriam, Cum ante annos plurimos, domo, parentibus, ſorore, cognatis, ⁊ q̄d his

Jeronimus,

Exemplũ Jeronimi.

Jeronimus de ſe loquitur,

difficilius eſt cōſuetudine lautioris cibi. ꝓpter celoꝝ me regna caſtraſſem. ⁊ hieroſolimam militaturus pergerem. bibliotheca quam mihi Rome ſummo ſtudio ac labore cōfeceram omnino carere non poteram. Itaqꝫ miſer ego lecturus Tullium ieiunabam poſt noctium crebras vigilias. Poſt lacbrimas que mihi preteritoꝝ recordatione peccatoꝝ ex intimis viſceribus fluebant. Plato ſumebat in manibus. Si quādo in me metipſum reuerſus ꝓphetas legere cepiſſem ſermo horrebat incultus. ⁊ quia lumen cecis oculis non videbam. non oculoꝝ putabam culpam eſſe ſed ſolis. Dum ita me antiquus ſerpens illuderet: In media ferme quadrageſima medullis infuſa febris corpus inuaſit exhauſtum. ⁊ ſine vlla requie qd dictu quoqꝫ incredibile ſit. ſic infelicia membra depaſta ſunt: vt oſſibus vix hererem. Interim parantur exequie ⁊ vitalis anime calor toto frigeſcente iam corpore. in ſolo tantum tepente pectuſculo palpitabat. Cum ſubito raptus in ſpiritu ad tribunal iudicis pertrahor: vbi tantum luminis erat. ⁊ tantum ex circūſtantium claritate fulgoris vt proiectus in terram. ſurſum aſpicere nō auderem. interrogatus de conditione. chriſtianū me eſſe reſpondi. Et ille qui preſidebat. mentiris ait. Ciceronianus es non chriſtianus. Ubi enim theſaurus tuus ibi ⁊ cor tuum. Illico obmutui. Et inter verbera quibus me cedi iuſſerat. conſcientie magis igne torquebar. illum mecum verſiculum reputans. In inferno autem quis cōfitebitur tibi. Clamare tamen cepi. ⁊ eiulans dixi. Miſerere mei domine miſerere mei. Hec vox inter flagella reſonabat. tandem ad preſidentis genua prouoluti qui aſtabant precabantur vt veniam tribueret adoleſcentie. ⁊ errori penitentie locum comodaret. Exacturus deinde cruciatū. ſi gentilium libros aliquando legiſſem. Ego qui tanto conſtrictus articulo vellem etiam maiora promittere. deum iurare cepi. ⁊ nomen eius obteſtans dicere. Domine ſi vnqꝫ habuero codices ſeculares. ſi legero. te negaui. In hec ſacramenti verba dimiſſus reuertor ad ſuperos ⁊ mirantibus cunctis oculos aperui tanto lachrimarum imbre perfuſos vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec vero inanis ſopor ille fuerat aut vana ſomnia. quibus ſepe deludimur. Teſte eſt tribunal illud ante qd iacui. iudicium teſte eſt quod timui. ita mihi nunqꝫ contingat talem incidere queſtionem. Liuentes habuiſſe me ſcapulas. plagas ſenſiſſe poſt ſomnium. Et tanto dehinc ſtudio. diuina legiſſe qꝫ ꝗ̄ro mortalia ante non legeram. hec omnia Ieronimus.

Rabida febris inuaſit Ieronimū

Iero. rapit ad tribunal xp̄i vbi interrogat.

Iero. flagellat ab Angelis.

Iero. iurat d cetero nō legere libros gentiliū.

Nota Quod Ruffinus aquilegienſis eccleſie preſbyter qui fuit vir elegantiſſimi ingenij. Et qui teſte Genandio in libro viroꝝ illuſtrium. Maximam partem grecoꝝ. bibliothecam latinis exhibuit. Hic in ſecundo libro cōtrouerſiarū aduerſus Ieronimum. qui liber incipit. Superiore quidem libello. cōtra Beatum Ieronimum calide inuehit. dicens eum periurium deteſtabile comiſiſſe. eo ꝙ contra abiurationem quam ſe dicit feciſſe coram chriſto reſidente in tribunali aſiſtentibus Angelis. vbi iurauit ſe ſeculares libros nec lecturum vnqꝫ nec habiturū vt plene ⁊ aperte conſtat in verbis eiuſdem ſupra allegatis. Ex quo Ruffinus irritatus nititur oſtendere ꝙ Ieronimus fuit periurus. ſic dicens. Relegant nunc queſo que ſcribit. ſi vna eius operis pagina eſt que non eum iterum Ciceronianum pronunciet. vbi non dicat. Sed Tullius noſter. ſed Flaccus noſter. ⁊ Maro: Iam vero Chriſippum ⁊ Ariſtidem: Empedoclem ⁊ cetera grecoꝝ auctorum nomina vt doctus videatur ⁊ plurime lectionis. tanqꝫ fumos ⁊ nebulas lectoribus ſpargit. Deniqꝫ inter cetera etiam Pithagore libros legiſſe ſe iactat quos ne extare quidem eruditi homines aſſerunt. Sed iſte ne aliqua ex parte iuramentū ſuum de auctoribus gentilium preteriret etiam ea que non ſunt ſcripta legiſſe ſe ſcribit: Et in omnibus opuſculis ſuis fere multo plura ⁊ ꝓlixiora teſtimonia de his ſuis qꝫ de prophetis noſtris vel apoſtolis ponit. hec

Ruffinus aquilegienſis accuſat Ieronimuꝫ de periurio.

Iterum redarguit eundem.

Jero. ſeipſum purgat a piurio

Ruffinus. Uide plura. que ibi calide obicit contra Jeronimū. ¶ Beatus autem Jeronimus per pulcre detractoris ſui ſingula male dicta eleganti ſtilo refellit ⁊ de periurio ſe purgat in. j. lib. contra Ruffinū. ad Pāmachium ⁊ marcellam. qui liber incipit. Ex veſtris ⁊ multoꝝ litteris didici. ſic dicens. Nunc qd̓ inſtat ꝓ ſacrilegio atqꝫ periurio ſomnij reſpondendū eſt. Dixi me ſeculares litteras deinceps non lecturum. de futuro ſponſio. non de preterito facta eſt memorie abolitio. Et quomodo inquies tenes qd̓ tanto tempore non relegis? Quis veſtrum non meminit infantie ſue? Ego certe vt tibi hominum ſeueriſſimo riſum moueam vt imitteris aliquando Craſſum quem ſemel in vita dicit riſiſſe Lucilius. Memini me puerum curſitaſſe. per cellulas ſeruulorum. diem feriatum duxiſſe luſibus. Et ad horribilium perſonas pauentem de auie

Jero. ꝯtra Ruffinum,

ſinu tractum eſſe captiuum. Et quo magis ſtupeas. nūc cano ⁊ recaluo capite ſepe mihi videor in ſomnis comatulus. ⁊ ſumpta toga ante rhetorem controuerſiolā declamare. Crede mihi multa ad purum recordatur infantia. Si litteras didiciſſes. oleret teſta ingenioli tui quo ſemel fuiſſet imbuta. Etiam aſini ⁊ bruta animalia. ꝙuis in longo itinere, nouerunt ſecundo diuerticula. Miraris ſi ego latinas litteras non ſum oblitus. cum tu grecas ſine magiſtro didiceris. Et parum infra. ita ſubiungit. Satirarū gradus. Pſeudomeni argutias. ſophiſmatū fraudes iurare poſſum me poſtqꝫ egreſſus de ſcola ſum. hec nunqꝫ omnino legiſſe. hec Jero. ¶ Jterū ad magnum Oratorē

Jero. iterum ſe excuſat,

vrbis Rome Jeronimus ſatiſfacit illius queſtioni. Cur ſeculariū litteraꝝ vteret exēplis. vbi docet omnes apoſtolicos tractatores philoſophoꝝ ac poetaꝝ dogmatū eſſe refertos. epiſtola icipit. Sebeſiū noſtrū tuis monitis ꝓfeciſſe. ſic dicēs. Qd̓ aūt queris in calce epiſtole tue. Cur in opuſculis noſtris ſeculariū litteraꝝ interdū ponamus exēpla. ⁊ candorē eccleſie ethnicoꝝ ſordibꝰ polluamus. reſponſuꝫ breuiter habeto. Nūqꝫ hoc quereres niſi te totū Tullius poſſideret. Si ſcripturas ſanctas legeres. ſi interpretes eaꝝ omiſſo ſupcilio euolueres. Quis eni neſciat ⁊ in Moyſe ⁊ i ꝓphetaꝝ voluminibꝰ q̄dā aſſumpta de gētiliū libris. ⁊ Salomonē phus Tyri ⁊ nōnulla ꝓpoſuiſſe ⁊ ali

Jn ſcripturis ſacris allegant gētiles,

qua rn̄diſſe. vn̄ i exordio puer. cōmonet vt itelligamꝰ ſmones prudētie. verſutaſqꝫ vboꝝ parabolas. ⁊ obſcuꝝ ſmōeꝫ. dicta ſapiētū. ⁊ enigmata. q̄ ꝓprie dialecticoꝝ ⁊ phoꝝ ſunt. ¶ Sed ⁊ Paulus aplus Epimenidis poete abuſus verſiculo ē ſcribēs ad Titum. Cretēſes ſemper mēdaces. male beſtie vētres pigri. Cuius heroici Hemiſtichiū

De paulo aplo

poſtea Calimachus vſurpauit. Jn alia quoqꝫ epiſtola. Menādri ponit Senarium. Corrūpunt enim mores bonos cōfabulatiōes peſſime. Et apud Athenienſes in Martis curia diſputās Aratū teſtem vocat. Jpſius enim genus ſumus. ¶ Et paruꝫ infra.

De eodem.

ita ſubiūgit. Quid ergo mirū ſi ⁊ ego ſapientiā ſecularē ꝓpter eloquij venuſtatē. ⁊ mēbroꝝ pulcritudinem de ancilla atqꝫ captiua iſraelitē facere cupio. Et ſi quicquid in ea mortuū eſt ydolatrie. voluptatis. erroris libidinū. vel precido vel rado: hec Jero. Uide ibi qꝫplures viros illuſtres tam grecos qꝫ latinos. quos Jeronimus dicit phiſicis diſciplinis ac ſeculariū litteraꝝ ſcripturis fuiſſe eruditiſſimos. ¶ Sic igit̄ patet ex dictis vera Jeronimi purgatio de periurio. quo a Ruffino Emulo ſuo criminabat̄. Et ꝙ in rei veritate ipſe Jeronimꝰ ante tribunal chriſti ab angelis dei fuit acerrime verberatus eo ꝙ legeret indiſcrete libros Ciceronis. Sed vt correctiꝰ loquamur. dici po

Nota ſolutionē quare Jeronimus fuit verberatus,

teſt, ꝙ ideo Jeronimus fuit ſic verberatus nō q: libros Ciceronis vel alioꝝ gentiliū legeret ſed q: cōtemnebat ſcripturas ſanctoꝝ ꝓphetaꝝ vt dicit Sanctus Thomas. Et ideo ſignanter in verbis ſupra allegatis Jeronimus dicit. Si qn̄ in me, metipſum reuerſus ꝓphetas legere cepiſſem ſermo horrebat incultus.

Septimo Contra p̄dicatores qui ſunt inflati rethorica ⁊ armati dialetica, quorum omnis cura eſt argutijs ac ſophiſmatibus. necnō lima-

tis ac ſpumantibus verbis diſertos ⁊ politos proferre ſermones. vt a cunctis doctio- Contra p̄dicato
res ceteris atq̄ ſententiarum luminaria fore credantur. Sed vt verum fatear. paupe- res inflatos re-
res vetule ⁊ mulierculę: ruſticam homines: ⁊ plebei: ⁊ pariter rudes populi: non indi thorica.
gent huiuſmodi exquiſitis imo obſcuris verboſitatibus que ad rem non pertinent.
Hos arguit Jeronimus in epiſtola reſponſiua ad Damaſcū papam in qua tres que-
ſtiones diſerit. Epiſtola incipit. Beatiſſimo pape Damaſco Jeronimus. vbi in fine Jeronimus.
ſecūde queſtionis. ita inquit. Scio hec moleſta eſſe lectori. ſed de hebraicis diſputan-
tem non decet Ariſtotilis argumēta conquirere: Nec ex flumine Tulliane eloquētie du-
cendus eſt riuulus: Nec aures Quintiliani floſculis. ⁊ ſcholari declamatione mulcen
de: pedeſtris ⁊ quottidiane ſimilis. ⁊ nulla lucubratione redolens. oratio neceſſaria eſt.
que rem explicet. ſenſum ediſſerat obſcura manifeſtet. non que verborum compoſitio
ne frondeſcat. Sint alij diſerti. laudentur vt volunt. ⁊ in flatis buccis ſpumantia ver-
ba trutinent. mihi ſufficit ſic loqui vt intelligar. ⁊ vt de ſcripturis loquens ⁊ diſputans
ſcripturarum imiter ſimplicitatem. hec Jeronimus.
¶ Iterum ad Damaſum papam. vbi Jeronimus explanat viſionem Yſaye qui vi- Jeronimus.
dit dominum ſedētem ſuper ſolium excelſum. Epiſtola incipit. Et factum eſt āno quo
mortuus eſt Ozias rex. dicit ſic. Multo ſiquidem melius eſt vera ruſtice q̃ falſa di-
ſerte proferre. ¶ Et iterum ad Damaſum papam de filio prodigo. Epiſtola incipit.
Beatitudinis tue interrogatio diſputatio fuit. ſic ait. Demonum cibus eſt. carmina Jeronimus.
poetarum. ſecularis ſapiētia. Rhetorum pompa verborum. hec ſua omnes ſuauitate
delectant. ⁊ dum aures verſibus dulci modulatione currentibus capiunt: Animam
quoq̄ penetrant ⁊ pectoris interna deuincunt. Verum tibi cum ſūmo ſtudio fuerint
ac labore perlecta. nihil aliud niſi inanem ſonum ⁊ ſermonum ſtrepitum ſuis lectori-
bus tribuunt. Nulla ibi ſaturitas veritatis. nulla iuſticie refectio reperitur. Studioſi
earum inſame veri ⁊ virtutum penuria perſeuerāt. Huius ſapiētie typus ⁊ in Deute-
ronomio ſub mulieris captiue figura deſcribitur de qua diuina vox p̄cipit. vt ſi iſrae-
lites eam habere voluerint vxorem Caluitiū ei faciat. vngues perſecet ⁊ pilos auſe-
rat. ⁊ cum munda fuerit effecta. tunc tranſeat in victoris amplexus. Hec ſi ſecundum
litteram intelligimus. nonne ridicula ſunt? Itaq̄ ⁊ nos hoc facere ſolemus. quando
philoſophos legimus. quando in manus noſtras libri veniunt ſapiētie ſecularis. ſi qd
in eis vtile reperimus. ad noſtrum dogma cōuertimus. Si quid vero ſuperfluum de
ydolis. de amore. de cura ſecularium rerum. hec radimus. His caluitium inducim⁹.
Hec in vnguium more ferro acutiſſimo deſecamus. hec Jeronimus. ¶ Etiam ad Ne
potianum. in epiſtola que incipit. Petis a me Nepotiane cariſſime ita iquit. Nec Ru Jeronimus.
ſticus ⁊ tantū ſimplex frater ideo ſe ſanctum putet ſi nihil nouerit. Nec peritus ⁊ elo-
quens in lingua extimet ſanctitatē. Multoq̄ melius eſt e duobus in p̄fectis ruſticita
tem habere ſanctā. quam eloquētiam peccatricē. hec Jeronimus. ¶ Et iterū ad Hel-
bidiam vbi explicat duodecim queſtiones epiſtola incipit. Ignota vultu. fidei mihi Jeronimus.
ardore notiſſima: es. In p̄logo eiuſdē. dicit ſic. Nec fulgore ſecularis eloquētie delecte
ris quē vidit ieſus quaſi fulgur cadētem de celo. ſed potius eum reſpice qui non h; de
corem. nec faciē. Homo in plagis poſitus. ⁊ ſciens ferre infirmitatē: Et quicquid ad p
poſita reſpōdero. ſcias me non cōfidentia reſpondiſſe ſermonis. ſed eius fide. qui pol-
licitus eſt. Aperi os tuū. ⁊ ego implebo illud. hec Jeronim⁹. Hinc Paulus p̄dicator
veritatis. j. ad corin. ij. c⁰. ſic ait. Sermo meus ⁊ p̄dicatio mea non in p̄ſuaſibilibus hu Paulus.
mane ſapiētie verbis. ſed in oſtēſione ſpiritus ⁊ virtutis. vt fides veſtra nō ſit in ſapiē
tia hominū ſed in virtute dei. hec Paulus. Quaſi dicat. Predicatio mea nō fuit in
apparētia eloquentie p artem rethorice que cōponit verba limata ⁊ exquiſita ad p̄ſua-

dendum: Aut phiſicis rationibus humane ſapiētie per altitudinē ſermonis. ſed virtu
te ⁊ gratia ſpiritus ſancti.

Cōtra arrogan
tes qui ſpumā-
tibus labijs faci
les ſunt ad mor
dēdum.

Octauo Contra arrogātes ⁊ elatos p̄dicatores qui inflatis buccis ac ſpumā-
tibus labijs faciles ſunt ad mordendum ⁊ ad lacerandum ſcripta vi
rorum illuſtriū. Ut autem doctiores ceteris videātur magna pertractāt ⁊ de feſtucis
trabes: de ſintillis incēdia: de formicis boues: de muſcis falcones cōfingunt. Jeroni-
mus ſimiles arguit in epiſtola ad Auguſtinū. Que quidem incipit. Domino vere ſan
cto ⁊ beatiſſimo pape Auguſtino. ita dicens. Optime nouit prudentia tua vnumquē-
q; in ſuo ſenſu habūdare. ⁊ puerilis eſſe iactantie quod olim adoleſcētuli facere cōſue-
uerant: Accuſando illuſtres viros ſuo nomini famā querere. Nec tam ſtultus ſum vt
diuerſitate explanationū tuarum me ledi putē quia nec tu lederis. ſi nos cōtraria ſenſe
rimus. Sed illa eſt vera inter amicos reprehēſio: ſi noſtra opera non videntes aliorū
iuxta perſium manticam ꝯſideremus. Supereſt vt diligas diligētem. ⁊ in ſcripturarū
cāpo iuuenis ſenē non prouoces. Nos noſtra cucurrimus tēpora ⁊ cucurrimus quan-
tum potuimus. Nunc te currēte ⁊ longa ſpacia tranſmeante. nobis detur otiū. ſimul-
q; vt cum honore tuo ⁊ venia dixerim: Ne ſolus mihi de poetis aliquid ꝓpoſuiſſe vi-
dearis. memēto Daretis ⁊ Entelli ⁊ vulgaris prouerbij q͞ bos laſſus fortius figat pe-
dem. hec Jeronimus. ¶ Et ad Paulinū preſbiterum. de omnibus diuine yſtorie li-

Jeronimus.

bris. Epiſtola icipit. Frater ambroſius tua mihi munuſcula perferēs. ſic ait. Taceo de
meis ſimilibus q̄ ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares litteras venerint ⁊ ſmōe.
cōpoſito aurē populi mulſerint. quicqd dixerint hoc legem dei putāt. Nec ſcire dignant̄
q̄d prophete: quid apoſtoli ſenſerint ſed ad ſenſum ſuū incōgrua aptāt teſtimonia. q̄ſi
grande ſit. ⁊ nō vicioſiſſimū dicendi genus deprauare ſentētias. ⁊ ad volūtatem ſuam
ſacrā ſcripturā trahere repugnantē quaſi nō legerimus homerocētonas ⁊ virgiliocen
tonas. hec Jero. ¶ Conſequēter in prologo libri hebraicarum queſtionū ſuper geneſim
dure redarguit inuidos ⁊ detractores. qui ꝯtra Terētiū: Uirgiliū: Tulliū ac ceteros

Jeronimus.

viros doctiſſimos liuore inardeſcūt. ſic dicēs. Qui i principijs librorum debebā ſecuturi
op̄is argumēta ꝓponere cogor prius reſpōdere maledictis Terētij quippiā ſubſtinēs
qui comediarum prologos in defenſionē ſui ſcenis dabat. Urgebat enim eum Lucius la
uinius noſtro Lucio ſimilis ⁊ quaſi publici Erarij poetam furem criminabatur. Hoc
idem paſſus eſt ab emulis ſuis ⁊ mātuanus vates vt cum quoſdā verſus Homerij trā
ſtuliſſet ad verbum compilator veterum diceret̄. Quibus ille reſpondit. magnarum
eſſe virium Herculi clauam extorquere de manu. Sed ⁊ Tullius qui in arce eloquē-
tie romane ſtetit. Rex oratorū ⁊ latine lingue illuſtrator. repetundarū accuſatur a gre-
cis. Non mirum ergo ſi contra me paruum homūculum imunde ſues gruniant. ⁊ pe-
dibus margaritas conculcent. cum aduerſus doctiſſimos viros: Et qui gloria inui-
diam ſuperare debuerant liuor exarſerit. Uerum hoc illis merito accidit quorum in
theatris. curia. contione. pro roſtris eloquentia perſonabat. Semper enim in propatu
lo fortitudo emulos habet feriuntq; ſummos fulgura montes. Me vero ꝓcul ab vr
bibus. foro. litibus. turbis remotū ſic quoq; vt Quintilianus ait. latentē inuenit inui-
dia. hec Jeronimus.

¶ Nota q͞ viri ingenio ac virtute pollentes ſunt honorandi. exemplo Jeronimi. qui
Origenem quem multi quaſi hereticum criminant̄. ipſe ꝓpter ingenij illius magnitu

Illuſtres viri
ſunt honorandi
exēplo Jero.

dinē extollit. Unde in ep̄la ad Pāmachium ⁊ Oceanum. que incipit. Cedule quas
miſiſtis. ita inquit. Non enim ꝯſueui eorum inſultare erroribus. quorū miror ingenia.
Ipſe ſi adhuc viueret Origenes iraſceretur vobis fautoribus ſuis. Et cum Jacob di-
ceret. Odioſum me feciſtis in mundo. Uult aliquis laudare Origenem? Laudet ⁊

laudo. Magnus vir ab infantia fuit ⁊ vere martiris filius. Alexādrie eccleſiaſticā ſcolam tenuit. ſuccedēs eruditiſſimo viro clemēti pſbitero. Voluptates in tantū fugit vt zelo dei ſed nō ſecūdū ſciam. ferro trūcaret genitalia. Calcauit auaritiā. ſcripturas ſanctas memoriter tenuit. ⁊ in ſtudio explanatōis earū. dieb⁹ deſudauit ac noctib⁹. Mille ⁊ eo amplius tractatus. quos in eccleſia locutus eſt. edidit. Innumerabiles p̄terea comētarios. quos ipſe appellat tomos ⁊ quos nūc p̄tereo ne videar operū eius. indicem texere. Quis noſtrū tanta pōt legere quāta ille ꝯſcripſit? Quis ardentē in ſcripturis animū non miret? Quod ſiquis iudas zelotes oppoſuerit nobis errores eius: Audiat libere. interdū magnus dormitat homerus. hec Iero.

Nono Contra p̄dicatores q ore vipereo detrahūt ⁊ oblocuntur. cōtra p̄latos. principes. clericos. religioſos ⁊ magnates. nō qdem zelo iuſticie vel correctionis. ſed vt cōplaceant ruſticanis. plebeis. ac popularibus. Iſtos vehemēter redarguit Iero. in epiſtola ad Ruſticum monachū. que qdem incipit. Nihil xp̄iano felicius. vbi ſic hʒ. Nulli detrahas nec in eo te ſanctū putes. ſi ceteros laceres. Accuſam⁹ ſepe qđ facimus ⁊ ꝯtra nos metipſos diſerti. in noſtra vitia inuehimur. muti ꝟ eloquētibus iudicātes. hec Iero. ¶ Et ad Demetriadē virginem. in ep̄la que incipit. Si ſūmo ingenio pariqꝫ fretus ſciā. dicit ſic. Viliū ſatis hominū eſt ⁊ ſuam laudē querētiuꝫ alios viles facere. q: alterius vituperatione ſe laudari putāt. Et q ſuo merito placere non poſſunt. placere volūt in cōparatione peiorū. hec Iero. ¶ Iterū ad Furiam de viduitate ſeruāda. Epiſtola incipit. Obſecras litteris ⁊ ſuppliciter deprecaris. ita īquit. Fieri non pōt vt abſqꝫ hoīum morſu quis ptranſeat huius vite curricula. Malorum ſolatiū eſt bonos carpere. dū peccātiū multitudine putāt culpā minui peccatorū. Sed tamē ignis ſtipule cito cōquieſcit. ⁊ exundās flāma deficientibus nutrimētis paulatim emorit. hec Iero. ¶ Etiam ad Pāmachiū in defenſione librorū ꝯtra Iouinianū. Nō intitulat epiſtola ſed liber apologeticus ad Pāmachium. qui liber incipit. Q ꝟ ad te huculqꝫ nō ſcripſi cā fuit ſilētiū tuū. dicit ſic. Si ruſticani hoīes ⁊ vel rethorice vel dialetice artis ignari detraherēt mihi tribuerē veniā imperitie. nec accuſatorē reprehēderem vbi nō voluntatē in culpa cernerē ſed ignorātiam. Nunc vero cū diſerti hoīes ⁊ liberalibus ſtudijs eruditi magis velint ledere q̄ʒ intelligere. breuiter a me reſponſum habeant. corrigere eos debere peccata. nō reprehēdere. Et parū infra ſubdit. Reprehēſores nō audio ſequor magiſtros. hec Iero. ¶ Iterum in eadem epiſtola. dicit ſic. Inuēte ſunt plātine familie ⁊ ſciole tantū ad detrahendū. qui in eo ſe doctos oſtētare velint. ſi oīum dicta lacerēt. hec Ieronimus. ¶ Et in ſermone de quadrageſima q īcipit. Quoniā quō miles ſemꝑ exercet ad p̄lium. ſic ait. Si Aarō ⁊ Maria ꝯtra Moiſen murmurātes dei ꝓ ſeruo ſuo ſenſerē vindictā. quāto magis ſi aliquis noſtrū ꝓpoſitum ſuū vipereo ore lacerauerit. diuina ſentētia punietꝰ. hec Ieronimus. ¶ Et ꝓpterea ad Ruſticū vbi ſupra. de ſe ita inqt. Nō eſt humilitatis mee neqꝫ mēſure iudicare ꝟ ceteris ⁊ de miniſtris eccleſiarū ſiniſtrum quippiā dicere. habeant illi ordinē ⁊ graduꝫ ſuū. hec Ieronimus.

Cōtra p̄dicatores q oblocunt̄ de p̄latis.

Ieronimus.

Ieronimus.

Ieronimus.

Ieronimus.

Ieronimus.

Ieronimus.

Decimo Cōtra p̄dicatores ⁊ rectius ſeductores qui temerario auſu anūtiāt ꝓſperitates ſiue aduerſitates futuras. videlicet. peſtilentias: cariſtias: ſiccitates: tempeſtates: effuſiones ſanguinis. natiuitatē antixp̄i: finem mūdi. ⁊ huiuſmodi. Hos Iero. dure reprehēdit in aurea explanatiōe ſuꝑ Ieremiā ad Euſebiū. li°. iij. vbi ptractat illud Ieremie. xiiij. c. Prophete dicūt eis. Non videbitis gladiū ⁊ fames non erit in vobis ſed pacē verā dabit vobis in loco iſto. Super quo textu dicit ſic. Audiant hec magiſtri qui peccātibus ⁊ in ſuis vitijs permanentibus ꝓſpera pollicent: Et dicunt diuitibus non videbitis gladium tormentorū dei. ⁊ fames non erit in

Cōtra p̄dicatores q prophetāt de corde ſuo.

Ieronimus.

vobis. Saturabimini quippe ſermonibus dei. ⁊ pacem dabit vobis dominus veriſſimam in loco eccleſie. ¶ Et iterũ ibidem. dicit ſic. Quia igitur ꝓphete imo pſeudo ꝓphete falſa polliciti ſunt:

Jeronimus.

Jdeo dominus locutus eſt p Jeremiam. Nolite audire verba pſeudo ꝓphetaruꝫ quia nõ a me miſſi ſunt ſed ſua volũtate venerũt. Unde nequaq̃ ꝓphete ſed diuini ſunt appellandi qui ſeductionẽ populo loquũtur. Multo eniꝫ melius eſt timore penaꝝ emẽdare peccata q̃ ſpe proſperoꝝ diuine ſentẽtie ſubiacere. hec ille. ¶ Jterum ibidẽ pertractans verba Jeremie dicẽtis. Hec dicit dominus de ꝓphetis qui ꝓphetant in nomine meo quos ego nõ miſi. dicentes. Gladius ⁊ fames nõ erit in terra hac. gladio ⁊ fame cõſumentur ꝓphete illi. Sup hoc textu. ita inquit. Caueant pſeudo ꝓphete qui ꝓſpera promittẽdo ſupplantant populum dei ne ⁊

Jeronimus.

ipſi pereant. ⁊ deceptus populus ſimili deleãtur interitu. iaceantq̃ in vijs Jeruſaleꝫ. ꝙ domini p̃cepta calcantes fame ⁊ gladio pereant. ⁊ non ſit qui ſepeliat eos. nec ignominiam eoꝝ puluere operiat penitẽtie. Et ipſi enim ꝓphete ⁊ populus vxoreſq̃ eoꝝ ⁊ filij ⁊ filie omniſq̃ generatio abſq̃ vllo pollicitatore in ſterquilinium erit. hec Jero. ¶ Conſequẽter in quarto libro explanationũ Jeremie ꝓphete. vbi exponit verba Jeremie dicẽtis. xxiij. c°. Ecce ego ad ꝓphetas ſomniantes mẽdatium ait dominus. qui narrãt ea ⁊ ſeducunt populũ meum in mẽdatijs ſuis ⁊ in miraculis ſiue ſtuporibus at

Jeronimus.

q̃ terroribus ſuis. cũ ego non miſiſſem eos nec mandaſſem eis. ſic ait. Semp imitatur mẽdatium veritatẽ. ⁊ niſi habuerit aliquam ſimilitudinẽ recti. decipere non poteſt innocẽtes. Quomodo igitur in priori populo mẽtiebanť prophete atq̃ dicebãt: hec dicit dominus. Et vidi dñm. ⁊ verbum domini qd̕ factũ eſt ad illum ſiue illũ. ſic heretici aſſumũt teſtimonia ſcripturaꝝ. de veteri ⁊ nouo teſtamẽto ⁊ furantur verba ſaluatoris vnuſquiſq̃ a ꝓximo ſuo ꝓphetis ⁊ apoſtolis ⁊ euãgeliſtis ⁊ aſſumũt linguas ſuas vt cordis venena ore ꝓnuntient ⁊ dormitant dormitationẽ de qbus vere dictũ eſt. Dormierũt ſomnum ſuũ ⁊ nihil inuenerũt. Cõminať itaq̃ dominus ſeipſum ꝯtra huiuſcemodi magiſtros. eſſe venturũ. qui ſeducunt populũ eius. in mẽdatijs ſuis. ⁊ in ſtuporibus atq̃ miraculis.

Magna ꝓmittunt vt facile ſeducant.

Magna enim ⁊ incredibilia ⁊ ingẽtia repromittũt vt ſeducãt miſeros. qui nihil ꝓfuerunt populo dei. Et illud implẽt apoſtolicũ docẽtes que nõ oportet turpis lucri gr̃a. qui ſolent malis ꝓſpera. ⁊ bonis ꝯtraria nunciare. hec Jeronim⁹. ¶ Et breuiter ſimilibus ſeductorib⁹ ⁊ pſeudo ꝓphetis. ꝯuenit illud ꝓpheticum. Ue ve qui ꝓphetãt de corde ſuo q ambulãt poſt ſpũm ſuũ. q dicũt hec dicit dñs ⁊ dñs nõ miſit eos. Hinc veritas Actuũ. j. c°. ait. Non eſt veſtrũ noſce tẽpora vel momẽta que pater poſuit i ſua ptãte. Quia ergo p̃cognoſcere futura ſm ꝙ ſũt in ſeipſis ẽ ꝓpriũ diuini

Scũs Tho.

intellectus cui eternitati ſunt oĩa p̃ſentia teſte btõ Tho. in ſa ſe. q. clxxij. ar. j. Jdeo talis p̃cognitio futuroꝝ nõ põt ſciri ab hoie. ſed ſolũ ex reuelatõe diuina. Non mirũ ergo ſi oẽs q voluerũt loqui determinate d̕ rebus futuris inueniunť fallaces.

Undecimo

Contra p̃dicatores ⁊ verius queſtores qui lucra ſectãtes officium xpi ordinarũ in ſalutẽ animaꝝ in vilia lucra ⁊ turpes

Cõtra p̃dicatores q lucra ſectãtur.

queſtus ꝯuertere nõ verecundanť. Jero. ad Algaſiam de qõnibus. xj. noui teſtamẽti ait. Omnis falſa p̃dicatio ſectatur lucra ⁊ gloriam querit humanam. ¶ Etiam in explanatione aurea ſuper epiſtola Pauli ad Titũ quam ſcribit ad Paulã ⁊ Euſtochiũ

Jero.

ſuper illo verbo Pauli. j. c. Oportet epm̃ ſine crimine eſſe. nõ turpis lucri appetitorẽ. dicit ſic. Sunt. n. multi docẽtes que nõ opꝫ turpis lucri gr̃a. q totas domos ſubuertũt ⁊ putãt queſtũ eẽ pietatẽ. Melior ẽ autẽ iuxta Salomonẽ modica acceptio cũ iuſticia q̃ꝫ multa pecunia cũ iniqtate. ⁊ magis eligendũ in pauptate nomẽ bonũ q̃ꝫ in diuitijs nomẽ peſſimũ. hec Jero. ¶ Jteꝝ ibidẽ vbi ꝑtractat illud. Ut potẽs ſit ꝯſolari i doctri

Jeronimus.

na ſana ⁊ ꝯtradicẽtes arguere. ita inqt. Qd̕ eniꝫ maius lucrũ põt eſſe aut qd p̃cioſius

q̃ʒ ſi humanam animā quis lucretur? Omnis igit̃ doctor eccleſie qui ad fidē xpi recta
rōne pſuadet honeſtus lucrator eſt. Et oīs hereticus q quibuſdā pſtigijs hoīes ſallit ⁊
ſallit̃. loquit̃ que nō oportet turpis lucri grā. hec Jero. ❡ Et in epiſtola ad Paulinū
pſbiterum hortatoria ad ꝯuerſationē monaſticam. Epiſtola incipit. Bonus homo d̄
Jeronimus.
bono cordis theſauro. dicit ſic. Criſtianū quē ſenſeris tibi aut ſemp aūt crebro de nū-
mis loquētem excepta elemoſina que indifferēter oībus pȝ. inſtitorēȝ potius habeto q̃ʒ
monachū. Preter victum ⁊ veſtitū ⁊ manifeſtas neceſſitates nihil cuiq̃ʒ tribuas ne fi
liorum panē canes comedant. Uerum xpi templū anima credētis eſt. Jllam exorna. il
lam veſti. illi offer donaria. in illa xpm̄ ſuſcipe. hec Jeronim⁹. Hos pariter arguit Pe
trus apoſtolus in pria ſua epiſtola canonica. v. c. dicens. Paſcite qui in vobis eſt gre-
gem dei. ꝓuidentes: nō coacte ſed ſpontanee ſecūdum deum neq̃ʒ turpis lucri gratia
ſed volūtarie. hec ibi.

Duodecimo Contra predicatores qui tacti vēto humane laudis per
ſigña humilitatis loqunt̃ riſibilia ſabulas. yſtorias leues
Cōtra p̄dicato-
que vanam leticiā ⁊ aures populi multopotius q̃ʒ corda cōmouēt. Jeronimus in que
tores q locuntur
ſtionibus ad Helbidiā. dicit ſic. Difficile dignus preco virtutū xpi inueniri poteſt. q
leuia riſibilia ⁊
in anūciandis illis. nō ſuam ſed eius querat gloriam quē predicat. ❡ Jterū ad Occa-
ſabulas.
num de vnius vxoris viro. Epiſtola incipit. Nunq̃ʒ fili Oceane. ſic ait. Judiciū autēʒ
⁊ ruina diaboli nulli dubiū quin arrogantia ſit. Jncidunt in eā qui in puncto hore nec
Jeronimus.
dum diſcipuli: iam magiſtri ſunt. ❡ Et ad Demetriadē virginem. Epiſtola incipit.
Quāmulti enim ſupbiam libertatis loco ducūt. Adulationē pro humilitate ſuſcipiūt:
Jeronimus.
Maliciam prudētie amplectunt̃ vice. ⁊ ſtulticie ſimplicitatis nomen imponunt. Atq̃ʒ
fallaci ac peſſima decepti ſimilitudine. vitijs pro virtutibus gloriātur. hec Jeronim⁹.
❡ Jterum in eadē dicit ſic. Fictam humilitatē fugiens illam ſectare que vera eſt quaʒ
Jeronimus.
xpus docuit. in qua nō ſit ſuperbia incluſa. Multi enim virtutis eius vmbrā verita-
tem eius pauci ſecuntur. ❡ Etiā Jeronimus ad Cellantiā. Epiſtola incipit. Uet⁹ ſcri
pture celebrata ſentētia eſt. Jta inquit. Humilitas eſt p̄cipua cōſeruatrix ⁊ quaſi que-
Jeronimus.
dam cuſtos virtutū, omniū. nihilq̃ʒ ita eſt. ꝙ ita hominibus gratos ⁊ deo faciat. q̃ʒ ſi vi
te merito magni humilitate infimi ſimus. Propter qd̓ ſcriptura dicit. quāto magnus
es humilia te in oībus ⁊ coram deo inuenies gratiam. Et deus loquit̃ ꝑ prophetā. Su
per quē requieſcā niſi ſuper humilē ⁊ tremētem ſermones meos? Uerūtamē eā humi
litatem ſequere nō que oſtendit̃ aut ſimulatur geſtu corporis. aut fracta voce verboꝝ.
ſed que puro affectu cordis exprimitur. hec Jero. ❡ Jterum in eadem ita ſubiungit.
Jeronimus.
Multo illa deformior ē ſupbia que ſub qbuſdā humilitatis ſignis latet. hec oīa Jero.
❡ Demū idē. ad Bigaū yſpanuʒ cecū. Epl̃a incipit. Quā q̃ʒ mihi multoꝝ ſim ꝯſcius
peccatoꝝ. ſic dicit. Nihil ita a pueritia vitare conatus ſum q̃ʒ tumētem animū ⁊ erectā
Jeronimus.
ceruicē dei ꝯtra ſe odia ꝓuocantē. Noui enim magiſtrū ⁊ dominū ⁊ deum meū in car
nis humilitate dixiſſe. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. hec Jeronim⁹.
❡ Sic igitur patet ꝙ p̄dicator veritatis in oī verbo ⁊ geſtu veram humilitatē ⁊ man-
ſuetudinē oſtēdere dȝ: Exemplo xpi p̄dicatoꝝ pricipis. q ab vtero matris vſq̃ʒ ad ſup-
plitiū crucis verā humilitatē verbo pariter ⁊ exēplo ⁊ p̄dicauit ⁊ docuit.

Tertiodecimo Cōtra p̄dicatores q conant̃ dicer̄ ſubtilia nō vtilia.
puta. de mā p̄diſtinatiōis. de trinitate diuinaꝝ pſo-
naꝝ: Quare deus fecit hoīem peccabilē. de ꝯceptiōe puriſſime virginis ⁊ huiuſmodi
Cōtra p̄dicato-
Quoꝝ oīs diligētia eſt in diſerēdo ⁊ ꝓclamādo curioſa comētaria: Jn qbus paratio-
res q conant̃ di-
res ſunt ad mordēdū q̃ʒ ad reſpōdēdū. ⁊ magis ꝓteruia atq̃ʒ audatia pugnare q̃ʒ rōe.
cere ſubtilia non
❡ Jſtos obiurgat Jero. ſcribens ad Heliodorum epm̄ de Epitaphio Nepotiani.
vtilia.

Et eſt principiuꝫ epiſtole. vbi ait. Grandes materias parua ingenia non ſufferunt ⁊ in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccumbunt. quãtoqꝫ magis fuerit quod dicẽdum eſt tanto magis obruitur qui magnitudinẽ rerum verbis non põt explicare. hec Jeronimꝰ.

Yſidorus.

¶ Hos pariter per pulcre redarguit Yſidorus epiſcopus yſpalẽſis vir eruditiſſimus in .iij. lib. de ſummo bono. c. xliij. ſic dicẽs. Prima quippe prudẽtie virtus eſt eã quaꝫ docere oporteat extiſtimare pſonam. Rudibus populis ſeu carnalibus plana atqꝫ cõmunia. nõ ſumma atqꝫ ardua pdicanda ſunt ne imenſitate doctrine opprimãtur potius qꝫ erudiantur. Unde ⁊ Paulus apoſtolus ait. Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus ſed qſi carnalibꝰ. tanqꝫ paruulis in chriſto. lac vobis potum dedi nõ eſcam. Carnalibus quippe animis nec alta nimis de celeſtibus nec terrena cõuenit predicare. ſed mediocriter vt initia coruꝫ. moreſqꝫ deſiderãt edoceri. hec Yſidorus. ¶ Et idcirco debet omnino pdicator diligẽter cõſiderare: capacitatẽ: ſufficiẽtiam: qualitatẽ auditoruꝫ.

Predicator dꝫ ꝯſiderare capacitatẽ auditoꝝ.

Ut pro ingenio aut ſimplicitate diſcẽtium moderenť verba doctrine. Unde. viij. q. j. cᵒ. oportet. diciť ſic. Oportet euꝫ qui docet ⁊ inſtruit animas rudes eſſe talẽ vt pro ingenio diſcẽtium ſemetipſum poſſit aptare. ⁊ verbi ordinẽ pro audiẽtis capacitate dirigere. Debet ergo apprime eſſe eruditꝰ ⁊ doctus irreprehẽſibilis. maturus. pauidus. hec ibi. Nota cum diciť. Apprime ideſt valde. ⁊ cũ ſubiungit. pauidus. i. timẽs peccare.

Quartodecimo.

Cõtra pdicatores q tangũt qõnes inutiles.

Contra pdicatores qui populo more iudaico genealogias enumerare nituntur. ab Adam vſqꝫ ad Noe. ⁊ a Noe vſqꝫ ad Abraam vel Moyſen. ſup quibus queſtiones tangunt inutiles. vt ex hoc omnes ſcripturas: memoriter tenere credanť. Sunt alij vẽro elationis repleti qui ſe pollicenť de rebus magnis nouis ac inuſitatis verba facturos. Solet enim imperita ruſticitas plura pmittere atqꝫ multo plura credit ſe ſcire qꝫ neſcit. Et ppter

Nota oia diligẽter.

hoc p rectores populi cogunt iudeos venire ad ſermones ſuos. qbus de aduẽtu meſſie: de oraculis patriarcharuꝫ de teſtimonijs pphetaruꝫ mirãda explanare pmittũt. Sed tandẽ qui videbanť parturire montes. vix pariunt ridiculũ murẽ. Nam inter cetera balbuciẽdo vt poſſunt quedam noia barbara ſiue hebrea facilitate verboruꝫ imo audacia ediſſerũt alijs qᵒ ipſi nõ intelligũt. Et quia huiuſmodi noia non ſic aſpiranť. nõ ſic limate pferunť a nobis prout explicãtur ab hebreis. qui a teneris ãnis in his detriti ſunt: Jdeo mouẽtur ad riſum: ad cachinnũ. imo irrident nos ⁊ arguunt imperitie. Nec ipſi propter huiuſmodi verboſitates diſponũtur vel ꝯuertuntur ad fideꝫ catholicam ſed multo potius in ſua pfidia indurãtur. ¶ Jſtos ergo obiurgat Jero. in

Jeronimus.

explanatõe aurea ſup epiſtola Pauli ad Titũ quã ſcripſit ad Paulã ⁊ Euſtochiuꝫ. Unde ſup illo textu Pauli. ij. cᵒ. Stultas aũt qõnes ⁊ genealogias. ⁊ ꝯtentiones ⁊ pugnas que veniũt ex lege deuita. Sunt quippe inutiles ⁊ vane. Jta inquit. Exerceatur ſenſus. mens quotidie diuina lectione paſcať. ⁊ queſtiones noſtre ſtulte nõ erunt queſtiones. Qᵒ aũt ait. Genealogias ⁊ ꝯtentiões ⁊ rixas que veniũt ex lege deuita: Proprie pulſant iudeos qui in eo ſe iactãt vt putent legis habere noticiã. ſi nomina teneãt ſinguloꝝ. que quia barbara ſunt ⁊ ethimologias coꝝ nõ nouimus: Plerũqꝫ corrupte proferũtur a nobis. Et ſi forte errauerimus in accẽtu. in extenſione. ⁊ breuitate ſillabe.

Hebrei irrident ſciolos q hebraice balbutire videntur.

vel breuia producẽtes. vel producta breuiãtes, ſolent irridere nos: imperitie. maxie in aſpiratõibus ⁊ qbuſdam cũ raſura gule literis pferẽdis. Hoc aũt euenit qꝛ ſeptuaginta interpretes p quos in grecum ſermonẽ lex diuina tranſlata eſt. ſpecialiter heth lrãm ⁊ Ayn ⁊ ceteras huiuſmodi. quia cũ duplici aſpiratione in grecã linguã transferre non poterãt. alijs litteris additis expreſſe ſunt. Uerbi cauſa. vt Rachhel rachel dicerent. ⁊ ihherico iherico. ⁊ hhebron hebron. ⁊ ſeor ſegor. Jn alijs vero eos conatus iſte deficit. Naꝫ nos ⁊ greci vnã tantũ. ſ. lrãꝫ habemus. illi vero tres. Samech Sade ⁊ Syn q̃

diuerſos ſonos poſſident. Si igit̄ a nobis hec nominū ⁊ lingue ydiomata. vt videlicet
barbara non ita fuerint expreſſa vt exprimunt̄ ab hebreis. ſolent cachinum atollere et
iurare ſe penitus neſcire quod dicimus. Unde ⁊ nobis cure fuit. omnes veteris legis
libros. quos vir doctus adamātius in exempla digeſſerat. de ceſarienſi bibliotheca de-
ſcriptos ⁊ ipſis autēticis emēdare: In quibus ⁊ ipſa hebrea proprijs ſunt caracterib⁹
verba deſcripta. ⁊ grecis litteris tramite expreſſa diuino. Et infra ita ſubiungit. dicēs.
Rixe quoq; legales penitus reſpuēde ſunt. ⁊ iudeoꝝ ſtulticie relinquēde. Sunt enim

Jeronimus.

inutiles ⁊ vane. que tantū ſpeciem ſciētie habēt. ceteꝝ nec dicētibus nec audientibus
proſunt. Quid enim mihi prodeſt ſcire quot ānos vixit Mathuſalem? quo etatis ſue
anno Salomon ſortitus ſit ꝯiugem? Ac forſitan Roboā vndecimo etatis illius anno
natus eſſe credatur. ⁊ multa iſtiuſmodi que aut difficile eſt inuenire ꝓpter libroꝝ va-
rietatem. ⁊ dum paulatim de inemēdatis inemēdata ſcribuntur errores inolitos. aut
etiam ſi inuenerimus. magno ſtudio ⁊ labore nihil pro futura cognouimus. Frequen-
ter accidit vt habeamus pugnas legis. non ob deſideriū veritatis. ſed ob iactantiam
glorie dum apud eos. qui audiūt doctos volumus extimari. Aut certe ex hoc rumu-
ſculo turpia ſectamur lucra. Quid enim ꝓdeſt ſpumātibus labijs ⁊ latratu garrire ca-
num. cū ſimplex ⁊ moderata reſpōſio aut poſſit te placare ſi vera eſt. aut ſi falſa. leniter
a te ⁊ placabiliter emēdari: hec Jeronimus. ¶ Qua ſentētia datur intelligi ꝙ rixe cō
tentiones ⁊ qōnes de lege ſunt reſpuēde atq; iudaizātibus relinquēde quia plus de-
ſtruunt q̄ꝫ edificent ⁊ ſunt inutiles ⁊ vane vt inqt Paulus. Predicatores ergo q iu-
deos: ſaracenos: mauros: ac ceteros infideles q falſos ritus ac deos colunt. ad cogni-
tionē veritatis reducere cupiunt. potius benignitate: clemētia: affabilitate: dulcedine:
vti debēt. q̄ꝫ aſperitatibus ſiue iniurijs ſiue cominationib⁹. quia teſte Seneca in li°. de
clemētia ad Neronē Ceſarem: Nullū animal moroſius tractādum: nullum maiore ar
te regēdum q̄ꝫ homo. nulli magis parcendū. Et ꝓpterea. xlv. di. c. Qui ſincera. Per
pulcre oſtendit̄ ꝙ nō aſperis ſed blādis ſermonibus ſunt infideles ad fidē ꝓuocandi.
vbi dr̄ ſic. Qui ſincera intētione extraneos a xp̄iana religione ad fidem cupiūt rectam
perducere. blandimētis debent nō aſperitatibus ſtudere. ne quorum mētem reddita
ratio a plano poterat reuocare. pellat procul aduerſitas. Nam quicūq; aliter agunt ⁊
eos ſub hoc velamine a cōſueta ritus ſui. voluerint cultura remouere. ſuas illic magis
q̄ꝫ dei cauſas probātur attendere. hec ibi. Uide plura notabilia in codē. c°. ad hoc no
ſtrum ꝓpoſitum. ¶ Scias ergo ꝙ nunq̄ꝫ fuit ꝯſuetum in eccleſia dei per violentiam
trahere aliquos ad fidem. Et ideo. Eadē. di. c°. de iudeis. Precepit ſancta Sinodus
nemini deinceps ad credēdum vim inferre. Cui enim vult deus miſeret̄. ⁊ queꝫ vult
indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt ſed volētes vt integra ſit forma iuſticie.
Sicut enim homo ꝓpria arbitrij volūtate ſerpenti obediens perijt. ſic vocāte ſe gratia
dei ꝓpria mētis conuerſionē quiſq; credendo ſaluat̄. ergo nō vi ſed libera arbitrij ſui
volūtate ⁊ facultate vt ꝯuertant̄ ſuadendi ſunt. nō potius impellendi. hec ibi.

Curioſitates ſūt
relinquēde.

Cōtētiones ꝯue
niūt iudaizātib⁹.

Seneca.

Dulcedine ac
clemētia ſunt in
fideles trahendi
ad fidem.

¶ Etiam Sanctus Thomas ad hoc ꝓpoſitum in ſa ſe. q. x. ar. xij. vbi. mouet tale du
bium. Utrum pueri iudeorū ⁊ aliorum infideliū inuitis parentibus ſint baptizandi.
dicit ſic. Eccleſie vſus nunq̄ꝫ habuit ꝙ iudeorum filij inuitis parentibus baptizaren-
tur. quāuis fuerint retroactis tēporibus multi catholici principes potētiſſimi vt Cōſtā
tinus Theodoſius qbus familiares fuerūt ſanctiſſimi epiſcopi vt Slueſter Conſtan-
tino. ⁊ Ambroſius Theodoſio q nullo modo hoc ꝑtermiſiſſent ab eis impetrare ſi hoc
eſſet conſuetum rationi. hec Thomas. vide diligenter totum illum articulum San-
cti Thome quia multa aurea notabilia ibidem dicit. ſuper hac materia. ¶ Et ſic pa-
tet ꝙ chriſtiana religio que eſt tota ciuilis ⁊ rōnabilis non vi. ſed rōne ac manſuetu-

Scūs Tho.

Uſus eccl'ie nō
cogit aliquē.

dine ꝓuocat infideles ad cognitionem veritatis. Exemplo xp̄i. qui dicebat. Diſcite a me q: mitis ſum ⁊ humilis corde.

Predicatores debent cogitare dignitatē officij ſui.

Quibus virtutibus debēt ornari p̄dicatores.

Quintodecimo. Pro ſumma omniū. p̄dicatores veritatis debent ſeuero cordis examine interiora diſcutere ⁊ diligētius cogitare. que qualis ⁊ quāta ſit dignitas euangelizandi verbū dei. Sicut enim officium p̄dicationis inter omnia exercitia chriſtiane religionis eſt nobiliſſimū: digniſſimum: ac meritiſſimū a rege xp̄o pro ſalute omniū inſtitutum: Ita ↄuenit imo expedit p̄dicatores eſſe manſuetos: pios: clemētes: benignos: doctos: morigeratos: humiles: irreprehēſibiles: imaculatos: intactos: vt quicūq; eos viderit ſtupeat ⁊ admiret̄ atq; pronūciet ⁊ dicat. Hi homines dei ſunt quoꝝ talis eſt ↄuerſatio. Unde veritas Math. v. c. ait. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videāt opera veſtra bona ⁊ glorificent patrem veſtrū qui in celis eſt. Sic igitur p̄dicator ſe cunctis exhibere debet. ſic viuere. ſic cōuerſari. vt nemo ſit qui eū videre non velit ⁊ qui eū non audire deſideret.

Lingua p̄dicatoris ē diſcrete regenda.

O quāta prudētia ſermo p̄dicatoris temperādus eſt. Et quāta arte diſcretionis lingua eius regēda. Cum enim diuerſa ac varia ſint auditoꝝ vitia. neceſſe eſt vt verba eius ſingula ſingulis inueniant̄ cōgrua. Sic ſuperbis p̄dicanda eſt humilitas: ne timidis augeat̄ metus. Sic timidis infundatur audatia: vt tamē diſcolis nō creſcat effrenatio. Sic ↄtinentibus laudet̄ virginitas vt cōiugatis deſpecta nō videat̄ fecunditas. Sic deniq; explicanda ſunt bona anime. ne ex latere iubeant̄ mala corporis.

Yſidorus.

¶ Hinc Yſidorus. in. iij. li°. de ſummo bono. c. xliij. dicit ſic. Non oībus vna eademq; doctrina eſt adhibēda. ſed pro qualitate morū diuerſa exhortatio erit doctoꝝ. Nam quoſdā increpatio dura quoſdā vero exhortatio corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diuerſo medicamine ſeruiunt: Ita vt iuxta vulneꝝ varietates medicina diuerſa ſit: Sic ⁊ doctor eccleſie ſingulis quibuſq; hominibus: congruū doctrine remediū adhibebit: ⁊ quid cuiq; oporteat. ꝓ etate: pro ſexu ac ꝓfeſſione anūtiabit. Nō omnibus ea que ſunt clauſa aperiēda ſunt. Multi ſunt enim qui capere nō poſſunt. qbus ſi indiſcrete manifeſtentur, ſtatim aut detrahunt aut negligunt. hec Yſidorus.

Euſebius ad predicatores. pulcre loquit̄.

Plures ſūt agitati vento ⁊ aura hūani fauoris.

Quia ergo Officium veri p̄dicatoris non in verboꝝ ſtrepitu nec in fulgore ſecularis eloquētie. ſed oīs gloria: omnis laus: omnis ꝑfectio eius in operū virtute principaliter ↄſiſtit: Ideo omne ſtudiū: totam ſui fiduciā in operis efficatia reponat. q: planius: rectius: copioſius: laudabilius: ac fructuoſius eſt exēplo docere q̄ʒ voce. Hinc Euſebius cremonēſis diſcipulus Jeronimi ad Damaſum ep̄um portuēſem: De vita ⁊ tranſitu beati Jeronimi. c. vij. notabilē ſententiam ad p̄dicatores ſcribit. quā hoc in loco ānectere curaui. Ita inquiēs. Eſt enim p̄dicator ſal ſus: gladius anceps. Hinc ſcindit opere ⁊ exēplo: Hinc ꝑimit ⁊ interficit verbis doloſis ⁊ iniqs. Quomodo ignis frigiditatē donat? Aqua caliditatē? Lapis quomodo ſurſum gradit̄? Et vir luxurioſus quā p̄dicabit caſtitatem? Et ſi p̄dicat que audiētibus inde veniet vtilitas? Quid pōt dicere audiens niſi quare voce p̄dicas que opere denegas? Bene loquēs ore ⁊ male viuens ope. ſemetipſuʒ damnat. Ecce quātum deo talis p̄dicatio ſit acceptabilis oſtendit̄ p pſalmiſtam. Peccatori aūt dixit deus. Quare tu enarras iuſticias meas ⁊ aſſumis teſtamentū meū p os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam ⁊ ꝓieciſti ſermones meos poſt te. Multi legunt grādia: Adiſcunt ardua. ſubtiliter diſputant. ornate locunt̄. vt a populo honores capiant in plebibus magiſtri nominentur ⁊ nihil faciunt. Si experto creditur. mihi credite. Plus mouet corda hominū vite ſanctitas: q̄ʒ ornata colloquia. Facite ⁊ poſtea p̄dicate. Ualet facere ſine predicare. ſed nō predicare ſine facere. Nō dixit deus qui predicauerit volūtatem patris mei.

ſed qui fecerit. Non vitupero predicatores niſi nō facientes ea que predicant. Subtilium verboꝝ doctor tantum. ⁊ non operum. eſt quedam leuis aurium inflatio ⁊ veritatis fumus cito ſine fine pertrāſiens. hec Euſebius. ¶ Criſoſtomus pariter ſuper illo verbo. Queccūqꝫ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite. Math. xxiij. c. ſic ait. Frequenter enim de malo homine bona doctrina ꝓcedit ſicut terra vilis p̄cioſum aurū ꝓducit. Nūquid ꝓpter villem terrā p̄cioſum aurum cōtemnit? Igitur ſicut aurū eligit̄ ⁊ terra relinquit̄. Sic ⁊ vos doctrinā accipite ⁊ mores relinquite. Et iterum ibidē. Doctrinam accipiamus nō mores. apibus herbe nō ſunt neceſſarie ſed flores. ſic ⁊ vos flores doctrine colligite ⁊ conuerſationē relinquite. Et iterū Criſoſtomus ibidē ita ſubiungit. Fidem predicant ⁊ infideliter agunt. Pacē alijs dant ⁊ ſibi non habēt. Veritatē laudant ⁊ mēdatia diligunt. hec Criſoſtomus. ¶ Etiam Yſidorus in. iij. lib. de ſummo bono. c. xxxvij. ſic dicit. Interdū doctoris vitio etiā ipſa vera doctrina vileſcit. qꝛ dum nō viuit ſicut docet. ipſam quā p̄dicat veritatē cōtemptibilē facit. Arcus peruerſus eſt lingua magiſtroꝝ docentiū bene. ⁊ viuentiū male. Et ideo quaſi peruerſo arcu ſagittā emittunt. dum ſuam prauā vitā ꝓprie lingue ictu confodiunt. Qui diuina predicant ⁊ eiuſdē p̄dicationis dignitate viuere minus curant. habētes verbū dei in ore. ⁊ in opere non habētes. multa bene docētes. nihil autem operātes. imitant̄ Baalam Ariolum qui corruēs opere. apertos habuit oculos ad contuendā lucē doctrine. Qui bene docet ⁊ male viuit. tanqꝫ es aut cimbalum ſonū facit alijs. ipſe tamen ſibi manet inſenſibilis. Qui bene docet ⁊ male viuit. qd̄ docet bene viuentibus proficit. qd̄ vero male viuit ſeipſum occidit. Sicut ſacerdos qui ſi digne agit vt ſacerdotem decet. miniſterium eius ⁊ ipſi ⁊ alijs vtile eſt. Indigne aūt viuēs. alijs quidē vtilis eſt loquendo. ſe autē interficit praue viuēdo. Ac ꝑ hoc qd̄ in illo mortuū eſt ꝓpriū eius eſt. qd̄ vero viuit in eo ideſt ſacrū miniſteriū alienum eſt. Qui bene docet ⁊ male viuit. equatur ereo. qui bonam quidēꝫ alijs lucem preſtare. ſe vero in malis ſuis conſumere videtur atqꝫ extinguere. Qui bene docet ⁊ male viuit videtur bonum malo cōiungere. lucem tenebris cōmiſcere. veritatem mendatio mutare. hec Yſidorus. ¶ Ex dictis ergo patet de vndecima perſecutione eccleſie dei que continue exercetur per falſos et ignorantes cōfeſſores ac p̄dicatores.

Criſoſtomus cōtra predicatores falſos.



Yſidorus.

Predicatores falſi imitāt̄ baalam Ariolum.

De duodecima Perſecutione eccleſie qua acerrime affligit̄. ⁊ anguſtijs p̄mit̄ a cunctis peccatoribus quoꝝ princeps eſt Antixp̄s.

Duodecima Et vltima perſecutio eccleſie dei exercet̄ multipliciter per ſuperbos ⁊ arrogantes peccatores: homicidas: rapaces: ſimoniacos: ſacrilegos: libidinoſos: adulteros: gancones: maledicos: blaſſematores: ſanguinarios atqꝫ per ceteros criminū reos. Nam eccleſia tot habet ꝑſecutores quot peccatores. Omnia quippe peccata mortalia contrariant̄ fidei catholice. quia anime fidelium per illa ſeparantur a gremio eccleſie dei ⁊ traduntur morti perpetue. Si ergo per peccatum mortale anima rationalis occiditur. iuxta illud Ezech. xviij. c°. Anima que peccauerit ipſa morietur. Cogita diligentius ſi potes. ſi ſufficis quot animarū milia a diabolo illaqueantur. quot iugulantur. quot ſtrangulantur. Puto veraciter. qꝫ p̄ multitudine horribilium peccatorum que fiunt in orbe vniuerſo. nō poſſit animaꝝ perditio dinumerari. O qꝫ grādis O qꝫ terribilis eſt iſta perſecutio in eccleſia dei. ¶ Vt autem aliqualiter percipere valeamus quanta

Eccleſia dei tot hꝫ perſecutores quot peccatores

Multitudo peccantiũ eſt maxima.

ſit multitudo peccantiũ. cogitemus totam orbis rotũditatem triphariẽ diuiſam. ſ. in Aſiam: Africam: ⁊ Europã. Deinde reſpiciamus Barbaras nationes ⁊ pariter omnem Turchoꝝ ac Saracenoꝝ perfidiam que totam Aſiam ⁊ Africam necnõ partem Europe amplectũť. Jn quibus lex Machometica vexilla ſue falſitatis erexit. ¶ Luſtremus Aſiam que ſolam mediã partem capit totius orbis ⁊ que a parte meridiana

Aſia medietatẽ capit toti⁹ orbis.

per orientẽ vſqꝫ ad ſeptẽtrionalem plagam peruenit. Jn qua ſunt regiones magne ⁊ ꝓuincie multe. ſumpto initio a paradiſo qui eſt locus in orientis partibus. India: Aſiria: Perſida: Meſopotamia: Babilonia: Arabia: Phenicea: Siria: Partia: Paleſtina: Egiptus: Canopea: Sithia: Bactria: Hircania: Albania: Armenia: Cappadotia: Judea: Samaria: Galilea: Pentapolis: Bitinia: Galatia: Phrigia: Pãphilia: Lidia: Cilitia: Licia: ⁊ alie ꝗ̃plures. ¶ Et cõſequenter reſpiciamus Africaꝫ que

Africa.

illam orbis partem amplectiť que eſt a meridie vſqꝫ ad occidentẽ. Vel Africa a Nilo inchoat vſqꝫ ad extremuꝫ occidentis. in qua ſunt Barbaroꝝ multe ꝓuincie ac varie infidelium nationes necnõ ſolitudines inacceſibiles que etiã baſiliſcos ſerpẽtes creãt. Cogita ergo in his mundi partibus diuerſaꝝ imo pene inumerabiliũ gentium errores. ⁊ quantoꝝ infidelium ritus. ⁊ qualiter vbiqꝫ reſonat Saracenoꝝ: Turchoꝝ: Arabum: ac Barbaroꝝ perfidia. Vbiqꝫ Machometus homo infamis ac ſcelerũ princeps. venerať. extolliť. adorať. Quo fit vt inumerabiles anime indiſciplinate a via veritatis oberrantes. tẽdant in laqueos eterne mortis.

Taceo Europam que a ſeptẽtrione vſqꝫ ad occidentem ꝓgreditur. Europa enim opponitur Africe ⁊ inchoat a fluuio Thanais vſqꝫ ad extremum occidentis Hiſpanie. Jn qua ſunt Hiſpania: Datia: Germania ſuperior ⁊ inferior. Jtalia quoqꝫ ⁊ Gallia ac ꝓuincie multe ⁊ regiones varie atqꝫ diuerſaꝝ gentiuꝫ

Europa ꝑ maiori parte a xp̃ianis poſſideť.

nationes tam vita ꝗ̃ moribus admirabiles. Hãc igitur Europã ꝑ maiori parte chriſtiana religio poſſidet. que ſola licet ſit lumine veritatis apertius illuſtrata eſt tamen multitudine horribilium peccatoꝝ reſperſa. Cogita precor quãtoꝝ peccatoꝝ maculis ſit ſordidata. videlicet. ſuperbie: ambitionis: arrogantie: preſumptionis: temeritatis: ingratitudinis: blaſſemie: ypocriſis: auaritie: rapacitatis. Conſidera etiam fraudes: diſcordias: rixas: odia: partialitates: ſuſurrationes: emulatiões: vſuras: ſimonias: ſacrilegia: maledictiones: homicidia: adulteria: torpores: negligentias: deriſiones: põpas: vanos ornatus: ebrietates: comeſſationes: loquacitates: ſcurrilia verba: turpitudines: libidinoſa incendia. Quibus ſordibus chriſtianoꝝ anime quaſi greges ouium

Omnes ſtatus eccleſie peccatis ſunt corrupti.

a lupis infernalibus deuoranť: mactanť: occiduntť. Omnes quippe ſtatus eccleſie iaꝫ iam corrupti ⁊ abhominabiles facti ſunt vt ꝓclamare libeat cum deuotiſſimo doctore Bernardo qui ait. Receſſit lex a ſacerdotibus. diſciplina a ſcolaribus. iuſticia a principibus. defenſio a militibus. cõſilium a ſenibus. timor a iuuenibus. paciencia a pauperibus. pietas a diuitibus. bonitas a ciuibus. veritas a mercatorib⁹. religio a clericis. deuotio a religioſis. humilitas a nobilibus. fides a populo. caritas a mundo. amor a parentibus. obediencia a filijs. cuſtodia a prelatis. reuerentia a ſubditis. equitas a iudicibus. legalitas a conſulibus. concordia a fratribus. familiaritas a ſororibus. fidelitas ab operarijs. manſuetudo a potentibus. ſcientia a doctoribus. modeſtia a coniugatis. pudicitia a viduis. integritas a virginibus. fiducia a cunctis. nuncqꝫ chriſtus alienus habetur ab omnibus. hec Bernardus. O quãtis doloribus. O quãtis gemitibus ⁊ lachrimis affligitur ⁊ continue anguſtiatur ſancta mater eccleſia ꝓpter tam grandem animaꝝ perditionem. Letatur quidem eccleſia leticia inenarrabili ſi augeatur animaꝝ lucrum. ſed magis dolet ad vnius anime dãnũ. Jdeo tot patitur dolores

Paulus.

quot animaꝝ perditiones. Hinc Paulus predicator veritatis totus ardore vere dile-

ctionis cōcrematus.in perſona eccleſie.ij.ad Corin.xj.c.ait.Quis infirmať ⁊ ego non infirmoꝛ?Quis ſcandalizať ⁊ ego non vroꝛ?Et.j.ad Corin.ix.c.inquit.Factus ſum iu deis tanꝙ iudeus vt iudeos lucrarer.Factus ſum infirmis infirmus.vt infirmos lu crifacerem.Omnibus omnia factus ſum vt omnes facerem ſaluos.hec Paulus.Et ad Romanos.j.c.Grecis ⁊ Barbaris ſapientibus ⁊ inſipientibus debitoꝛ ſum.Nō mireris ſi Paulus vas electionis tanto ardoꝛe cordis ferebať ꝓ ſalute p̄ximoꝝ.qꝛ ſi cut nullum eſt maius aut p̄cioſius lucrū ꝙ ſi animā rōnalem quis lucreť.ita nullum grauius damnū excogitari poteſt ꝙ animas perdere.Hinc Jero.Nullū maius ſacri ficium deo offerri poteſt ꝙ zelus animaꝝ.¶ Et ꝓpterea Criſoſtomus deploꝛās per ditionē anime rōnalis ſuper oīa regna mūdi.in principio p̄mi libri de reparatiōe la pſi.ita inquit.Licet enim nō vrbes multe nec gēs integra lamētāda mihi ſit.anima tñ deflēda eſt multis gētibus nobilioꝛ.multiſꝫ vrbibus p̄cioſioꝛ.Nam ſi vnus qui fa cit voluntatē dei melioꝛ eſt ꝙ multitudo iniquoꝝ.melioꝛ ergo ⁊ tu eras quondam ꝙ multitudo iudeoꝝ.Propter qḋ nemo mireť ſi foꝛte ꝓlixioꝛibus ego nunc vtar lamē tationibus ⁊ amarioꝛes ꝓfundam fletus ꝙ tunc ꝓpheta ꝓfudit.Non enim vrbis ex cidia defleo nec vilis vulgi captiuitatē lamentoꝛ.ſed inſignis anime lapſum.⁊ templi in quo chriſtus habitabat excidium.Siquis enim anime oꝛnamenta nouit que nunc diabolica flāma cōſumpſit:lamentabitur que ego quoꝫ defleo ⁊ lamentoꝛ.hec Cri ſoſtomus.¶ Ex dictis liquet ꝙ grauis ⁊ ꝙ difficilis ſit tribulatio ⁊ afflictio eccleſie ꝓpter multitudinē hoꝛribilium peccatoꝝ.quibus anime ſeparanť ab ea atꝫ in eter na deputantur ſupplicia.

Idem.

Paulus.

Jeronimus.

Criſoſtom⁹ de ploꝛat ꝑditionē anime rōnalis.

Scias ergo Pro vera ac catholica cōcluſione.ꝙ omne peccatū moꝛta le ꝯtrariať xp̄o.eccleſie ac fidei catholice.Et ideo quicūꝫ ꝓ modica delectatione dederit animam ſuam ꝓ qua chriſtus ſe tradidit in moꝛtem. chriſtum ſtultum reputat mercatoꝛem.eccleſiam negligit ⁊ fidem abnegat.Hoc enim mirabile ſacramentum quottidiano ꝓbamus experimento.ſ.de eo qui eſt in pecca to moꝛtali.qui non guſtat dulcedines nec ſentit delectationes ſpirituales catholice ve ritatis.quas ſentit ille qui eſt in ſtatu gratie vel mundus a peccato moꝛtali.quia diui na gratia eſt quidam ſplendoꝛ illuſtrans animam.quo erigitur ⁊ foꝛtificať ad intuen dum ⁊ ad deguſtandum altitudinem ſacramentoꝝ fidei catholice.ſed ꝙ p̄mum te nebꝛa peccati moꝛtalis ingrediť ad animam.illico radius diuine gratie recedit ab ea ⁊ que p̄ius erat tota rutilans pulcra ⁊ ſplendida remanet turpis:rabida:⁊ obſcura.ſi ne guſtu aliquo rerum diuinaruꝫ.Sic enim obnubilatur intellectus noſter a tenebꝛa peccati moꝛtalis.vt non poſſit eleuare aciem claritatis ſue ad intuendum excellentiam luminis fidei catholice.Hinc Dauid in pſal.ait.Supercecidit ignis.ſ.peccati ⁊ non viderunt ſolem vere claritatis fidei vel gratie.Propterea Sophonias.j.c°.ait.Am bulabunt vt ceci quia domino peccauerūt.Super quo textu Jeronimus in explana tione aurea ſuper Sophoniam ꝓphetam ad Paulam ⁊ Euſtochiū.dicit ſic.Am bulabunt vt ceci qꝛ lumen perdidere virtutū ⁊ locum penitentie non habebunt ⁊ hec pacienter qui domino peccauerunt.Si enim dominus iuſticia eſt.veritas.ſanctitas. ceterꝫ virtutes quiſquis iniuſte fecit ⁊ mentitus eſt ⁊ ſcoꝛta vitiaꝫ ſectatus eſt.do mino peccauit.hec Jeronimus.¶ Etiam ꝓuerbioꝝ.iiij.c.dicitur ſic.Via impioꝝ te nebꝛoſa neſciunt vbi coꝛruant.Et Dauid in pſal.lxxxj.Neſcierunt neꝫ intellexerunt in tenebꝛis ambulant.Super quo paſſu Jero.in expoſitione ſuper pſalteriū.dicit ſic. Neſcierunt me neꝫ intellexerunt iudicium meum.in tenebꝛis ambulant quia dere liquerunt lucem ⁊ ꝓpterea in tenebꝛis ambulant.Ego dixi vos eſtis lux mūdi ⁊ vos declinaſtis a luce ⁊ facti eſtis tenebꝛe.hec Jeronimus.Et ſic patet ꝙ peccatoꝛ per pu-

Peccatū moꝛta le cōtrariať xp̄o ⁊ eccleſie.

Intellectus noſter obnubilať a tenebꝛa peccati.

Jeronimus.



Jeronimus.

uationem luminis gratie perdit guſtum bonoꝝ ſpiritualium tam chriſti q̃ꝫ eccleſie ac fidei catholice. ¶ Sicut enim filij iſrael. mãna ſuauiſſimuꝫ deſerentes cucumeres: pepones: porꝛos: cepaſqꝫ deſiderauerunt. ſic peruerſe mentes cum donum diuine gratie deſpiciunt. carnales voluptates ⁊ laborioſa huius vite itinera lachrimis plena concupiſcunt. Et idcirco q̃ꝫto magis homo a peccatis fuerit purioꝛ tanto magis cõfirmabitur in fide chriſti. Sic per oppoſitũ q̃ꝫto homo plura peccata cõmittit tanto magis elongat a fide ⁊ minus ſentit cõſolationes ſpiritus ſancti. Hinc Jo. xiiij. c. per os veritatis. dicitur ſic. Ego rogabo patrem ⁊ alium paraclitũ dabit vobis vt remaneat vobiſcum in eternũ ſpiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere q: non videt eum nec ſcit eum. Uos autem cognoſcetis eum q: apud vos manebit ⁊ in vobis erit. hec ibi. Jterum Jo. xv. c. habet ſic. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis qui a patre ꝓcedit. ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimoniũ perhibebitis q: ab initio mecum eſtis. hec ibi. Etiam. j. Jo. v. c. Spiritus eſt qui teſtificat quoniam chriſtus eſt veritas. Eſt igitur fides catholica in anima rationali ſicut lampas. q: ſicut lampas totam illuminat domum ſic fides animaꝫ. teſte Criſoſtomo. ¶ Quapꝛopter gratia ſiue fides catholica eſt illa ſapientia de qua dicit ſapientie. j. c. Jn maliuolã animã non introibit ſapientia. ſ. diuine gratie vel fidei. nec habitabit in coꝛpoꝛe ſubdito peccatis. quaſi dicat. Sicut vnum contrarioꝝ non cõpatitur ſuum contrariũ. ſic pariter gratia ſiue fides que ſunt optima bona. nullomodo cohabitant cum malitia peccati. Et ideo Bernardus ſuper Cantic. dicit. Plus longe nocet falſus catholicus q̃ꝫ ſi verus appareat hereticus. Et iterum Bernardus. Omnino proditoꝛem ſe eſſe nouerit quicunqꝫ eſt ille qui vitia quelibet in hanc domũ eccleſie conat inducere. ⁊ templum dei ſpeluncam vult facere demonioꝝ. Et ſic patet ꝙ peccata cõtrariant eccleſie fidei catholice ⁊ per ꝯſequens fides chriſti tot habet perſecutoꝛes quot habet obſtinatos peccatoꝛes.

Nota.

Peccata hoĩeꝫ elongãt a fide.

Fides catholica eſt vera ſapiẽtia

Bernardus.

¶ De vltima perſecutione Antixp̃i filij ꝑditionis que erit valde terribilis vltra q̃ꝫ dici aut credi poſſit.

Hanc igitur Perſecutionem arrogantium peccatoꝛum proſequetur illa acerrima perſecutio futura per Antichriſtum qui omnium peccatoꝛum erit pꝛinceps ⁊ magiſter. que ſignificatur a Daniele propheta ſub ſimilitudine beſtie que erat alijs diſſimilis habens dentes ferreos. ¶ Ad maioꝛem autem euidentiam conſiderandum eſt ꝙ Daniel propheta in. vij. c°. ſue pꝛophetie. raptus in ſpiritu dicit ſe vidiſſe quattuoꝛ beſtias grandes que aſcendebant de mari. ideſt de mundo. quia ſecundum Jeronimum in explanatione aurea ſuper Danielem. ſuper eodem paſſu. Mare mundum iſtum ſeculumqꝫ ſignificat ſalſis amariſqꝫ fluctibus redundantem. ſicut dominus in parabola Sagene miſſe in mare interpꝛetatur. hec Jeronimus. Per iſtas autem quattuoꝛ beſtias ſignificantur quattuoꝛ pꝛincipales perſecutiones quas paſſura erat eccleſia. ¶ Pꝛima ergo beſtia deſcribitur ſub ſimilitudine Leene que perſecutionem romanoꝛum pꝛincipum figurabat propter ſeuitiam ⁊ crũdelitatem: Quia Leena eſt ferociſſima ⁊ audaciſſima inter cetera animalia. Unde Jeronimus in explanatione ſuper Danielem. vij. c°. dicit ſic. Aiunt enim hi qui de beſtiarum ſcripſere naturis Leenas eſſe ferocioꝛes maxime ſi catulos nutriant. ⁊ ſemper geſtire ad coytum. hec Jeronimus. ¶ Yſidoꝛus quoqꝫ in. xij. libꝛo Ethimolo. ij. c°. dicit. Leo grece latine rex interpꝛetatur eo ꝙ ſit pꝛinceps omniũ

Jeronimus.

Quattuoꝛ beſtie quattuoꝛ ꝑſecutoꝛes denotãt.

Leena ꝑſecutioneꝫ romanoꝝ ſignificat.

Ambroſius.

beſtiarum quorum virtus in pectore: firmitas in capite eſt. Et Ambroſius in. vj. lib. Exameron. inquit. Leo natura ſuperbus ferox aliarum ferarum generibus miſcere ſe neſcit. ſed quaſi rex quidam: plurimorum dedignatur conſortium. Sunt qui dicunt Leonem eſſe tante ferocitatis vt prouocatus nec mortem timeat nec periculo mortis a furoris ſui impetu ſe retardet. Hinc Salomon prouerbiorum. xxx. cap. Leo inquit ferociſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Sic igitur per Leenam apta ſignificatio perſecutionis romanorum principum datur intelligi. qui velut Leones ſuperbiſſimi ac ferociſſimi contra eccleſiam per diuerſa tormentorum ac ſuppliciorum genera deſeuierunt vt latius in prima perſecutione dictum eſt. ¶ Secunda beſtia quam vidit Daniel fuit ſimilis Vrſo. Eſt autem Vrſus ſecundum Ambroſium. in. vj. libro Exameron. Fera plena fraudibus ⁊ fertur informes vtero partus edere. ſed natos lingua lingere atqꝫ in ſpeciem ſui ſimilitudinemqꝫ formare. Etiam Yſidorus in. xij. libro Ethimolo. caplo ſcdo. dicit. Vrſorum caput inualidum vis maxima in brachijs ⁊ in lumbis eſt. vnde interdum erecti inſiſtunt. Eſt quoqꝫ Vrſus animal deforme: imundum ⁊ ſolitarium: malitioſum: ſeuum: ⁊ inquietum: ⁊ ſolet in abditis: ſiluis: ⁊ ſolitudine habitare. Hec beſtia tam deformis ⁊ mõſtruoſa. fraudibus plena ⁊ debilis in capite perſecutionem hereticorum conuenienter ſignificat qui erroribus ac falſis doctrinis multos in eccleſia corruperũt. ſed fuerunt velut Vrſus debiles in capite. ideſt in fide catholica. De hac autem perſecutione iam ſupra habitum eſt. ¶ Tertia beſtia erat ſimilis Pardo. Pardus autem per totum corpus maculis quibuſdam reſpergitur. Iſta igitur coloris varietas perſecutionem hypocritaruꝫ figurabat. Sunt enim hypocrite diuerſi ac varij coloris. interius ⁊ exterius. Nam ſimulant exterius bonitatem. interius vero ſunt peſſimi ⁊ repleti omni miſeria ſicqꝫ ſub diuerſo colore ſanctitatis multos decipiunt vt in ſeptima perſecutione dictum eſt. ¶ Quarta beſtia a Daniele non nominatur expreſſe nomine proprio ſed deſcribitur terribilis atqꝫ ab alijs diſſimilis. Verba Danielis. ſunt iſta. Poſt hec aſpiciebam in viſione noctis ⁊ ecce beſtia quarta terribilis atqꝫ mirabilis ⁊ fortis nimis. dentes ferreos habebat magnos. comedens atqꝫ cõminuens ⁊ reliqua pedibus ſuis conculcans. Diſſimilis autem erat ceteris beſtijs quas videram ante eam. ⁊ habebat cornua decem. hec Daniel. Nota ꝙ Daniel vt hanc beſtiam cunctis formidoloſam faceret nomen eius tacuit. quatenus intelligeremus perſecutionem Antichriſti que per eam ſignificatur valde duriorem ac ceteris ferociorem quam eccleſia erat paſſura.

Salomon.

Vrſus eſt fera fraudib⁹ plena.

Yſidorus.

Vrſus ſignificat pſecutionem hereticoꝶ.

Pard⁹ pſecutionem hypocritaꝶ denotat.

Quarta beſtia terribilis ſignificat Antixp̄um.

¶ Circa finem mundi multa admiranda fient.

Vt autem plenior Intelligentia habeatur iſtius nouiſſime perſecutiõis qua tota ſancta eccleſia ab Antichriſto grauiſſime flagellabitur. Conſiderandum eſt ꝙ circa finem mundi ante diem iudicij multa admiranda fient. vt diffuſe patet tam per propheticas q̃ʒ euãgelicas atqꝫ apoſtolicas ſententias. Sunt preterea multa ſanctorum doctorum teſtimonia que idem approbant. Sed tantas allegationes velle adducere breuis ſcriptura non patitur. Ideo vt ceteros taceam. Auguſtinus loquens de ſignis que euenient circa finem mundi. in. xx. libro de ciuitate dei. caplo vltimo. in fine eiuſdem ita inquit. In illo itaqꝫ iudicio vel circa illud iudicium has res futuras eſſe dicimus. Helias Teſbiten: fidem iudeorum: Antichriſtum perſecuturum: chriſtum iudicaturum: mortuorum reſurrectionem: bonorum malorumqꝫ direptionem: mundi conflagrationem: eiuſdẽ

Auguſtinus.

renouationem. Que omnia quidem ventura eſſe credendum eſt. ſed quibus modis ⁊ quo ordine veniant. magis tunc docebit rerum experientia. q̃ꝫ nunc ad perfectum. hominum intelligentia valeat conſequi. Exiſtimo tamen eo quo a me cõmemorata ſunt ordine eſſe ventura. hec Auguſtinus. ¶ Et quia de perſecutione Antichriſti que erit vltima in eccleſia dei ſub breuibus loqui intendimus. ideo cunctis relictis de ſolo aduentu Antichriſti ⁊ de eius natura ac conditione atqꝫ de his que acturus eſt fiet mentio. ¶ Scias ergo ꝙ ſcripture ſacre tam veteris q̃ꝫ noui teſtamenti affirmant Antichriſtum omnino eſſe venturum. Ex omnibus autem teſtimonijs diuinarum ſcripturarum eligo mihi principaliter tres nobiliſſimos teſtes ſuper quibus omnia que de Antichriſto dicturus ſum fundare intendo. ſ. Ex prophetis Danielem. Ex euangeliſtis Matheum. Ex Apoſtolis Paulum. ¶ Primus itaqꝫ eſt Daniel de quo Jeronimus in prefatione ſuper Danielem quam ſcribit ad Pãmachium ⁊ Marcellam, dicit. Nullum prophetarum tam aperte dixiſſe de chriſto ſicut Daniel. Non enim ſolum ſcribit eum eſſe venturum qđ eſt cõmune cum ceteris prophetis. ſed etiã quo tempore futurus ſit docet. ⁊ reges per ordinem digerit. annos enumerat. ac maniſeſtiſſima ſigna prenunciat. hec Jeronimus. Jn Daniele autem ꝓpheta multa de Antichriſto legimus. ſignanter. in. vij. viij. ix. ⁊. xj. capitulis. Unde Auguſtinus in. xx. libro. de ciuitate dei. c°. xxiij. ita inquit. Daniel de hoc vltimo iudicio ſic prophetat vt Antichriſtum prius quoqꝫ venturum eſſe prenunciet. atqꝫ ad eternum regnum ſanctorum ſuam narrationem perducat. hec Auguſtinus. Et propterea veritas dominus ieſus chriſtus cautos nos reddẽs de perſecutione fienda per Antichriſtum. verba Danielis cõmemorat. Math. xxiiij. c°. ſic dicens. Cum autem videritis abhominationem deſolationis que dicta eſt a Daniele propheta ſtantem in loco ſancto qui legit intelligat. hec ibi. Explana ſic, Cum enim dicit. Qui legit intelligat. ſuple. impleri tunc illam prophetiam que quidem habetur in Daniele. ix. caplo. Ubi poſtq̃ꝫ Danieli fuit reuelatum tempus determinatum future incarnationis in. lxx. ebdomadibus annorum. de paſſione chriſti ⁊ fructu eius. ⁊ de deſtructa Jeruſalem. tandem in fine capituli ſubiungit. ſic dicens. Jn templo erit abhominatio deſolationis ⁊ vſqꝫ ad conſumationem ⁊ finem perſeuerabit deſolatio. Que verba replicantur ab eodem quaſi in fine. xj. capituli. Sed quomodo intelligatur iſta abhominatio deſolationis dicemus in ſequentibus.

Omnes ſcripture affirmãt antichriſtũ venturũ.

Jeronimus.

Auguſtinus.

Nota explanationẽ verborum chriſti.

¶ Etiam Matheus euangeliſtarum omnium primus. non ſolum de perſecutionẽ Antichriſti ſed miſteria multa futurorũ ⁊ de aduentu domini ad iudicium atqꝫ de cõſumatione ſeculi futura. Aperit. vt patet Math. xxiiij. c°. ¶ Paulus quoqꝫ apoſtolus Antichriſtum eſſe venturum manifeſte affirmat. in ſcđa epiſtola ad Theſalo. ij. caplo. Sed cum loquitur ibidem de mora aduentus eius. tam profunde ⁊ obſcure deſcribit narrationem ſuam vt Auguſtinus dicere non erubeſcat. ſe neſcire quid loquatur Paulus. vt patet in. xx. libro de ciuitate dei. c°. xix. vbi ait. Que autem ſit cauſa dilationis eius vt reueletur in ſuo tempore ſcitis. ꝙ illos ſcire dixit aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos qui neſcimus. qđ illi ſciebant. peruenire cum labore ad id qđ ſenſit Apoſtolus cupimus. nec valemus. preſertim quia ⁊ illa que addidit ⁊ hunc ſenſum obſcuriorem faciunt. Nam quid eſt. iam enim miſterium iniquitatis operatur tantum qui modo tenet teneat. donec de medio fiat. ⁊ tunc reuelabitur ille iniquus. Ego proſus quid dixerit fateor me ignorare. ſuſpitiones tamen hominum quas vel audire vel legere de hac re potui non tacebo. hec Auguſtinus. Uide ibi opinionẽ Auguſtini. quam per pulcre diſerit. ¶ Qua ſententia duo eliciuntur documenta. primũ quanta ſit humilitas Auguſtini qui aperte ſatetur ſuam ignorantiam. dicens. ſe ne-

Matheus euãgeliſtarum prim°.

Paul° antixp̃m dicit venturũ.

Auguſtinus.



Nota quid dicit Auguſtinus.

ſcire quid loquatur Paulus. Etiam per hoc nobis innoteſcitur quanti ponderis quã
teqꝫ grauitatis ſint verba Pauli apoſtoli. Hinc Jeronimus ſcribẽs ad Pãmachiũ — Jeronimus.
in defenſione librorum contra Jouinianum. in libello qui incipit. Quod ad te huculqꝫ
non ſcripſi. ita inquit. Paulum apoſtolum ꝓferam quem quotienſcũqꝫ lego videor — Laus Pauli
mihi non verba audire ſed tonitrua. Et infra. Videntur quidẽ verba ſimplicia ⁊ qua — apoſtoli.
ſi innocentis hominis ⁊ ruſticani. ⁊ qui nec facere nec declinare nouerit inſidias. Sed
quocũqꝫ reſpexeris fulmina ſunt. heret in cauſa carpit omne qđ tetigerit. tergum ver
tit vt ſuperet. fugam diſſimulat vt occidat. hec Jeronimus. His dictis nota aliquas
cõcluſiones de antichriſto ad maiorem euidentiam noſtri ꝓpoſiti.

¶ Sequuntur viginti quinqꝫ concluſiones de
antichriſto. vere ⁊ catholice.

Prima Concluſio. Antichriſtus indubitanter veniet ante finem mundi. nec
omnino dies iudicij veniet. niſi prior ille venerit. Hec ꝯcluſio ẽ Pau — Paulus apl'us
li apoſtoli. ij. ad Theſalonicenſes. ij. c°. vbi apoſtolus reddit cautos Theſalonicen- — de antixp̃o mi
ſes qui ꝓpter tribulationes quas ſuſtinebant: putabant in breui diem iudicij affutu- — ra dicit.
ram. Paulus vero qui ſciebat illam diem multum diſtare illos certificat de longa
diſtantia illius diei. ſic dicens. Rogamus autem vos fratres per aduentum domini
noſtri ieſu chriſti ⁊ noſtre cõgregationis in ipſum. vt non cito moueamini a veſtro ſen
ſu. neqꝫ terreamini neqꝫ per ſpiritum neqꝫ per ſermonem neqꝫ per epiſtolam tanq̃
per nos miſſam. quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo. Quo-
niam niſi venerit diſceſſio primum ⁊ reuelatus fuerit homo peccati filius perditio-
nis ⁊ cetera que ſequuntur. Qua ſententia aperte datur intelligi ꝙ nullomodo dies vl
timi iudicij veniet: niſi prius reuelatus fuerit filius perditiõis Antichriſtus. ¶ Pro- — Auguſtinus.
pterea Auguſtinus in. xx. libro. de ciuitate dei. c°. xix. vbi hec verba apoſtoli pertra-
ctat. dicit ſic. Nulli dubium eſt Paulum de Antichriſto iſta dixiſſe. diemqꝫ iudicij.
Hunc enim appellat diem domini non eſſe venturum. niſi prior ille veniret. Quem
refugam vocat vtiqꝫ a domino deo. Quod ſi de omnibus impijs merito dici poteſt.
quãto magis de iſto: hec Auguſtinus. Nota cum dicit Paulus in predictis verbis.
Quoniam niſi venerit diſceſſio primum. ꝙ iſta diſceſſio ſecundum Thomam in co- — Sanctus Tho.
mento aureo ſuper ſecunda epiſtola ad Theſalo. c°. ij. lectione prima. poteſt intelligi
dupliciter. Primo a fide catholica. Nam ante aduentum Antichriſti predicari de-
bet euangelium in vniuerſo orbe. vt ſignatur. Math. xxiiij. c°. Unde Jeronimus in — Jeronimus.
explanatione ſuper Math. libro. iiij. dicit. Quod ſignum dominici aduentus eſt
euangelium in toto terrarum orbe predicari vt nullus ſit excuſabilis. Hoc autem ſe-
cundum Auguſtinum nundum impletum eſt. Quo facto paulatim deficiet fides ca-
tholica quia multi recedent ab ea. iuxta illud Pauli. j. ad Thimotheum. iiij. cap. — Paulus.
In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam a fide. Et tunc facta tali diſpoſitione
veniet Antichriſtus ⁊ recipietur ab illis infidelibus. Et ſic intelligitur qđ dicit Pau
lus. quoniam niſi venerit diſceſſio primum. ſ. a fide catholica non veniet filius perdi-
tionis. ¶ Secundo iſta diſceſſio poteſt intelligi a romano imperio. cui totus mundus — Quid ſignificat
erat ſubiectus. Dicit autem Auguſtinus ꝙ hoc figuratur Danielis. ij. c°. In ſtatua — illa diſceſſio.
vbi nominantur quattuor regna. ⁊ poſt illa aduentus chriſti. Hoc autem erat conue-
niens ſignum quia romanum imperium firmatum fuit ad hoc ꝙ ſub eius poteſtate
predicaretur fides per totum mundum. ¶ Sed quomodo poteſt hoc ſtare ſalua veri — Queſtio.
tate. cum iam diu omnia regna receſſerint a romano imperio. omniaqꝫ tributa ei ne-

Reſponſio.

gata ſunt. ⁊ tamen mundum venit antichriſtus? Ad hoc dicendū eſt. ꝙ romanum imperium nundū ceſſauit ſed eſt cōmutatum de temporali in ſpirituale vt dicit Leo papa in ſermone de apoſtolis. Et ideo dicendū eſt ꝙ diſceſſio a romano imperio debet intelligi nō ſolum a temporali ſed a ſpirituali. ſ. a fide catholica romane eccleſie. Eſt autem hoc cōueniens ſignum. q: ſicut chriſtus venit quādo romanum imperium omnibus dominabaṫ. Ita ecōuerſo ſignum antichriſti eſt diſceſſio ab ipſo imperio.

Nota diligenter Ad maiorem euidentiam huius prime concluſionis atq; omnium aliaꝝ ſequentium ꝙ omnes doctores catholici in hanc conueniunt ſententiam dicentes. ꝙ ſicut chriſtus volens ſaluare humanum genus venit in mundum tempore pacis vnitatis ⁊ cōcordie. quando ſub Octauiano imperatore totus cōticuit orbis. Sic pariter antichriſtus circa finem mundi veniet tempore diſceſſionis ſciſmatis ⁊ diſcordie. quando eccleſia multis variiſq; modis erit agitata ſciſmaticis perturbatiōibus. Et ideo ſcire debes ꝙ dicta ſanctorum ꝓphetarū: euangeliſtarū: ⁊ apoſtoloꝝ: que loquuntur de conſumatione ſeculi futura aut de antichriſto ſiue de aduentu domini ad iudicium ſunt magni ponderis ⁊ ſunt verba valde pregnantia. in quibus ꝓfunda archana dei atq; multiplices latent intelligentie. Quapropter cum omni modeſtia humilitate ac reuerentia ſunt explananda. Nec tam audaci ſermone diſcutienda ꝙ̄ formidoloſo ſilentio veneranda. q: vt Jeronimus cōtra Uigilantium in epiſtola que incipit. Juſtum quidem fuerat. inquit. Non eſt eiuſdem hominis ⁊ aureos nūmos ⁊ ſcripturas ꝓbare. deguſtare vina ⁊ ꝓphetas vel apoſtolos intelligere. hec Jeronimus. Uerbi gratia. Multa ſigna nobis in ſcriptura ſacra ꝓponuntur de cōſumatione ſeculi. Nam Marci. xiij. c. diciṫ ſic. Exurget enim gens cōtra gentem ⁊ regnum ſuper regnū. ⁊ erunt terremotus per loca ⁊ fames. initium doloꝝ hec. Et iteꝝ. Poſt tribulationē illam ſol cōtenebrabitur ⁊ luna nō dabit ſplendorem ſuum ⁊ ſtelle celi erunt decidētes ⁊ virtutes que in celis ſunt mouebunṫ. Etiam Luce. xxj. c. dicitur ſic. Surget gens cōtra gentem ⁊ regnum aduerſus regnum ⁊ terremotus magni erunt per loca ⁊ peſtilētie ⁊ fames terroreſq; de celo ⁊ ſigna magna erūt. Et infra. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis ⁊ in terris preſſura gentium pre cōfuſione ſonitus maris ⁊ fluctuum areſcentibus hominibus p̄ timore ⁊ expectatione que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celoꝝ mouebunṫ. Iterum Math. xxiiij. c. poſt plura ita inquit. Sol obſcurabiṫ ⁊ luna nō dabit lumen ſuū ⁊ ſtelle cadent de celo ⁊ virtutes celoꝝ mouebuntur. ⁊ tunc apparebit ſignum filij hominis in celo. hec ibi. ¶ Sunt ꝙ̄plura alia ſcripturaꝝ teſtimonia que de huiuſmodi ꝯſumatione mūdi loquunṫ. vt illud Pauli. j. ad corin. x. c. Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Et. j. Theſſa. v. cº. Dies domini ſicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax ⁊ ſecuritas tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Et. j. Jo. ij. c. Filioli nouiſſima hora eſt.

Verba ꝓphetarum ſunt magni ponderis.

Jeronimus.

Marchus.

Lucas.

Matheus.

¶ Et idcirco ad maiorem omnium intelligentiam. Notandum eſt ſm Auguſtinum in epiſtola ad Eſicbium Salonitane vrbis epiſcopum. in qua quidem epiſtola Auguſtinus pertractat de fine ſeculi ⁊ de die iudicij. Et ſecundum Thomam in. iiij. lib. ſententiarum. di. xlvij. vbi mouet dubium. vtrum tempus futuri iudicij ſit ignotum. in reſponſione ad ſecundum argumentum. ꝙ ſigna que in euangelijs ponuntur non omnia pertinent ad ſecundum aduentum qui erit in fine. ſed quedam eorum pertinent ad tempus deſtructionis Jeruſalem que iam preterijt. quedam vero ⁊ plura eorum pertinent ad aduentum quo quottidie ad eccleſiam ſuam venit eam ſpiritualiter viſitans prout inhabitat nos per fidem ⁊ amorem. Nec illa que in euangelijs vel in epiſtolis ponuntur ad vltimum aduentum ſpectantia ad hoc poſſunt valere vt determi

Auguſtinus.

Sanctus Tho.

Nota de ſignis iudicij.

nate tempus iudicij poſſit cognoſci. quia illa pericula que prenunciantur nunciantia
vicinum chriſti aduentum. etiam a tempoꝛe primitiue eccleſie, fuerunt quandoqꝫ in-
tenſius quandoqꝫ remiſſius. Unde ⁊ ipſi dies apoſtoloꝛum dicti ſunt nouiſſimi dies.
vt patet. Actuum. ij. caplo. vbi Petrus exponit illud verbum Johelis. ij. caplo. Erit
in nouiſſimis diebus dicit dominus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: Dies apſorum
Pro tempoꝛe illo: Et tamen ex illo tempoꝛe: tempus plurimum tranſiuit. Et quan- dicūt nouiſſimi
doqꝫ plures ⁊ quādoqꝫ pauciores tribulationes in eccleſia fuerunt. Unde non poteſt
determinari tempus quātum ſit futurum: nec de menſe: nec de anno: nec d̄ centū: nec
de mille annis: vt Auguſtinus in eodem libro dicit. Et ſi credatur in fine huiuſmodi
pericula magis habūdare nō tamē poteſt determinari que ſit illa quātitas periculo-
rum que imediate diem iudicij precedet. vel ante chriſti aduentum: Cum ⁊ circa tem-
poꝛa primitiue eccleſie fuerint perſecutiones alique a deo graues: ⁊ coꝛruptiones er-
roꝛum adeo abundarent. qꝫ ab aliquibus tunc vicinus expectaretur vel iminens Anti
chriſti aduentus ſicut dicitur in eccleſiaſtica hiſtoꝛia ⁊ in libro Jeronimi de viris illu-
ſtribus. hec Thomas. Hinc Auguſtinus in. xx. libro de ciuitate dei capitulo quinto.
Ita inquit. Multa preterea que de vltimo iudicio ita dici videntur vt diligenter cō Auguſtinus.
ſiderata reperiantur ambigua vel magis ad aliud pertinentia. ſiue ſcilicet ad eum ſal-
uatoꝛis aduentum. quo per totum hoc tempus in eccleſia ſua venit hoc eſt in mem-
bꝛis ſuis particulariter atqꝫ paulatim: Quoniam totum coꝛpus eius eſt. ſiue ad exci-
dium terrene Jeruſalem. quia ⁊ de illo cum loquitur plerumqꝫ ſic loquitur tanqꝫ de
fine ſeculi. atqꝫ de illo die iudicij nouiſſimo ⁊ magno loquatur. Ita vt dinoſci nō poſ- Multa de iudi
ſit omnino niſi ea que apud tres euangeliſtas Matheum: Marchum: ⁊ Lucam de cio obſcura ſūt.
hac re ſimiliter dicta ſunt. inter ſe omnia conferantur. Quedam quippe alter obſcu-
rius: Alter explicat planius. vt ea que ad vnam rem pertinētia dicuntur. appareat. vn
de dicantur. Quod facere vtcumqꝫ curaui in quadam epiſtola quam reſcripſi ad bea-
te memoꝛie virum Eſichium Salonitane vrbis epiſcopum: Cuius epiſtole titulus
eſt de fine ſeculi. hec Auguſtinus.

¶ Similiter cum dicitur: Nos ſumus in quos fines ſeculoꝛum deuenerunt: Et
iterum Filioli nouiſſima hoꝛa eſt: Ex his atqꝫ alijs ſimilibus locutionibus que in Nō pōt ſciri ex
ſcriptura ſacra dicuntur. ſecundum Thomam vbi ſupra. in reſponſione. ad tertium his verbis de-
argumentum: Non poteſt aliqua determinata quantitas tempoꝛis ſciri. Non enim terminatū tēp⁹.
ſunt dicta ad ſignificandum aliquam bꝛeuem hoꝛam tempoꝛis. ſed ad ſignificandum
nouiſſimum ſtatum mundi: qui eſt quaſi nouiſſima etas. Que quanto tempoꝛis ſpa-
cio duret non eſt diffinitum: Cum etiam nec ſenio quod eſt vltima etas hominis ſit
aliquis terminus certus prefinitus: Cum quandoqꝫ inueniatur durare quātum om
nes precedentes etates vel plus. vt dicit Auguſtinus in libro. lxxxiij. queſtionum. Un
de etiam ⁊ apoſtolus ſcd̄e ad Theſalo. ſecūdo capitulo. excludit falſum intellectum
quem quidam Theſalonicenſes. ex illis verbis conceperant vt crederent diem do-
mini iam inſtare. hec Thomas. ¶ Sic igitur obſeruanda ſunt. diligentius verba
Marci euangeliſte dicentis. xiij. capitulo. De die autem illa ⁊ hoꝛa nemo ſcit ne-
qꝫ filius niſi pater. Dicitur autem filius neſcire in quantum nos ſcire non facit. vt Quō itelligit fi-
exponit Sanctus Thomas vbi ſupꝛa. Etiam Jeronimus in explanatione ſuper lius neſcire.
Marchū. ſuper hoc paſſu. dicit ſic. Quid eſt quod dicit neqꝫ filius niſi pater? Quid
eſt qd̄ dicit. neqꝫ filius? De quo dicitur. pater maioꝛ me eſt. Ideſt coꝛpus eius in ter-
ra poſitum qd̄ eſt eccleſia. hec Jero. Matheus quoqꝫ euangeliſta. xxiiij. c. ita inquit.
De die autem illa ⁊ hoꝛa nemo ſcit neqꝫ angeli celoꝛum niſi pater ſolus. hec ibi. Su- Jeronimus.
per quo paſſu Jeronimus in explanatione ſuper Math. ad Euſebium. dicit ſic. In

qbuſdã latinis codicibus additum eſt neqȝ filius.cum in grecis ⁊ maxime Adamãtij ⁊
Jeronimus. Pierij exemplaribus.hoc nõ habeaẽ ad ſcriptum.ſed q: in nõ nullis legitur diſcẽ-
dum videẽ.Gaudet Arrius ⁊ Eunomius.quaſi ignorãtia magiſtri.gloria diſcipulorꝝ
ſit.⁊ dicunt.Non põt equalis eſſe qui nouit ⁊ qui ignorat.Cõtra quos breuiter iſta di-
cenda ſunt.Cũ omnia tempora fecerit Jeſus.hoc eſt verbũ dei.Omnia eñi per ipſũ
Nota omnia. facta ſunt.⁊ ſine ipſo factum eſt nihil.In oĩbus autem tẽporibus etiã dies iudicij ſit.
Qua ꝯſequentia põt eius ignorare partẽ.cuius totũ nouerit?Hoc quoqȝ dicendũ eſt.
Quid ẽ maius:noticia patris:an iudicis?Si maius nouit.quomodo ignorat qḋ mi-
nus eſt?Scriptum legimus.Omnia que patris ſunt mihi tradita ſunt.Si oĩa patris:filij
ſunt.qua rõne vnius ſibi diei noticiã reſeruauit:⁊ noluit eam cõmunicare cum filio?
hec Jero.¶Ex dictis pȝ ꝙ auctoritates diuinarum ſcripturarꝝ que locuntur de fine
mundi aut de admirãdis prodigijs tunc fiendis:diligẽtius examinande ſunt ꝑ humi-
litatis ſtudium ꝗȝ diſcuciantẽ per humanum intellectũ.

Secunda Concluſio.Antixp̃us erit animo totus elatus arrogantiſſimus
ac natura ſuperbiſſimus.cuius ſupbia erit maior omniũ aliorũ
tirannorꝝ precedẽtium.Jſta concluſio habeẽ in Daniele.viij.cᵒ.ſic.Contra principeȝ
principum cõſurget ⁊ ſine manu conteretur.hec ibi.Jſte princeps principũ eſt ille in cu-
ius femore ſcriptum eſt.rex regum ⁊ dominus dominãtium vt dicitur apoc.ix.caplo.
Contra quem cõſurget filius perditionis antixp̃us qui excecatus ſuperbia cultum vni-
ueri dei auferre conabitur ⁊ illũ pro viribus ſibi vſurpabit.ſed tandẽ conteretur quia
vt diciẽ.ij.ad Theſa.ij.c.Jnterficiet eum dñs ſpiritu oris ſui.Jterũ hec concluſio ha-
betur.Danielis.xj.cᵒ.vbi dicitur ſic.Eleuabitur ⁊ magnificabiẽ aduerſus oẽm deuȝ.
Jeronimus. hec ibi.Nota ſecũdum Jeronimũ ꝙ verba Danielis ab hoc loco vſqȝ in finẽ capituli
intelligũtur ad litterã de antixp̃o.⁊ ſic etiam tenẽt oẽs iudei vt teſtatur Jero.ſup hoc
paſſu in explanatiõe ſuper Danielem.Et licet dicanẽ ſub nomine regis antiochi qui
fuit figura antixp̃i tamẽ nullo modo poſſunt de eo verificari.ſed tantũ de antixp̃o vt
Nota omnia. dicunt doctores catholici ⁊ p̃cipue Jero.Non enim antiochus leuauit ſe contra oẽm
deum.imo idolũ iouis coluit ⁊ poſuit illud in templo Jeroſolimitano ⁊ ad illud ado-
randum quãtum potuit iudeos induxit imo compulit.vt pȝ in primo lib.Macha.pᵒ
⁊ ſcḋo.c.Vbi diciẽ ꝙ ipſe aſcendit Jeroſolimã cum multitudine graui ⁊ intrauit tem-
plũ dei qḋ iam dudũ per Zorobabel fuerat reedificatũ.⁊ accepit altare aureũ in quo
Antiochus fuit cremabaẽ thimiamata ad honorẽ diuinum.⁊ candelabrũ.lucernas.mẽſam aureã.phia-
figura antixp̃i las.mortariola ⁊ vniuerſa vaſa aurea.Prohibuit quoqȝ ne cultus diuinus in templo
ſm Jero. poſſet exerceri.imo p̃cepit legem moſaicã aboleri ⁊ multi ex iſrael cõſenſerunt ei ⁊ ſa-
crificauerunt ydolis ⁊ coinquinauerũt.ſabbatũ.aliqui timore:aliqui fauore:aliqui leui-
tate.Et tandẽ poſt abhominationes multas:precepit antiochus ydolatriaȝ profiteri.
Nam quintadecima die mẽſis caſlau edificauit ideſt ſtatui fecit abhominãdum ydolũ
deſolationis.ſ.iouis olimpij ſuper altare dei ⁊ per vniuerſas ciuitates iude in circui-
tu edificauerunt aras ⁊ ante ianuas domorũ ⁊ in plateis incendebãt thura ⁊ ſacrifica-
bant.Et ſic patet ꝙ concluſio noſtra nullo modo põt intelligi de rege antiocho q: ipſe
non ſe eleuauit contra omnẽ deum.imo deos coluit atqȝ adorari iuſſit.ſed ad purum
intelligitur de antixp̃o vt inquit Jeronimus.¶Nota cõſequenter ꝙ dicta concluſio
Danielis habeẽ etiam preciſe a Paulo apoſtolo.ij.ad Theſalo.cᵒ.ij.vbi loquens de
ſuperbia antixp̃i.ſic ait.Qui aduerſatur ⁊ extolletur ſupra omne qḋ dicitur deus aut
Sctus Tho. qḋ colitur.hec ibi.Sup quo textu.Sanctus Tho.in comẽto aureo.lec.j.dicit.ꝙ deᵘˢ
põt ſumi tripliciter.Primo nãliter ſm illud Deuterono.vj.c.Audi iſrael dñs deus
tuus deus vnus eſt.Scḋo accipitur optatiue.vt ibi.Omnes dij gentiũ demonia.Ter

tio participatiue.ſecūdum illud.Ego dixi dij eſtis ꝛ filij excelſi omnes.Antichriſtus
autem omnibus his modis ſe preferet.quia ſibi vſurpabit omnem honorem tam la-
trie ꝙ dulie.¶Etiam de ſuperbia Antixp̄i verificatur illud Job.xv.ca.vbi dicitur.
Cucurrit aduerſus deum erecto collo ꝛ pingui ceruice armatus.Nota cum dicit.ere-
cto collo.Nam ceruix erecta eſt ſignum ſuperbie.Hinc Jeronimus ad Bigamū yſpanū
Jeronimus.
cecum.Epiſtola incipit.Quāꝙ mihi multorū ſim cōſcius peccatorum.ita inquit.Ni-
hil ita a pueritia vitare conatus ſum ꝙ tumētem animum ꝛ erectam ceruicē dei con-
tra ſe odia prouocātem.hec Jeronimus.Et cum ſubiungit Job.dicens.pingui ceruī
ce armatus.datur intelligi.ꝙ Antichriſtus erit pinguis ꝛ armatus poteſtate tēporali
auro argēto ac maximis diuitijs.

Tertia Concluſio.Antixp̄us erit audaciſſimus.effrenatus lingua ꝛ blaſſema
tor peſſimus.vnde cōtra deum contumelias proferre non verebitur.
Hec concluſio eſt Danielis.xj.caplo.vbi in prophetia ſua ita ſubiungitur.Aduerſuꝫ
Daniel.
deum deorū loquetur magnifica.ꝛ dirigetur donec cōpleatur iracundia.perpetrata
quippe eſt diffinitio.hec ibi.Explana ſic.antichriſtus aduerſus deum deorum.ideſt.
contra illum verum deum qui creauit celum ꝛ terram mare ꝛ omnia que in eis ſunt.lo
Explanatio cō-
quetur magnifica.ſ.vt ſe magnifaciat.proferendo blaſſemias ꝛ contumelias.quia cor
cluſionis.
eius in tantam efferetur cecitatem:vt legem ꝛ cerimonias ꝛ etiam curſum temporum
ſe mutare putet.Et in deum verum effrenata lingua proferet blaſſemias dicēs.ſe deū
eſſe.chriſtum autē dicet fuiſſe ſeductorem.Et dirigetur a propria malitia vel a diabo-
Antixp̄us habe
lo quem habebit familiarem ꝛ conſciliatorem ꝛ directorem ſuum.donec compleatur
bit demoneꝫ fa-
diuina vindicta ſuper eum.quia morietur ſubito ſicut diffinitum eſt per eternaꝫ ſapiē
miliarem.
tiam.vt ſacre ſcripture teſtantur.Precipue Paulus.ij.ad Theſalo.ij.c°.vbi ait.Re-
uelabitur ille iniquus quem dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui.ꝛ deſtruet illu
Paulus.
ſtratione aduentus ſui.hec ibi.Intellige ꝙ dominus Jeſus interficiet antichriſtum
ſpiritu oris ſui.ideſt de mandato ſuo.quia Michael archangelus interfecturus eſt
Thomas.
eum in monte olueti.vnde chriſtus aſcendit vt dicit Thomas in comento aureo ſu-
per eodem paſſu.

Quarta Concluſio.Antichriſtus naſcetur de genere iudeorum aut de gene-
re chriſtianorū.qui deum celi adorant.Iſta concluſio elicitur ex ver
bis Danielis.xj.vbi ita continuatur in ſua prophetia.Et deum patrū ſuorum non re
Daniel.
putabit.hec ibi.Que verba non poſſunt intelligi de rege antiocho q ydola grecie ado
rabat ſicut patres ſui.Unde Jeronimus in explanatione ſuper Danieleꝫ.dicit ſic.Le
Jeronimus.
gimus enim antiochum ydolorꝫ grecie habuiſſe cultum ꝛ iudeos atqꝫ ſamaritanos ad
venerationem ſuorum deorū compuliſſe.hec Jeronimus.Antichriſtus auteꝫ nō imi



tabitur patres ſuos in adoratione vnius veri dei.ſed cultuꝫ eius toto conatu auferet
ꝛ ſibi vſurpabit.vt dicemus in ſequētibus.¶Sunt plures qui credunt antichriſtum
naſciturum in Babilone de tribu Dan.que tribus non nominatur inter alias apoc.
vij.c.quia de ipſa dicitur antichriſtus naſciturus.Unde Aymo ep̄us halberſtatenſis
Aymo.
eccleſie ordinis ſcī Benedicti alcuini monachi quōdā auditor vir diuinarꝫ ſcripturarꝫ
ſagaciſſimus interpres.ſuper ſcḋa ep̄la ad Theſalo.c.ij.dicit ſic.Naſcetur aūt antixp̄s
in Babilone de tribu Dan iuxta qḋ Jacob ait.Fiat Dan coluber in via.ceraſtes in
ſemita.mordens vngulas equi vt cadat aſſenſor eius retro.hec ille.Iſta prophetia Ja
Explanatio p-
cob que allegatur ab Aymone habet Gene.xlix.caplo.explanatur autem fere a cun-
phetie Jacob ḋ
ctis doctoribus catholicis de Antichriſto ſic.Fiat ideſt fiet:Dan ideſt Antichriſtus
antixp̄o.
qui deſcendet ſecundum carnem de tribu Dan.ꝛ ſicut Dan natus eſt de ancilla Ja
cob vt dicitur Gen̄.xxx.capitulo.ſic Antichriſtus erit baſtardus vt dicit Johannes

Damaſcenus.Et cum ſubiungitur.Coluber in via.ideſt.tortuoſe incedens more co
Ceraſtes eſt ſerpens cornutus. lubri per viam latam vitiorum.Et cum dicit.Ceraſtes in ſemita.Eſt autem Ceraſtes
ſecũdum Gregorium ſerpens cornutus ⁊ dicitur a Ceros quod eſt cornu eo ꝙ in ca-
pite cornua habet quaſi aries: In quo datur intelligi.ꝙ ſanctos perſequetur cornu po
tentie torquens eos ⁊ occidendo.Et cum ſubditur.mordens vngulas equi vt cadat aſ
ſenſor eius retro.Nota pro declaratione ſecũdum Gregorium ꝙ equus ſignificat mũ
dum currentem ad occaſum.Vngula que eſt vltima pars huius equi eſt finis mun-
di.Aſſenſor vero ipſius equi eſt ille qui mũdo inheret.⁊ hincinde fertur ab amore hu
ius mundi.Mordet ergo Dan vt Ceraſtes cornutus vngulam equi.ideſt Antichri-
ſtus vexat in fine mundi exiſtentes.Sed ad quid? Vt cadat aſſenſor eius ſcilicet ama-
tor mundi retro vbi non videt vel ſic ſenſum amittat. ¶ Conuenienter itaqꝫ Antichri-
Antixp̃us naſcetur i Babilone. ſtus in Babilone dicitur naſciturus. quia cum Babilon interpretetur confuſio ex
loco natiuitatis datur intelligi qualis ſit poſtmodum ipſe futurus.Sicut enim chri-
ſtus in Nazareth ideſt flore concipitur ⁊ in bethleem que domus panis dicitur.tem-
poraliter de virgine naſcitur ad inſinuãdum ꝙ in flore.i.puritate virginitatis mater-
ne:ſpiritus ſancti virtute:conceptus.poſtmodum naſcendo panis vite nobis factus
eſt:Sic Antichriſtus homo peccati.filius perditionis.quaſi auctor confuſionis ordi-
nem vite totius iuſticie cõfundens ſectatores ſuos ad confuſionẽ ptrahens merito in
Babilone dicit̃ eſſe naſciturus.

Quinta Concluſio.Antichriſtus erit ſubdolus ⁊ cuiuſlibet rei diſſimulator
ac magnus ypocrita.Nam finget ſe ſanctum pudicum ⁊ caſtum exte
rius vt facilius decipiat.Tamen in rei veritate non erit caſtus nec honeſtus.ſed luxu
Daniel. rioſus valde ⁊ ardens libidine.Hec concluſio eſt Danielis prophete qui in loco pre-
allegato.ita inquit.Et erit in concupiſcentijs feminarũ.hec ibi. ¶ Sup̱ quo paſſu Je-
Jeronimus. ronimus in explanatione ſuper Daniele.ita inquit.Hoc de antixp̃o facilior interpre-
tatio eſt.quod ideo ſimulabit caſtitatem vt plurimos decipiat.hec Jeronimus.Mo

re enim ypocritarum in aperto:caſtitatem ⁊ ſanctitatẽ ſimulabit vt omnes ad ſe alli-
ciat ⁊ oſtentatione ſeducat.quia malũ ſub ſpecie boni celatuꝫ dũ non cognoſcitur non
cauetur.Et ideo Antixp̃us ſignificatur per illam beſtiã quam Joãnes vidit aſcenden
tem de abiſſo Apoca.xvij.caplo.Jn beſtia autem ſignificatur carnalis laſciuia que nil
Apoca. aliud eſt ꝙ̃ quedaꝫ turpis delectatio.que vſu creſcit ⁊ deficit.nec rationi paret.ſed bru
tali impetu ducitur.

Sexta Concluſio.Antixp̃us habebit dẽmonem familiarem priuatum ⁊ ocul
tum quem ſecrete adorabit cuius conſcilio ſuaſione ⁊ auxilio faciet illa
admiranda que facturus eſt deo permittẽte. Jſta concluſio habetur in Daniele pro-
Daniel. pheta.xj.c°.vbi continuatur ad precedẽtia ſic.Deum autem Moazin in loco ſuo ve-
nerabitur ⁊ deũ quem ignorauerunt patres eius colet auro ⁊ argento ⁊ lapide precio-
ſo.rebuſqꝫ precioſis ⁊ faciet vt muniat Moazin cum deo alieno quem cognouit.hec
ibi. ¶ Ad maiorem euidẽtiam huius concluſionis nota ꝙ licet Antixp̃us ſit futurus
Paulus. ſecũdum operationẽ Sathane.vt inquit Paulus.ij.ad Theſalo.ij.c.quia Sathanas
illum perditũ hominem quaſi vas proprium poſſidebit.nihilominus habebit ange-
Scũs Tho. lum bonũ ad ſui cuſtodiam deputatũ vt dicit Sanctus Tho.prima pte.q.cxiij.ar.iiij.
Et ſi dicatur: Cum angeli deputentur ad cuſtodiam hominum vt per eos manuducã
Queſtio. tur ad vitam eternam ⁊ incitentur ad bene operanduꝫ: Quid proderit talis cuſtodia
antixp̃o.cum ſit p̃ſcitus ad eternam damnationẽ? Huic obiectioni reſpondet Sãctus
Rñdet Sanct⁹ Thomas. Thomas.ibidem ſic dicens.Antixp̃us ⁊ etiam ceteri infideles ſicut non priuabun-
tur interiori auxilio naturalis rationis:ita etiam non priuabuntur exteriori auxilio

toti nature humane diuinitus conceſſo ſcilicet cuſtodia angelorum per quam ⁊ ſi non iuuentur quātum ad hoc ꝙ vitam eternam bonis operibus mercātur: iuuantur tamen quātum ad hoc. ꝙ ab aliquibus malis retrahuntur. quibus ⁊ ſibi ipſis ⁊ alijs nocere poſſunt. Nam ⁊ ipſi demones arcentur per bonos angelos ne noceant quantum volunt. hec Thomas. ¶ Sunt qui dicunt ꝙ antixp̄us a principio cōceptionis ſue habebit angelum ſui cuſtodē ſicut habēt ceteri homines. vſq₃ ad annos diſcretiōis. Sed tunc cu₃ extolli ceperit ſuper omne quod dicit̄ deus ab angelo ſancto derelictus prorſus a diabolo poſſidebit̄ ad libitum volūtatis eius in omnibus ⁊ per omnia deducendus ſicut poſſeſſor ad libitum ſuum pertrahit: circunducitq₃ iumētum. Habebit pariter antixp̄us demonem priuatum a quo recipiet conſilium: auxilium: ⁊ preſidium. Et ſicut dicit Nicholaus de lira. ſuper hoc textu Danielis. ille demon vocabitur Moazin. quod nomē interpretatur preſidium. vel Moazin dicitur locus cōſtruendus ab antixp̄o vbi adorabit illum demonem ſibi familiarem. Et cum ſubditur. Et deū quē ignorauerunt patres eius. Intellige ipſum demonē familiarem quem iudei vel chriſtiani. ex quibus deſcendet antixp̄us ignorauerunt. quia ipſi adorabunt vnum deum creatorē celi ⁊ terre. Ipſe colet auro vel argento. illic reponendo diuitias ſuas precioſas tanq₃ in loco tutiſſimo. Et faciet eo modo quo dictu₃ eſt. vt muniat Moazin ideſt locum vbi adorabit demonem illum. Ideo ſignanter dicit cum deo alieno quem cognouit per familiaritatem ⁊ pacta cū eo inita.

Antichriſtus habebit angelū cuſtodem.

Antixp̄us a diabolo poſſidebit̄ qui vocabitur. Moazin.

Septima Concluſio. Antixp̄us preceteris grauiſſimis peccatoribus trib⁹ nominibus ſignanter nominatur. videlicet. Homo peccati: filius perditionis: ⁊ iniquus. Hec cōcluſio eſt Pauli apoſtoli vt patet. ſcd̓e ad Theſa. ſcd̓o c°. vbi ait. Niſi reuelatus fuerit homo peccati: filius perditionis. Et iteru₃. Reuelabit̄ ille iniquus que₃ dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. hec ibi. ¶ Nota ꝙ antixp̄us in ſcripturis ſanctis nominatur diuerſis nominibus ꝓpter multitudinem ſcelerum ac iniquitatū eius. quia in omnibus ⁊ ꝑ omnia erit chriſto cōtrarius. Et propterea dicitur antixp̄us. ab anti ꝙ eſt contra ⁊ xp̄us. Nec credas ꝙ ille nomine ꝓprio vocetur antixp̄us. Creditur enim ꝙ alio nomine vocabit̄. ſed tantūmodo ab effectu nominatur antixp̄us quia omnia opera ſua erunt xp̄o contraria. Signanter tamē tribus nominibus a Paulo apoſtolo nominat̄. ¶ Primo dicitur homo peccati. Ratio huius eſt ſecūdum Thomam in comēto aureo ſuper ſecūda epiſtola ad Theſalo. c. ij. lectione prima. Quia ſicut in xp̄o habūdauit plenitudo virtutis: Ita in antichriſto multitudo omniu₃ peccato₄. Et ſicut xp̄us eſt melior omnibus ſanctis ſic antixp̄us erit peior omnibus malis. Et propter hoc homo peccati dicitur. eo ꝙ totaliter erit peccatis deditus. Sed nō dicitur ſic homo peccati quin poſſet eſſe peior. quia nunquā malum corrumpit totum bonum: Licet quantum ad actum non poterit eſſe peior. Chriſto autem nullus homo potuit eſſe magis bonus. ¶ Secundo antichriſtus dicitur filius perditionis. ſecundu₃ Thomam ibidem. ideſt deputatus extreme perditioni. Iob. xxj. caplo. In die perditionis ſeruabitur malus ⁊ ad diem furoris ducetur. Uel Antichriſtus dicitur filius perditionis. ideſt. diaboli. non per naturam. ſed per ſue malitie complemētum que in eo complebitur. Et dicit reuelabitur. quia ſicut omnia bona ⁊ virtutes ſanctorum qui preceſſerunt chriſtum fuerunt figura chriſti: Ita in omnibus perſecutionibus eccleſie tiramni fuerunt quaſi figura antichriſti ⁊ latuit ibi Antichriſtus. ⁊ ſic tota illa malitia que latet in eis. reuelabitur in tempore ſuo. hec Thomas. ¶ Tertio Antichriſtus nominat̄ ſingulariter iniquus. quia ipſe erit princeps ⁊ caput omniū iniquitatu₃. imo ꝓpter exceſſum malitie ſue dicitur iniquitas in abſtracto. Ideo Paulus vbi ſupra. vocat antichriſtum miſterium iniqtatis. ſic dicēs. Nam

Paulus.

Antixp̄us alio noīe vocabitur.

Antixp̄us noiat̄ homo peccati.

Antixp̄us dicit̄ filius ꝑditionis.

Sanctus Tho.

Antixp̄us noiat̄ ſingulariter iniquus.

Scīs Tho.
miſterium iam operatͬ iniquitatis.Super quo verbo.Sāctus Thomas vbi ſupra.lectione ſcd̄a.dicit ſic.Hec litera multipliciter exponitur.quia ly miſterium poteſt eſſe nominatiui caſus vel accuſatiui.Si ſumatur primo modo ꝓut eſt nominatiui caſus.eſt ſenſus.Antixp̄us iam miſteriuꝫ ideſt figuraliter ocultatum operatͬ in fictis ⁊ ſimulatis.qui videntur boni ⁊ tamē ſunt mali.Et hi operantͬ officiuꝫ antixp̄i.ſcd̄e Thimo.iij.cᵒ.Habentes ſpeciē pietatis virtutem autem eius abnegātes.Si autem accipiatͬ li miſterium.ſcd̄o modo.tunc ē ſenſus.Diabolus in cuius poteſtate veniet antixp̄us iā incipit operari oculte iniquitatem ſuam p tirannos ⁊ ſeductores.Quia perſecutiones eccleſie huius tēporis ſunt figure illius vltime perſecutiōis cōtra omnes bonos.⁊ ſunt ſicut impſecte comparādo ad illaꝫ.hec Thomas.

Queſtio.
¶ Sed queritͬ quo nomine antixp̄s a ſuis diſcipulis appellabitͬ.

Reſponſio.
Ad hoc dico.ꝙ antixp̄us maxima ſuperbia erit repletus.quia vt inquit Paulus.ij.ad Theſalo.ij.c.Extolletur ſupra omne qd̄ dicitur deus.Sic pariter fauſto nomine appellari conabitur.Cum autē hoc nomē xp̄s ſit inter omnia nomina nobiliſſimū quod olim erat cōmune ſacerdotibꝰ ⁊ regibus:Ideo ipſe palam dicet ſe eſſe xp̄m promiſſum in lege.ſic pariter a pricipibus ac ſequacibus ſuis nominabitͬ xp̄us.

Iudei antixp̄o famulabuntͬ.
Propter qd̄ iudei qui quaſi famelici ſuum meſſiā expectant ad illum confluent eiqꝫ famulabuntͬ.Sicqꝫ pro veritate mēdatium.pro virtute vitium.pro luce tenebras.pro angelo diabolum.pro chriſto antixp̄um accipient.Hinc ſaluator Math.xxiiij.ait.Multi enim venient in nomine meo dicentes.Ego ſum chriſtus ⁊ multos ſeducent.

Octaua Concluſio.Antixp̄us erit calidiſſimus ingenio.ferus in aſpectu ⁊ tā animo ꝙ̄ facie triſtis.anxius.turbulētus ac ſui mordax.Illāqꝫ animi ſui feritatem ac impudētiam oſtendet in vultu vt ſolent crudeles ⁊ tiranni.Iſta cō

Daniel.
cluſio elicitur ex verbis Danielis.viij.⁊.xj.c.Nam in octauo caplō Daniel ita inquit.Conſurget rex impudēs facie ⁊ intelligens ꝓpoſitiones.hec ibi.Erit quippe antixp̄us ad omne malum inuerecūdus vt dicit Nicholaus de lira ibidē.⁊ ingenio naturali erit calidiſſimus auxiliāte etiam diabolo.qui eidē in omnibus obſecūdabit.Iterum Da

Daniel.
niel.xj.ita ſubiungit.Et fama turbabit eum ab oriēte ⁊ ab aquilone.hec ibi.Intellige ꝙ fama multoꝝ fidelium qui recuſabunt obedire antixp̄o turbabit eum.¶ Vel forte turbabitͬ.quia plures fide catholici conabūtur impugnare euꝫ.vel reſiſtere furori ſuo.⁊ ideo tam ab oriente ꝙ̄ ab aquilone ideſt a dextris ⁊ a ſiniſtris anguſtiabitͬ.

Crudeles.i. vultu feritatē oſtendunt.
¶ Etiam ſuſpicari poſſumus illius perditi hominis anxietatē.tum qꝛ crudeles homines ſemꝑ in vultu feritatē quādam preferre vidētur.⁊ quia ipſe erit omniū tirannorum crudeliſſimus.ꝓculdubio opinari poſſumus illius faciei feritatem.tum quia cōſcientia rea ſemꝑ in pena eſt.⁊ omne ſcelus vltor eſt ſui.¶ Vel antixp̄s dētibus fremet ⁊ tabeſcet ꝓpter ſanctoꝝ paciētiam ⁊ ꝯſtantiam qui equanimiter tormēta pro xp̄o tollerabunt.

Enoch ⁊ Helias cōtra antixp̄ꝫ p̄dicabunt.
Aut quia Enoch ⁊ Helias contra eū feruenter predicabunt.publice arguēdo errores ſuos.Tum quia mirabilia multa facient de quibus Apocͬ.xj.c.dicitͬ.ꝙ ipſi habebunt poteſtatem claudēdi celum ne pluat diebus ꝓphetie illoꝝ.⁊ poteſtatē habebūt ſuper aquas ꝯuertendi eas in ſanguine ⁊ pcutiēdi terraꝫ omni plaga quotiēſcūqꝫ voluerint.Et,qꝛ nulla res ſic animū hoīs inebriat vt animi pturbatio.credimus antixp̄m odio furore ac rabie fore ebrium atqꝫ furijs inuectum.



Daniel.
Nona Concluſio.Antixp̄us in principio ſui dominij acerrime perſequetur eccleſiam dei.⁊ ſubiciet primo regem Egipti vbi tunc vigebit fides.Iſta concluſio habetur Danielis.xj.caplō.vbi continuatur ſic.Et in tempore prefinito preliabitur aduerſus eum rex auſtri.⁊ quaſi tempeſtas veniet contra eum rex aquilonis in curribus ⁊ in equitibꝰ ⁊ in claſſe magna ⁊ ingredietͬ terras ⁊ cõteret ⁊ ptrāſiet.hec ibi.

Jeronimus.

¶ Scias ergo ꝙ rex egipti erit vnus de primis contritis ab antixp̄o. Unde Jeronimus in explanatiõe ſuper Danielē ſuper eodem textu. dicit ſic. Noſtri aūt doctores ad antixp̄m iſta reſſerētes dicunt ꝙ primū pugnaturus ſit cōtra regē Auſtri. ideſt. egipti. ⁊ poſtea libias ⁊ Ethiopas ſuperaturus que de decē cornibus tria contrita cornua ſupra legimus. ⁊ quia venturus ſit in terram iſrael ⁊ multe ei vel vrbes vel ꝓuintie dature manus. hec Jeronimus. Explana ergo ſic verba Danielis. In tempore prefinito. ideſt ordinato ⁊ preuiſo a diuina ſapiētia preliabitur aduerſus antixp̄m rex auſtri. ideſt. Egipti. Sed rex Aquilonis. ſ. antixp̄s quaſi tempeſtas veniet contra euꝫ. ⁊ ingredietur terras ⁊ cōteret eas ſubiciēdo ſibi.

Daniel.

Decima Concluſio. Antixp̄s introibit terram ꝓmiſſionis ibiqꝫ vrbes multas ⁊ terras ac gētes ſubiciet imperio ſuo. Ex miſericordia autē dei ſaluabunt Edom ⁊ Moab. Hec concluſio cōtinuatur in prophetia Danielis. xj. cap. vbi dicitur ſic. Introibit in terram glorioſam ⁊ multe corruent. He autē ſole ſaluabuntur de manu eius Edom ⁊ Moab ⁊ principes filiorꝫ Ammon. hec ibi. ¶ Nota ſcd̄m Jeronimuꝫ in explanatione ſuper Danielem ꝙ terra iudea dicit terra glorioſa ꝓpter mirabilia que illic facta ſunt ⁊ ꝓpter opa noſtre ſalutis ibi completa. Illuc ergo veniet antixp̄s ⁊ multe ciuitates ⁊ populi ſubicientur ei. Unde Aymo ſup ſcd̄a epiſtola ad Theſalo. c°. ij. dicit ſic. Antixp̄us cum venerit Jeroſolimā circūcidet ſe dicens iudeis. ego ſum xp̄us vobis ꝓmiſſus in lege. Tunc cōfluent ad euꝫ omnes iudei ⁊ reedificabunt templū a romanis deſtructum. ſedebitqꝫ ibi dicens ſe eſſe deum. hec Aymo. Etiam Uincētius in ſpeculo morali. li. ij. parte ſcd̄a. diſtin. prīa. ita inquit. antixp̄us veniens in ieruſalē circuncidet ſe vt ex hoc acquirat gratiam iudeorum ⁊ dicet ſe eē meſſiam ꝓmiſſum in lege ⁊ faciet ſabbatum cuſtodiri ꝓpter iudeos: Diem vero dominicā propter chriſtianos. vtriſqꝫ cōformare ſe volens vt vtroſqꝫ decipiat. Tunc iudei credentes ipſum eſſe meſſiā quem multis temporibus expectarunt cōuertētur ad eum. ⁊ ei vnanimiter adherebunt. hec Uincentius. Hinc Yſidorus in. j. li°. de ſummo bono. c°. xxviij. dicit ſic. Grauius ſub antixp̄i temporibus cōtra eccleſiā deſeuiet ſinagoga q̄ꝫ in ipſo aduētu ſaluatoris xp̄ianos eſt perſecuta. Et infra. Quanto ꝓpinquius finem mūdi diabolus videt tanto crudelius pſecutiões exercet. vt quia ſe cōtinuo dānandum cōſpicit. ſuos ſibi multiplicet cū quibus gehēne ignibus addicatur. Quanto breue tempus videt ſibi reſtare diabolus vt damnet. tanto in magna perſecutiōis ira mouetur. diuina iuſticia ꝑmittente vt glorificent electi. ſordidētur iniqui vt ⁊ diabolo durior creſcat damnatōis ſententia. hec Yſidorus. Nota ꝙ ſaluabunt de manu antixp̄i: Edom ⁊ Moab vt fideles habeant aliquod refugium illo tēpore perſecutionis. Unde Jeronimus in explanatione ſuper Danielē. ſuper hoc paſſu. ſic ait. Antixp̄us quoqꝫ ydumeā ⁊ moab ac filios Ammon. ideſt arabiā relinquet intactā. quia illuc ſancti ad deſerta cōfugient. hec Jero.

Jeronimus.

Aymo.

Uincētius i ſpeculo ṁorali.

Yſidorus.

Daniel.

Undecima Concluſio. Antixp̄us origine erit viliſſimus ⁊ plebeus deſpecta ac modica gente natus. ⁊ indignus honore regio. Iſta cōcluſio eſt Danielis prophete. qui in. xj. caplo. ita inquit. Et ſtabit in loco eius viliſſimus ⁊ indignus decore regio. ⁊ in paucis diebus cōteretur. non in furore nec in prelio. hec Daniel. ¶ Nota ad maiorem euidētiam huius cōcluſionis ꝙ de origine antixp̄i varia habetur opinio. Nam ſunt qui dicūt ꝙ naſcetur ex damnato coytu opere demonis ſuccubi vel incubi. Et propter hoc nominat ab apoſtolo. homo peccati: filius ꝑditionis. ij. ad Theſalo. ij. c°. ¶ Alij autumāt ꝙ naſcet ex viro iudeo et muliere xp̄iana. Quidā vero ſuſpicant ꝙ generabitur ex fornicatōe alicuius religioſi cū aliqua religioſa: vel alterius magni p̄lati cum muliere adultera. ¶ Nōnulli putāt ꝙ a conceptionis

De natiuitate antixp̄i diuerſi diuerſa opināt.

principio diabolus in vterū matris eius deſcēdet. cuius officio deinceps aletur puer ⁊ naſcetur ⁊ adoleſcet. ¶ Quorūdam opinio eſt ꝙ antixp̄s erit filius putatiuus alicui° magni principis eo modo quo Alexāder fuit filius putatiuus Philippi: regis macedonie. Nam Alexāder adulterio fuit genitus vt ſcribit Juſtinus abbreuiator Trogi pompei in fine ſeptimi libri. Olimpias enim mater Alexādri ⁊ ſi fuerit regijs fulgoribus clariſſima: Adulterij tamē illecebra eius etate florente labefacta fuit: Quo nil regine dedecoroſius eſſe pōt. Et quod turpius eſt ſuſpicatuȝ fuit Alexādrum adulterio genitum. que ſuſpitio adeo cōmouit Philipum virum eius. vt nō ſolum aliquādo palam diceret ex ſe Alexādrum nō fuiſſe genitum. verū etiam Olimpiam repudiauit ⁊ Cleopatraȝ duxit vxorem. vide plura que dicit Juſtinus. ⁊ qualiter poſt mortē Philippi regis: Olimpias coegit Cleopatram ad ſuſpēdium. Sic pariter aliqui ſuſpicantur debere fieri de antixp̄o. dicentes. ꝙ mater eius erit aliqua regina Ducisſa vel magna domina. alicuius principis que filium cōcipiet ex adulterio vel ſacrilegio. quē maritus eius putans eſſe ſuū educari faciet. ¶ Sunt alij qui affirmant antixp̄m naſciturum ex adulterio vel ſacrilegio in Babilonia vt dictū eſt ſupra in quarta cōcluſione.

Juſtinus d̄ Alexandro.

Alexander fuit adulterio genit°

Due Babilōie

Sed quia fuerūt due Babilonie vna quidē in Caldea in qua regnauit Nabucodonoſor rex aſſirioꝝ que deſtructa fuit a Medis ⁊ Perſis nec poſtea reedificata. Et dicitur in medio eius eſſe locus plenus ſerpētibus ⁊ arbuſtis in quibus odibiles beſtie generanť ex quo inhabitabilis eſt ꝓpter portēta. Alia dicitť Babilonia in egipto q̄ nunc nominatť Baldach. ¶ Et idcirco queritur: In qua Babilonia naſcetť ille filius perditionis. Pro reſpōſione. Sunt qui dicūt Babiloniā miſtice debere accipi: Ideſt. ꝓ cōfuſione. q: Babilonia interpretatť cōfuſio. Fuit enim illa ciuitas in qua olim homines turrim hedificātes diſperſi ſunt. imiſſa diuinitus ꝯfuſione linguaruȝ. de qua dicitur Geñ. xj. c. Uocatum eſt nomē eius babel q: ibi cōfuſum eſt labium vniuerſe terre. Cōuenienter itaqȝ antixp̄s in Babilone dicitť naſciturus. i. in cōfuſione. q: ipſe omnē ꝯfuſionem poſſibilē cōtra chriſtianam religionē perficere conabitť. Sic igitur dici pōt ꝙ vbicūqȝ naſcetur antixp̄s. locus ille erit Babilonia miſtice loquēdo. Quicquid ergo de loco natiuitatis aut origine illius dicatť. hoc veruȝ eſt: ꝙ antixp̄s erit per omnia cōtrarius xp̄o. Ideo dicitť antichriſtus ab anti ꝙ eſt cōtra ⁊ xp̄us. Ex quo veriſimile ē ꝙ ſicut dñs ieſus chriſtus natus eſt ex puriſſima virgine opere ſpiritus ſancti: Sic antichriſtus naſcetť de muliere cōiugata ex adulterio inſtigāte diabolo qui mēdax eſt ⁊ pater eius. Eritqȝ humilis ⁊ deſpectus ſed cōualeſcet ac roborabitť per inſidias ⁊ fraudes. Hinc Jeronimus in explanatōe aurea ſuper Danielē. xj. c°. vbi cōcluſioneȝ propoſitam pertractat. dicit ſic. In fine mūdi antixp̄s cōſurgere habet de modica gēte. ideſt de populo iudeoꝝ ⁊ tam humilis erit atqȝ deſpectus vt ei nō detur honor regius ⁊ ꝑ inſidias ⁊ fraudulētiam obtineat principatū. Et brachia pugnantis populi romani expugnentť ab eo ⁊ cōterantť. Et hoc faciet quia ſimulabit ſe ducem eſſe federis. hoc eſt legis ⁊ teſtamēti dei. Et ingredietť vrbes ditiſſimas. ⁊ faciet que nō fecerūt patres eius. ⁊ patres patrum illius. Nullus enim iudeoꝝ abſqȝ antixp̄o in tanto vnqȝ orbe regnauit. Et contra firmiſſimas cogitationes ſanctoꝝ. inibit cōſilium: facietqȝ vniuerſa vſqȝ ad tēpus. donec eum dei volūtas facere iſta ꝑmiſerit. hec Jero.

Queſtio.

Reſponſio.

Jero. d̄ antixp̄o

duodecima Concluſio. Illa antixp̄i perſecutio acerrima. durabit ſoluȝ tribus annis cū dimidio. Iſta cōcluſio eſt Danielis ꝓphete qui in ſeptimo caplō ita inquit. Et putabit ꝙ poſſit mutare tēpora ⁊ leges ⁊ tradentť in manibus eius vſqȝ ad tēpus ⁊ tempora ⁊ dimidiū temporis. hec ibi. Omnes doctores catholici cōmuniter iſta verba exponunt de tēpore quo durabit illa terribilis antichriſti ꝑſecutio: Intelligētes per tēpus ⁊ tempora ⁊ dimidiū temporis tres annos cū

Daniel.

dimidio tantũmodo. In quo tempore tanta erit rabies ſuperbie antichriſti ꝙ preſumet mutare tempora.ideſt curſum ⁊ modũ viuendi.⁊ pariter leges tã noui ꝙ̃ veteris teſtamẽti a deo datas. Hinc Jeronimus in explanatiõe ſuper Danielem ad Pãmachium ⁊ Marcellã.ſuper dicto textu.dicit ſic. Preliabit̃ enim antichriſtus cõtra ſanctos ⁊ ſuperabit eos. In tãtum erigetur ſuperbia vt leges dei ⁊ cerimonias mutare conetur ⁊ eleuet̃ ſupra omne qḋ dicitur deus. Et religio cuncta ſue ſubiciet̃ poteſtati. Et tradẽtur in manu eius. vſqꝫ ad tempus ⁊ tempora ⁊ dimidiũ temporis. Tẽpus annum ſignificat.tempora iuxta hebraici ſermonis ꝓprietatem.qui ⁊ ipſi dualem numerum habent.duos annos prefigurant.dimidium autem temporis ſex menſes quibus ſancti poteſtati antixp̃i permittẽdi ſunt.vt cõdemnent̃ iudei qui nõ credẽtes veritati ſuſceperũt mendatium. De quo tpe ⁊ ſaluator in euangelio loquit̃. Niſi abreuiati eſſent dies illi nequaꝙ̃ ſalua eſſet vlla caro.hec Jero. ¶ Auguſtinus quoqꝫ in.xx.li°. de ciuitate dei.c.xxiij.in quo oſtẽdit quid ꝓphetauerit Daniel de perſecutione antichriſti.ita inquit. Tempus quippe ⁊ tpa ⁊ dimidiũ tẽporis.vnum annũ eſſe ⁊ duos ⁊ dimidiũ.ac p hoc tres annos ⁊ ſemiſſem. Etiã numero dieꝝ poſterius poſito dilucеſcit. Aliquãdo in ſcripturis ac menſiũ numero declarat̃. Videnť enim tẽpora indefinite hic dicta lingua latina.ſed per dualẽ numerũ dicta ſunt.quẽ latini nõ habẽt. Sicut autẽ greci.ita hũc dicunt̃ habere ⁊ hebrei. Sic ergo dicta ſunt tẽpora tanꝙ̃ dicerent̃ duo tẽpora.hec Auguſtinus. Vide qualiter Auguſtinus ibidem allegat Jeronimũ ⁊ comẽdat explanationẽ eiuſdẽ in Danielẽ. ¶ Iterũ Auguſtinus in eodẽ libro.c.xiij. in principio idem affirmat ſic dicẽs. Hec perſecutio nouiſſima que futura eſt ab antichriſto ſicut iam diximus.q: ⁊ in hoc libro ſuperius.⁊ apud Danielẽ ꝓphetam poſitum eſt tribus annis ⁊ ſex menſibus erit.hec Auguſtinus.

Jeronimus de antichriſto.

Auguſtinus de antichriſto.



Auguſtinus.

Tertiadecima Cõcluſio. Antixp̃us erit potentiſſimus ⁊ monarcha fiet totius orbis. Iſta ꝯcluſio habet̃ Apoč.xiij.c.vbi dr̃. Datũ eſt beſtie.ſ.antichriſto bellũ facere cũ ſanctis ⁊ vincere illos ⁊ data eſt ei poteſtas in oẽm tribũ:populũ:linguã:⁊ gentẽ:⁊ adorauerũt eã oẽs qui habitabãt terraꝫ quoꝝ nõ ſunt ſcripta nomina in libro vite.hec ibi. ¶ Iteꝝ hec ꝯcluſio habetur in Daniele ꝓpheta.viij.c.vbi dr̃ ſic. Roborabit̃ fortitudo ei⁹ ſed nõ ĩ virib⁹ ſuis ⁊ ſupra quã credi poteſt vniuerſa vaſtabit ⁊ ꝓſperabit̃ ⁊ faciet.hec ibi. Ad maiorẽ euidentiã hui⁹ ꝯcluſionis.occurrit talis dubitatio. Cum enim illa acerrima antixp̃i ꝑſecutio ſit trib⁹ annis cũ dimidio ſolũmodo duratura.vt dictũ eſt in p̃cedẽti cõcluſione.qua queſo arte:aut quo ingenio:in tam breui tẽporis ſpacio poterit antixp̃us tot regna:tot populos:tot ꝓuincias ſubiecere imperio ſuo. Nam dicit̃ monarcha a monos qḋ eſt vnũ ⁊ archos princeps. Ille ergo dr̃ monarcha.qui ſingularẽ poſſidet principatũ ſicut Alexander apud grecos ⁊ Julius apud romanos. Et ideo ſi antixp̃us erit monarcha totius orbis.habebit ſingularem principatum totius mundi. Hoc autẽ videt̃ omnino impoſſibile vt in tam breui tẽporis ſpacio tantã cõſequat̃ in toto orbe auctoritatẽ etiã ſi curreret aut volaret cum tota gẽte ſua. ¶ Pro reſponſione nota ꝙ illi tres anni cuꝫ dimidio in quibus durabit antichriſti perſecutio nõ ſunt cõputandi ab illo tempore quo antichriſtus tirannizare aut ſe demõſtrare incipiet.ſed vt teſtat̃ Jeronimus. Cõſiderãdi ſunt a tẽpore quo ipſe iam adepta poteſtate magna.dei cultũ interdixerit.⁊ ſe adorandũ exhibebit vſqꝫ ad occiſionẽ eius. Unde Jero.ſuper Danielẽ.xij.c. Impugnat porphiriũ.qui male ſenſit ſup hac re.ſic dicens. Nos mille.ccxc.dies porphirius in tẽpore Antiochi ⁊ in deſolatione tẽpli dicit cõpletos.quã ⁊ Joſephus ⁊ Machabeoꝝ liber tribus tantum annis cõmemorãt. Ex quo perſpicuũ eſt.tres iſtos ⁊ ſemis annos de antichriſti dici temporibus.qui tribus ⁊ ſemis annis.hoc eſt mille ducentũ

Apocalipſis.

Daniel.

Pulcra dubitatio de tpe pſecutionis antixp̃i.

Rñſio qõnis.

Jeronimus.

Jeronimus.

nonaginta diebus ſanctos perſecuturus eſt ⁊ poſtea corruiturus in mõte indito ⁊ ſan
cto. A tẽpore igitur. qđ nos interpretati ſumus iuge ſacrifitiũ. quãdo antichriſtus vrbẽ
obtinẽs. dei cultuʒ interdixerit vſqꝫ ad interfectionẽ eius. tres ⁊ ſemis anni. ideſt mil
le. ccxc. dies cõplebunt. hec Iero. Sic pariter verba Danielis ſonare videntur qui in
eodem. c. ita inquit. A tẽpore quo ablatũ fuerit iuge ſacrifitiũ ⁊ poſita fuerit abhomi
natio in deſolationẽ. dies mille. ccxc. hec ibi. ¶ Nota ꝙ per iuge ſacrifitiũ intelligitur
Euchariſtie ſacramentũ. qđ quidẽ nõ ceſſabit in eccleſia vſqꝫ ad finale iudicium iuxta
illud Math. vlti. c. Ecce ego vobiſcũ ſum vſqꝫ ad cõſumationẽ ſeculi. Tempore autẽ
antichriſti ceſſabit iuge ſacrifitiũ quãtum ad ſolemnitatẽ. q: tũc ꝓpter rabiẽ ꝑſecutio
nis miſſe nõ celebrabunt. Cõcluſio ergo exponatur ſic. Cum dr̃ a Daniele. Roborabit
fortitudo eius. ſed nõ in viribus ſuis. Intellige ꝙ poteſtas antixp̃i erit maxima q: ex
cedet oẽs terrenã poteſtatẽ tẽpore ſuo. ſed talis poteſtas nõ erit virtute ſua ſed diabo
lica. cuius ſuaſione deo ſic permittẽte illa admirãda ꝓdigia ⁊ ſigna faciet. Et q: pote
ſtas eius ſubito apparebit ideo omnibus erit admirabilis.

Iuge ſacrifitiuʒ eſt ſacramentuʒ Euchariſtie.

Quartadecima Concluſio. Antichriſtus habebit valentẽ ac poten
tiſſimum exercitũ diuerſaꝝ gentium ⁊ multitudinẽ
maximã armatoꝝ hominũ qui ꝯtra chriſtianã religionẽ acerrime bellabũt. eamqꝫ in
totum exterminare conabunt. Hec cõcluſio habet a Ioãne euangeliſta Apoca. xx. c.
vbi ait. Et cum cõſumati fuerint mille anni ſoluetur Sathanas de carcere ſuo ⁊ exibit.
⁊ ſeducet gẽtes que ſunt ſuper quattuor angulos terre Gog ⁊ Magog. ⁊ cõgregabit
eos in prelium quoꝝ numerus eſt ſicut arena maris. Et aſcenderũt ſuper latitudineʒ
terre ⁊ circuierũt caſtra ſanctoꝝ ⁊ ciuitatẽ dilectã. hec ibi. ¶ Ad maiorẽ autem euiden
tiam iſtius cõcluſionis conſiderandũ prius nobis eſt quid ſit Gog ⁊ Magog q: di
uerſi diuerſa opinantur. Et primo hebrei putãt ꝙ Gog ⁊ Magog ſint gentes ⁊ ꝯtrarij
exercitus Meſſie. qui vẽturi ſunt ad pugnandũ cõtra Ieruſalem qui debellabunt
per ipſum regem Meſſiã quem expectãt adhuc venturũ. Sunt alij qui dicunt Gog
⁊ Magog eſſe iudeos relegatos ab Alexãdro vltra montes Caſpios. Nõnulli cre
dunt Gog ⁊ Magog eſſe ſcitas ⁊ tartaros vltra Caucaſum montem ꝓpe mare Ca
ſpium. ¶ Has igitur opiniones improbat Ieronimus in explanatione ſuper Ezechie
lem ꝓphetã. lib. xj. c. xxxviij. vbi ita inquit. Igitur iudei ⁊ noſtri iudaiʒãtes putãt Gog
gentes eſſe ſciticas imanes ⁊ innumerabiles que trãſcaucaſum montẽ ⁊ meotidã palu
dem ⁊ ꝓpe Caſpiũ mare ad Indiã vſqꝫ tendunt. Et has poſt mille annos regnũ eſſe
a diabolo cõmouendas que veniãt in terram iſrael vt pugnẽt contra ſanctos multis
ſecum gentibus cõgregatis. Primũ Moſoch quos Ioſephus interpretatur Cappa
docas. Dein Tubal: quos idem hiberos vel hiſpanos hebrei italos ſuſpicant. habẽ
tes ſecum in exercitu perſas: ethiopas: ⁊ libias. gomer quoqꝫ ⁊ thogorma quos gala
thas ⁊ phrigas interpretãt. ſabeos quoqꝫ ⁊ dedan ⁊ carthaginẽſes ſiue tharſis. ⁊ hoc
eſſe qđ Ioãnes quoqꝫ in ſua ponit Apocalipſi. Et cum finiti fuerint mille anni ſolue
tur Sathanas de cuſtodia ſua ⁊ egredietur vt ſeducat gentes in quattuor angulis terre
Goz ⁊ Magog. vt cõgreget eos ad bellum quorum numerus eſt ſicut arena maris.
Aſcenderũt ſuper latitudinẽ terre ⁊ circũdederunt caſtra ſanctoꝝ ⁊ ciuitatẽ dilectam.
Et deſcẽdit ignis a deo de celo ⁊ deuorauit eos. ⁊ diabolus qui ſeducebat eas miſſus
eſt in ſtagnũ ignis ⁊ ſulphuris vbi erat beſtia ⁊ pſeudo ꝓpheta ⁊ cruciabunt diebus
⁊ noctibus in ſecula ſeculoꝝ. nõ intelligentes totũ volumen Ioãnis qđ reuellationis
titulo prenotatur eſſe miſticũ ⁊ reuellatione nos indigere vt poſſimus cum ꝓpheta di
cere reuela oculos meos ⁊ ꝯſiderabo mirabilia de lege tua. hec Ieronimus. ¶ Qua
ſententia aperte datur intelligi ꝙ liber Apocalipſis nõ ad ſenſum litteralem ſed miſtice

Ioãnes euangeliſta in Apoc.

Quid eſt Gog ⁊ Magog.

Iero. pulcre declarat qđ ſit gog ⁊ Magog.

Nota ꝙ tota apocalipſis Ioãnis eſt miſtice intelligenda.

accipi debet. Ibi enim eccleſia dicit̃ celum. principes appellant̃ angeli q: adminiſtra
tionem angelicā viſibiliter exequunt̃. Romana ſedes appellat̃ tronus dei q: in ea eſt
plenitudo diuine poteſtatis ⁊ ſic de alijs. Ita ēt ad ꝓpoſitū noſtrū licet Gog ⁊ Ma-
gog ad litterā ſint ſcite ⁊ tartari ⁊ Moſoch ſint capadoces tñ nō ſic ad litterā ſunt acci
piendi ſed miſtice. Unde Iero. in explanatione ſuper Ezechielē in loco p̄allegato ita — Iero. de Gog.
ſubiūgit. dicēs. Nos omnia lectoris arbitrio cōcedētes nō tam aliena damnare q̄ꝫ ec
cleſiaſticā explanationē affirmare conabimur. Gog greco ſermone latino tectū dicit̃.
Porro Magog interpretatur de tecto. Omnis igit̃ ſuperbia ⁊ falſi nominis ſciētia
que erigit ſe cōtra noticiā veritatis. his nominibus demōſtrat̃. Et parū infra dicit ſic.
Illud quoqꝫ breuiter annotandū eſt ꝙ in Ezechiel Gog princeps terre Magog eſſe
dicat̃. Apocalipſis vero ⁊ Gog ⁊ Magog natiōes eſſe cōmemoret que egrediunt̃ de — Iero. de Gog. ⁊ Magog.
quattuor angulis terre. Et quomodo ab Iacob qui poſtea appellat᷒ eſt iſrael oīs po
pulus hebreoꝝ ſortitus eſt nomē ⁊ ab Arā ſiria. ⁊ a Meſraim egiptus. quoꝝ in geneſi
ſcripta ſunt nomina. ſic ⁊ a principe Gog omnes qui ei ſubditi ſunt Magog appellā
tur. Moſoch autē interpretat̃ amētia ⁊ Tubal tota vel omnia. Princeps igit̃ ⁊ ca-
put ſuperbiētis amētie ⁊ omniū maloꝝ iuxta illud q̄ꝺ ſcriptū eſt. mundus in maligno
poſitus eſt. Gog ⁊ Magog appellant̃. hec Iero. ¶ Auguſtinus pariter ꝑ pulcre de — Augu. de Gog. ⁊ Magog.
clarat quid ſit Gog ⁊ Magog quos ad perſequendā eccleſiā dei. ſolutus ꝓpe finē ſe
culi. diabolus incitabit. in. xx. lib. de ciuitate dei. c. xj. ſic dicēs. Hec enim erit nouiſſi-
ma perſecutio nouiſſimo iminēte iudicio. quā ſancta eccleſia toto terraꝝ orbe paciet̃.
vniuerſa. ſ. ciuitas xp̄i ab vniuerſa diaboli ciuitate quātacūqꝫ erit vtraqꝫ ſuper terrā.
Gentes quippe iſte quas appellat Gog ⁊ Magog. nō ſic ſunt accipiēde tanq̄ꝫ ſint ali
qui mali in aliqua parte terraꝝ Barbari cōſtituti. ſiue q̄ꝺ quidā ſuſpicant̃ Getas ⁊
Maſſagetas ꝓpter hoꝝ nominum litteras primas. ſiue alios aliquos alienigenas. ⁊
a romano iure ſeiūctos. Toto nāqꝫ orbe terraꝝ ſignificati ſunt iſti eſſe. cum eſt dictuꝫ
nationes que ſunt in quattuor angulis terre. eaſqꝫ eſſe ſubiecit Gog ⁊ Magog. Quo
rum interpretationē nominū eſſe cōperimus Gog tectū: Magog detectū tanq̄ꝫ do-
mus ⁊ ipſe qui ꝓcedit de domo. Gentes ergo ſunt in quibus diabolū velut in abiſſo
ſuperius intelligebamus incluſum. ⁊ ipſe de illis quodāmodo ſeſe efferēs ⁊ ꝓcedens
vt ille ſint tectū. ille detectū. Si autē vtrūqꝫ referamus ad gentes non vnum hoꝝ ad
illas. alteꝝ ad diabolū. ⁊ tectum ipſe ſunt gētes. q: in eis nunc includit̃. ⁊ quodāmodo
tegit̃ inimicus antiquus ⁊ detectū ipſe erit. quādo in apertū odiuꝫ de operto erupturi
re ſunt. Quod vero ait. ⁊ deſcēderunt ſuper terre latitudinē ⁊ cinxerūt caſtra ſanctoꝝ
⁊ dilectā ciuitatē. nō vtiqꝫ ad vnum locū veniſſe vel venturi eſſe ſignificati ſunt. Quaſi
alieno vno loco futura ſint caſtra ſanctoꝝ ⁊ dilecta ciuitas. cum hec nō ſit niſi chriſti ec
cleſia toto orbe terraꝝ diffuſa. ac per hoc vbicūqꝫ tunc erit que in omnibus gentibus
erit. q̄ꝺ ſignificatū eſt nomine latitudinis terre. Ibi erunt caſtra ſanctoꝝ. Ibi dilecta
deo ciuitas eius. Ibi ab omnibus inimicis ſuis. q: ⁊ ipſi cum illa in omnibus genti-
bus erunt. perſecutionis illius imanitate cinget̃. hoc eſt in anguſtia tribulationis ar-
tabitur. vrgebit̃. cōcludet̃. nec militiā ſuam deſeret. que vocabulo eſt appellata caſtro
rum. hec Auguſtinus. ¶ Quibus quidē ſententijs nobis inoteſcit̃ ꝙ gentes ille quas
Gog ⁊ Magog. Io. euangeliſta nominat nō venient vt putant iudei ad ſenſum litte — Gog ⁊ Magog nō veniēt vt putant iudei.
re: Sed veniēt ex angulo oppoſito illis populis. Unde Hiſpania ⁊ Italia accipiunt̃ ꝑ
extremo angulo occidētis. pars vero oppoſita orientalis Capadocia. accipit̃ ꝑ extre-
mo angulo orientis. Similiter Carthago accipit̃ ꝑ angulo meridionali q: eſt ad meri
diēm. ſicut etiā Gog accipit̃ ꝑ ſeptētrionali angulo q: eſt ad ſeptētrionem. Sic igitur
patet ꝙ iſta vocabula Gog ⁊ Magog non ſunt accipienda pro illis gentibus. ſed pro

quattuor angulis extremis mūdi correſpondētibus illis gētibus. Et vt breuiter cōclu-
dam. Gog ꝛ Magog. omnes apertos perſecutores miſtice ſignificāt. qui principali-
ter a lateribus aquilonis veniēt vt omnē calorē credentiū refrigerare videāť. ¶ Vel
Vel Gog ſigni | per Gog Antichriſtus intelligiť. q2 ſm Jeronimū in explanatione ſuper Ezechielez.
ficat antichriſtū. | vbi ſupra. Gog greco ſermone: latine tectū diciť. Et ideo cum antichriſtus ſit futurus
homo erit tamē ſubiectus ꝛ obediens Sathane: q2 in eo totaliter diabolus habitabit.
Et ita diabolus erit quaſi tegmentū eius. ſub ſpecie humana. Vide plura in poſtilla
Nicholai de lira ſuper Apoč. xx. c. Et iterū ſuper Ezechielē ꝓphetā. xxxviij. c. ¶ Ver
Aliter explanāť | ba autē cōcluſiōis ꝓpoſite explanantť ſic. Cum cōſumati fuerint mille anni ſolueť Sa
verba ꝯcluſiōis. | thanas de carcere ſuo. Intellige per ſpaciū mille annorū totū illud tempus in quo de-
curret eccleſia a tēpore Beati Joānis euāgeliſte vſq3 ad tēpus antichriſti. Et tunc ſol
Auguſtinus. | uetur Sathanas ideſt maiorē poteſtatē accipiet. Hinc Augu. in. xx. lib. de ciuitate dei.
c. vij. dicit ſic. Mille annos ꝓ annis omnibus huius ſeculi poſuit vt perfecto nume-

ro notareť ipſa tēpis plenitudo. Millenarius quippe numerus. denarij numeri qua-
dratum ſolidū reddit. Decē quippe decies ducta. fiunt centū. que iā3 figura quadra-
ta ſed plana eſt. Ut aūt in altitudine ſurgat ꝛ ſolida fiat. rurſus centū decies multipli
cantur ꝛ mille fiunt. Et parū infra ita ſubiūgit. Mille ꝓ vniuerſitate ponunť vbi eſt
ſoliditas ipſius denarie quadrature. Unde nec illud melius intelligiť q̄d in pſalmos
legiť. Memor fuit in ſeculū teſtamēti ſui. verbi q̄d mādauit in mille generatōes. ideſt
Idem. | in omnes. hec Augu. Iterū in eodē libro. c. xxiij. idem dicit. q̄ millenario: cētenario: ſe
ptenario: ſignificať plerūq3 vniuerſitas. ꝛ alijs atq3 alijs numeris quos cōmemorare
nō eſt neceſſe. hec Augu. Nota ergo q̄ poteſtas Sathane fuit per paſſionē xp̄i ꝛ predi
cationē eius ꝛ ꝑ merita ſanctorū apoſtolorū martirū atq3 aliorū ſanctorū reſtricta: Sed
tēpore antichriſti deo permittēte relaxabiť. Et ideo antichriſtus fultus fauore ꝛ adiu
torio poteſtatis diabolice ſeducet gentes inumerabiles que ſunt ſuper quattuor angu
Auguſtinus. | los terre. ideſt per orbē terrarū vt exponit Auguſtinus in. xx. lib. de ciuitate dei. c°. xj.
q2 de omnibus partibus mundi aliqui adherebūt antixp̄o ſeducti a diſcipulis ſiue a
Idem. | p̄dicatoribus vel ſequacibus ſuis: Gog ꝛ Magog. que nomina ſm Auguſtinū ſigni
ficant gentes in quibus diabolus tegiť vel includiť. Et cōgregabit eas in p̄lium ꝯtra
fideles quorū numerus eſt ſicut arena maris. Cetera patent.

Quintadecima Concluſio. Antichriſtus luciferina ſuperbia exceca
tus ſibi vſurpabit honorē dei. ꝛ ſe vt deū adorari fa
Paulus. | ciet. Hanc ꝯcluſionē expreſſit Paulus apoſtolus. ij. ad Theſa. ij. c. ſic dicens. Extolle
tur ſuper omne q̄d diciť deus aut q̄d colitur: ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe
Jero. d̄ antixp̄o | tamq̄3 ſit deus. hec ibi. ¶ Iſta ꝯcluſio pertractať a Jeronimo in. iiij. li. ſuper Math.
xxiiij. c. vbi ait. Apoſtolus loquiť q̄ homo iniquitatis ꝛ aduerſarius eleuādus ſit con
tra omne q̄d diciť deus ꝛ culturā: ita vt audeat ſtare in templo dei ꝛ oſtendere q̄ ipſe
ſit deus cuius aduētus ſm operationē Sathane deſtruat eos ꝛ ad dei ſolitudinē redi
Matheus. | gat qui ſe ſuſceperint. hec Jero. ¶ Matheus quoq3 euangeliſta. xxiiij. c°. ita inquit.
Cum autē videritis abhominationē deſolationis que dicta eſt a Daniele ꝓpheta ſtā
te in loco ſancto. qui legit intelligat. Tunc qui in iudea ſunt fugiāt ad montes. ꝛ qui in
tecto nō deſcendant tollere aliquid de domo ſua ꝛ qui in agro nō reuertanť tollere tu
Jeronimus. | nicam ſuam. hec ibi. Nota q̄ Jeronimus in. iiij. lib. ſuper Math. xxiiij. c. vbi expla-
nat hunc textū plura notabilia annectit. Nam dicit q̄ ydolatria ſm veterē ſcripturam
dicitur abhominatio q2 inter omnia peccata eſt peccatū magis abhominabile ꝛ dete-
ſtabile. Iſta autē abhominatio deſolationis de qua loquiť Daniel. ix. ꝛ. xj. capitulis.
ꝛ quā Beatus Matheus euangeliſta cōmemorat. diuerſimode accipi poteſt. Unde

Jeronimus ibidē.ita inquit. Poteſt autē ſimpliciter aut de antichriſto accipi aut de Jero.ď antixpo
imagine Ceſaris quā Pilatus poſuit in templo.aut de Adriani equeſtri ſtatua que
in ipſo ſancto ſanctoꝝ loco vſqꝫ in preſentē diem ſtetit. Abbominatio quoqꝫ ſm vete-
rem ſcripturā ydolum nūcupaꝰ. Et idcirco additur deſolationis ꝙ in deſolato tēplo
atqꝫ deſtructo ydolum poſitum ſit.hec Jeronimus. ¶ Uel iſta abbominatio deſola
tionis poteſt explanari generaliter ꝓ omni dogmate peruerſo. Jdeo Jeronimus ibi Jeronimus.
dem ita ſubiūgit. Abbominatio deſolationis intelligi poteſt ⁊ omne dogma ꝑuerſum
qđ cum viderimus ſtare in loco ſancto hoc eſt in eccleſia ⁊ ſe oſtendere deum.debe-
mus fugere de iudea ad montes.hoc eſt dimiſſa occidente littera ⁊ iudaica prauitate.
appropinquare montibus eternis de quibus illuminat mirabiliter deus.⁊ eſſe in te-
cto ⁊ in domate.quo nō poſſunt ignita diaboli iacula ꝑuenire.nec deſcendere ⁊ tolle
re aliquid de domo cōuerſationis priſtine.nec querere que retrorſum ſunt.ſed magis
ſerere in agro ſpiritualiū ſcripturaꝝ vt fructus capiamus ex eo. Nec tollere alteraꝫ tu
nicam quā apoſtoli habere ꝓhibenꝰ.hec Jeronimus. ¶ Uel ſm Thomā in comēto Sanctus Tho.
aureo ſuper ſcđa epiſtola ad Theſalo.ij.c.lectione.j. Jſta abbominatio ydolatrie fiet
per antichriſtū quando ex maxima ſuperbia faciet ſe adorari vt deum.ſicut de Cayo
Ceſare legimus qui ⁊ Caligula dicꝰ. De quo Paulus Oroſius in.vij.libro croni- Paulꝰ Oroſiꝰ.
ce ſue.ita inquit. Omnes iudeoꝝ ſacras edes.atqꝫ in primis antiquum illud in hiero
ſolimis ſacrarium.ꝓphanari ſacrifitijs gentiliū.ac repleri ſtatuis.ſimulacriſqꝫ impe-
rauit.ſeqꝫ ibi vt deum coli precepit.hec Oroſius. ¶ Uel antichriſtus cecatus ſuper- Aliter.
bia extolleꝰ more regis Babilonis Nabucodonoſor de quo in Yſaya legimus ꝙ ipſe
ſe dei potētie coequauit atqꝫ in tantā arrogantiā eleuatus eſt.vt auderet dicere.Su-
per aſtra celi cōſcendam ⁊ ero ſimilis altiſſimo.ſed p̄cipitatus de ſolio ſuo audire me-
ruit. Quomodo cecidiſti de celo Lucifer qui mane oriebaris? ¶ Uel antichriſtus in Aliter.
maximam eleuabiꝰ dementiam ſicut Pharao ſuperbiſſimus qui eodem ꝓpheta te
ſtante dicere auſus eſt. Mea ſunt flumina ⁊ ego feci ea. ¶ Uel ſicut de rege Tiri in
Ezechiele.xxviij.cº.dicꝰ.ꝙ ipſe elato corde dixerit arrogāter. Deus ego ſum ⁊ in ca Ezechiel.
thedra dei ſedi. Sic pariter credibile eſt ꝙ faciet antichriſtus.dicendo ſe deum eſſe ⁊
hominem. Et in ſignum huius ſedebit in templo vt dicꝰ in cōcluſione p̄dicta a Pau
lo apoſtolo.⁊ a Daniele.⁊ Matheo euangeliſta.

¶ Sed queriꝰ. Jn quo templo ſedebit antichriſtus. Nōne eſt deſtructuꝫ a romanis? Queſtio.
Pro reſpōſione nota ꝙ ſunt qui dicūt ꝙ antichriſtus erit iudeus de tribu Dan que
tribꝰ inter alias nō nominaꝰ a Joāne in Apo.vij.c.q: de ipſa dr̄ antichriſtus:naſcitu
rus vt dictū eſt ſupra. Et ideo iudei primo ipm̄ recipiēt ⁊ rehedificabūt templū in ie- Reſponſio.
ruſalem.⁊ ſic adimplebiꝰ abbominatio deſolationis.de qua in Daniele.ix.c.dicitur.
Deficiet hoſtia ⁊ ſacrifitiū. Et erit in templo abbominatio deſolationis. Et iteꝝ Da Judei primo re
nielis.xj.c. Polluent ſanctuariū fortitudinis ⁊ aufferent iuge ſacrifitiū.⁊ dabunt ab- cipiēt antixp̄m.
hominationē in deſolationē. ¶ Quidā vero putāt ꝙ nunqꝫ ieruſalem nec templum
rehedificabiꝰ ſed vſqꝫ ad conſumationē ⁊ finem perſeuerabit deſolatio.vt habetur in Alia opinio.
Daniele ꝓpheta in fine.ix.capituli. Et hoc etiā credunt aliqui iudeoꝝ.ideo cuꝫ dicꝰ.
Erit in templo abbominatio ſic exponiꝰ.ideſt in eccleſia q: multi de eccleſia recipiēt
antichriſtū. ¶ Uel aliter. Cum enim dicitur.vt in templo dei ſedeat ideſt principeꝰ
⁊ dominetur.tanqꝫ ipſe antichriſtus cum ſuis ſequacibus ſit templum dei: Sicut eſt Aliter exponiꝰ.
chriſtus cum ſuis. Hinc Auguſtinus in.xx.libro de ciuitate dei.cº.xviij.dicit ſic. Sed
in quo dei templo antichriſtus vt deus ſit ſeſſurus incertum eſt. Utrum in illa rui- Auguſtinus.
na templi qđ a Salomone rege cōſtructum eſt.an vero in eccleſia. Non enim templuꝫ
alicuius ydoli aut demonis.templum dei apoſtolus diceret. Unde nōnulli nō ipſum

principē ſed vniuerſum quodāmodo corpus eius ideſt ad deum pertinentē hominū multitudinē ſimul cum ipſo ſuo principe. hoc loco intelligi antichriſtum volunt. Rectiuſq̄ putant etiā latine dici ſicut in greco eſt. nō in templo dei. ſed in templū dei ſedeat tanq̄ ipſe ſit templū dei. qđ eſt eccleſia. Sicut dicimus ſedet in amicū. ideſt velut amicus. vel aliquid aliud iſto locutionis genere dici ſolet. hec Auguſtinus.

Sextadecima Concluſio. Antixp̄i perſecutio erit valde terribilis vl tra q̄ dici aut credi poſſit. Et erit maxima oīum perſecutionū que fuerūt in eccleſia dei.

Matheus. ¶ Hec cōcluſio eſt Beatiſſimi euangeliſte Mathei q. xxiiij. c. ſic ait. Erit tūc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mūdi vſq̄ modo neq̄ fiet. Et niſi abreuiati fuiſſent dies illi nō fieret ſalua oīs caro. hec ibi.

Jeronimus. ¶ Sed quomodo intelligant̄ abreuiati dies illi. pulcre oſtēdit Jeronimus in explanatōe ſup Math. ad Euſebiū. ſup codē textu ſic dicēs. Abreuiati dies nō ſm deliramenta quorūdam. qui putāt temporū momēta mutari. nec recordant̄ illius ſcripti: Ordinatione tua permanet dies. Sed iuxta temporū qualitatē ſentire debemus. ideſt abreuiatos nō menſura ſed numero. vt quomodo in benedictione dicit̄. Longitudine dieꝝ replebo eum ſic ⁊ nūc abreuiati dies intelligant̄. ne temporū mora fides cōcutiat̄ credētū. hec Jeronimus.

Daniel. ¶ Etiam de illa acerrima antichriſti perſecutione loquens Daniel ꝓpheta in principio. xij. c. ita inquit. Veniet tempus quale nō fuit ex quo gentes eſſe ceperunt vſq̄ ad tempus illud.

Jeronimus. Super quo textu Jeronimus in explanatione ſuper Danielē. dicit ſic. Tempore autem antichriſti. talem tribulationem fore. qualis nūq̄ fuit ex quo gentes eſſe ceperunt. verius intelligitur. hec Jeronimus.

Antixp̄s delectabit̄ i effuſiōe humani ſanguinis. ¶ Scias ergo q̄ Antichriſtus erit natura atrociſſimus tirannus ⁊ delectabitur in effuſione humani ſanguinis. Et ideo cōuenienter prefiguratur in rege Antiocho qui fuit perſecutor ſeuiſſimus populi iſrael. Sic pariter Antichriſtus populum chriſtianum non ſolum acerrime perſequetur. ſed totis reaſumptis viribus deſtruere conabitur.

Jero. đ antixp̄o. Unde Jeronimus in explanatione ſuper Danielem. xj. caplō. dicit ſic. De Antichriſto nullus ambigit quin pugnaturus ſit aduerſus teſtamentum ſanctum. ⁊ primum contra regem Egipti dimicans romanoꝝ timore. pro eius auxilio terreatur. Hec autem ſub Antiocho epiphane in ymagine preceſſerunt. vt rex ſceleratiſſimus qui perſecuturus eſt populum dei prefiguret Antichriſtum. qui chriſti populum perſequuturus eſt. Unde multi noſtrorum putant obſcenitie ⁊ turpitudinis magnitudinem Domitianum: Neronem: Antichriſtum fore. hec Jeronimus.

Sanctus Tho. Et propterea Sanctus Thomas in explanatione aurea in ſecundam epiſtolam ad Theſalo. ij. cº. lectione prima. dicit. q̄ ſicut omnia bona ⁊ virtutes ſanctorum qui preceſſerunt chriſtum fuerunt figura chriſti. ita in omnibus perſecutionibus eccleſie tiranni. fuerunt quaſi figura Antichriſti. ⁊ latuit ibi Antichriſtus. Et ita tota illa malitia que latet i eis reuelabitur in tempore illo. hec Tho.

Decimaſeptima Concluſio. Antichriſtus fultus conſilio: fauore: ac ſuaſione diaboli magiſtri ſui. ſigna magna ⁊ ꝓdigia atq̄ admiranda multa faciet vt vidētes in errorē labant̄.

Paulus. Iſta ꝯcluſio eſt Pauli apoſtoli. ij. ad Theſalo. ij. c. vbi dicit̄ ſic. Cuius eſt aduentus ſm operationē Sathane in omni virtute ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs mēdacibus ⁊ in omni ſeductione iniquitatis. his qui pereūt. hec Paulus.

Sanctus Tho. ¶ Sed quomodo iſta ꝓdigia ⁊ miracula fienda ꝑ antixp̄m intelligant̄. Sanctus Thomas ꝑ pulcre declarat in explanatiōe aurea. ſup. ij. epl'a. ad Theſa. c. ij. lectione. ij. ſic dicens. Miraculū mēdax dicit̄ vel q̄ deficit a vera ratione facti. vel a vera ratione miraculi. vel a debito fine miraculi.

Nota de miraculis. ¶ Primū fit in p̄ſtigijs. quando per demones illudunt̄ aſpectus vt aliud videatur q̄ eſt ſicut Simon Ma-

gnas ſecit decolari arietem ꝛ poſtea oſtenſus eſt viuus. ꝛ homo decolatus eſt. ꝛ poſtea
homo qui credebatur decollatus oſtenſus eſt viuus ꝛ creditus ẽ reſuſcitatus. Et hoc
faciunt homines cõmutando fantaſmata ꝛ decipiendo. ¶ Secũdo modo illa dicun-
tur miracula proprie que plena ſunt admiratione. quod eſt. quãdo effectus videtur ꝛ
ignoratꝰ cauſa. Que ergo habẽt cauſaꝫ occultam alicuius ꝛ nõ ſimpliciter: dicunt quidem
dem mira. ꝛ nõ miracula ſimpliciter. Sed que ſimpliciter cauſam occultã habent ſunt
miracula. quorum cauſa eſt ipſe deus glorioſus: quia totum ordineꝫ nature create trã-
ſcẽdunt. ¶ Aliquãdo vero fiunt aliqua mira ſed nõ preter ordinẽ nature. ſed occultas
cauſas habẽt. ꝛ hec multo magis faciunt demones qui virtutes nature ſciũt ꝛ qui ha-
bent determinatas efficatias ad ſpãles effectus ꝛ hec faciet Antixp̃us. ſed nõ que ha-
bent verã rõnem miraculi q: non poſſunt in illa que ſunt ſupra naturã. ¶ Tertio mo-
do dicunt miracula ſecũdum q̄ ſunt ordinata ad atteſtanduꝫ veritati fidei ad reducen
dũ fideles in deum. Marci. vltio. c. Dño cooperãte ꝛ ſermonẽ cõfirmante ſequẽtibꝰ
ſignis. Sed ſi alicui adeſt gratia miraculoꝝ ꝛ non vtatꝰ eis ad hoc. miracula quidẽ ſunt
vera quo ad rationẽ rei facte ꝛ quo ad rationem miraculi. ſed ſunt falſa quo ad inten-
tionem dei. Hoc tamẽ non erit in Antixp̃o. quia nullus cõtra fidem facit vera miracu-
la quia deus nõ eſt teſtis falſitatis. Unde aliquis predicãs falſam doctrinã nõ poteſt
facere miracula. licet aliquis habẽs malam vitam poſſet. hec Thomas.
¶ Etiam btũs euangeliſta Matheus loquẽs de ſignis ꝛ prodigijs Antixp̃i atqꝫ ſuo-
rum diſcipuloꝝ. xxiiij. cap. Ita inquit. Surgent enim pſeudo xp̃i ꝛ pſeudo prophete ꝛ Matheus.
dabunt ſigna magna ꝛ prodigia ita vt in erroreꝫ inducãtur ſi fieri poteſt. etiam electi.
hec ibi. ¶ Super quo textu dubitare cõtingit. Quomodo fieri põt vt tempore Anti-
xp̃i in errorẽ inducãtur electi? Nam ſi cadẽt in errorẽ quomodo electi? Si vero electi. Dubitatio.
quomodo cadent? Huic dubitationi reſpondet Yſidorus in primo libro de ſummo bo
no. caplõ. xxviij. ſic dicens. Magnitudo ſignorum fiet ſub Antichriſto vt electi ſi fieri Yſidorus rñdet
poteſt in errorem mittentur. Sed ſi electi quomodo ſunt in errorem mittendi? Ergo queſtioni.
ibunt in errorem titubationis ad modicum pre multitudine prodigiorum. non tamen
deiciendi ſunt a ſtabilitate ſua terrorum impulſu atqꝫ ſignoruꝫ. Unde ꝛ ideo ponitur.
ſi fieri poteſt. quia electi perire non poſſunt. ſed cito reſipiſcentes cordis errorem reli-
gione coercebunt. ſciẽtes p̄dictum a domino eſſe. vt dum hoc fecerint aduerſarij. non
conturbentur ſancti. Tam mira facturus eſt prodigia ꝛ ſigna dum venerit Antichri-
ſtus vt etiam electis. quoddam cordis gignatur ſcrupulum. quod tamẽ cito exuperet Nota de electis
in illis ratio. per quam ſcient in deceptionem reproborum ꝛ electorum probationem ꝛ reprobis illiꝰ
eadem fieri ſigna. In quo tempore per pacientiam glorioſi erunt ſancti non per mira- temporis.
cula. ſicut martires fuerunt priores. Illi enim ꝛ perſecutores ſuſtinebunt ꝛ facien-
tes prodigia. Proinde ꝛ durius bellum ſuſtinebunt quia non ſolum cõtra perſequẽ-
tes. ſed etiã ꝯtra miraculis coruſcãtes dimicaturi ſunt. hec Yſidorus.
¶ Scias ergo pro concluſione q̄ illius Antichriſti prodigia ꝛ miracula conuenien-
ter dicuntur ſigna mendatij. quia ad confirmandum mendatia ꝛ ſeducendum ani-
mas oſtendẽtur. Et reuera huiuſmodi ſigna. proprie non poſſunt nec debẽt dici mira-
cula ſed mirabilia. Quia illud dicitꝰ mirabile quod fit preter ſolitum curſum nature.
Diabolus autem habens ſubtilem intelligentiam ꝛ longam experientiam. quod na-
tura facit ſucceſſiue. ipſe ſcit quaſi in inſtanti ideſt ſubito ꝛ impercepribiliter operari:
Sicut Magi pharaonis virgas in ſerpentes ſubito conuertiſſe leguntur miraculum
autem facere. ſolius eſt diuine poteſtatis. quia ſicut ſolus ipſe eſt actor nature. ſic ipſe
ſolus poteſt naturam tranſmutare. ¶ Hinc Auguſtinus pertractans verba Pau-
li apoſtoli pulcre oſtendit quare illa prodigia Antichriſti dicuntur ſigna mendatij. Aug. d antixp̃o.

in.xx.lib.de ciuitate dei.c.xviij.vbi ita inquit. Preſentia quippe antichriſti erit ſicut dictū eſt ſecūdum operationē Sathane in omni virtute ⁊ ſignis.⁊ prodigijs mendatij ⁊ in omni ſeductione iniquitatis his qui pereūt. Tunc enim ſoluetur Sathanas ⁊ per illū antixp̄m in omni ſua virtute mirabiliter quidē.ſed mēdaciter operabitur. Quod ſolet ambigi. vtrum ꝑpterea dicta ſint ſigna ⁊ prodigia mēdatij.quoniā mortales ſenſus per phātaſmata decepturus eſt, vt quod nō facit facere videatur: An quia illa ipſa etiam ſi erūt vera prodigia ad mēdatium pertrahent credituros.nō ea potuiſſe niſi diuinitus fieri.virtute diaboli creſcente maxime quādo tantam.quātam nunq̄ꝫ habuit. acceperit poteſtatē. Non enim quādo de celo ignis cecidit ⁊ tantā familiam.cū tantis gregibus pecorū Sancti Job vno impetu abſumpſit.⁊ turbo irruens ⁊ domū deijciens:filios eius occidit dicēda ſunt phantaſmata.que tamē fuerunt opera Sathane cui deus dederat hanc poteſtatē. Propter quid ergo horum ſint dicta prodigia.⁊ ſigna mēdatij.tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horū dictum ſit.ſeducentur eis ſignis atq̄ꝫ prodigijs qui ſeduci merebuntur.pro eo quod veritatis dilectionē inquit non receperunt. vt ſalui fierent. Nec dubitauit apoſtolus addere ac dicere. Et ideo mittet illis deus operationē erroris vt credant mēdatio. Deus enim mittet.quia deus diabolū iſta facere permittet.iuſto ipſius iudicio.q̄ꝫuis ipſe faciat iniquo malignoq̄ꝫ conſilio. Ut iudicētur inquit omnes qui non crediderūt veritati.ſed conſenſerunt iniquitati. Proinde iudicati ſeducētur.⁊ ſeducti iudicabūtur. Sed iudicati ſeducuntur illis iudicijs dei occulte iuſtis.iuſte occultis.quibus ab initio peccati rationalis creature nunq̄ꝫ iudicare ceſſauit. Seducti autē iudicabūtur nouiſſimo manifeſtoq̄ꝫ iudicio per Jeſum chriſtum iuſtiſſime iudicaturū.iniuſtiſſime iudicatū.hec Augu.

Decimaoctaua

Cōcluſio. Antixp̄us reuelatione diaboli omnes theſauros abſcōditos poſſidebit. diuitiaſq̄ꝫ ineſtimabiles tam artificiales q̄ꝫ naturales ſibi coaceruabit. Et quos terrore tormentorum ad ſe cōuertere non poterit largitione donorū ſubiugabit. Jſta ꝯcluſio eſt Danielis prophete qui in.xj.capl'o ſue prophetie. Jta inquit. Et multiplicabit gloriam ⁊ dabit eis poteſtatē in multis ⁊ terram diuidet gratuito. Et parum infra.ſubiungit ſic dicens. Et dominabitur theſaurorū auri ⁊ argenti ⁊ in omnibus precioſis egipti hec ibi. Creditur q̄ Antichriſtus reuelante magiſtro ⁊ poſſeſſore ſuo diabolo inueniet theſauros occultos quibus vtatur ad vanitatem ⁊ gloriā mūdialem ⁊ ad multorum pernitiē. diſtribuendo ſuis ſequacibus pecunias: aurum: argentum: honores: dignitates ꝑpter quod multi ſequētur eum. O quot ⁊ quanti ex iſta ſola largitione donorum abnegabunt chriſtū. O quot populi cupiditate auaritie cecati errores Antichriſti ſequentur. Nam videmus quottidie probato experimēto inumerabiles homines nō ſolum pro vno ducato vel floreno imo pro re viliſſima periuria multa incurrere ⁊ abnegare chriſtum ⁊ ſanctos eius. Quāto ergo magis non erubeſcēt pro magna quātitate pecunie ſcelera multa perpetrare? Et precipue quia Antichriſtus per ſe ⁊ p̄dicatores ſuos vniuerſos cum magnis promiſſionibus tam publicis q̄ꝫ priuatis ad ſequelam ſui efficaciter inſtigabit. ¶ Et ſicut Sanctus Uincētius cui poſt apoſtolos in predicationis officio par nemo ſurrexit: Jn quodam ſermone ſcribit: Predicatores Antixp̄i per vniuerſum orbē diſcurrētes talem modum ad ſubuertēdum homines obſeruabūt. Nam faciēt populos cōgregari quibus callide multa explicabunt. dicētes. Ut clare percipere valeatis veritatē doctrine noſtre. ꝯſiderate diligētius quia nos nō querimus bona veſtra. ꝑut facere ꝯſueuerūt p̄dicatores xp̄i q recti⁹ erāt ſeductores q̄ꝫ p̄dicatores veritatis. ipſi enī vt noſtis nō q̄rebāt aliud q̄ꝫ ſubtili ingenio rapere bona vr̄a. decimas. primitias. oblatiōes ⁊ elemoſinas. Nos autē talia bona nō querimus. ſed iuxta p̄cepta

Quō intelligant iſta antixp̄i miracula.

Daniel.

Multi ſequent errores antixp̄i cecati auaritia.

Btūs Uincētiꝰ

magiſtri noſtri qui eſt verus xp̄us ſaluator omniū. ſalutem animarū veſtrarum toto cordis deſiderio optamus. Et idcirco nō venimus rapere vel exigere aut petere bona veſtra temporalia. ſed multo potius volumus vobis ſuccurrere ⁊ ſubuenire de bonis noſtris cōceſſis. Veniāt ergo pauperes ⁊ qui ſunt egētes in tali loco ⁊ eis ꝓuidebitur. O q̄ꝫ grauis ⁊ q̄ꝫ difficilis erit hic modus perſequēdi eccleſiam dei: Attentā cupiditate ⁊ rabie ſecularium hominū. qui omne deſideriū ſuum ponūt circa bona iſta temporalia. Profecto hec ſola via eſt ſufficiēs ad ſeducēdum innumerabiles populos.

¶ Hinc Jeronimus in explanatione ſup Danielē. c. xj. dicit ſic. Antixp̄us quoqꝫ multa deceptis munera largietur ⁊ terrā ſuo exercitui diuidet. quoſqꝫ terrore nō quiuerit ſubiugabit auaritia. hec Jeronimus. — *Jeronimus.*

Decimanona Concluſio. Antixp̄us populos innumerabiles p fallatias diuerſarum doctrinarū in varios errores cadere faciet.

Hec concluſio eſt Danielis ꝓphete. viij. c. ſic dicētis. Robur autem datū eſt ei contra iuge ſacrifitium: ꝓpter peccata. ⁊ proſternet veritas in terra. ⁊ proſperabitur ⁊ faciet. hec ibi. — *Daniel.* ¶ Vere Antixp̄us roborabitur in omni malitia ſuadente diabolo ⁊ iuſto dei iudicio ſic ꝑmittente. cōtra omnia eccleſie ſacramenta. ſed precipue contra iuge ſacrificium. ideſt cōtra ſacramētum miſſe. quia Antixp̄us ⁊ ſequaces ſui nō ꝑmittent ſacerdotes offerre ſacrifitiū miſſe ſub pena mortis. Proſternetur autē omnis veritas qa profecto tūc omnis falſitas publice p̄dicabit. ⁊ veritas xp̄iane religionis occultabitur propter rabiem illius perſecutionis. — *Tēpore antixp̄i oīs falſitas p̄dicabitur.* Vel proſternetur veritas. ſ. diuinarum ſcripturarum que tota per p̄dicatores Antixp̄i peruerſe exponet. nec veraciter expoſita catholicis doctoribus permittet. Nam legem moſaicā non reprobabit. ſed illa omnia que loquunt de vero rege Meſſia. ipſe de ſe dicet fuiſſe prenūtiata ⁊ in ſe adimpleta. Sicut illud Deuterono. xviij. cap. Prophetā ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorū ſimilē tui ⁊ ponam verba mea in ore eius loqueturqꝫ ad eos omnia que p̄cepero illi. Qui autem verba eius que loquet in nomine meo audire noluerit ego vltor exiſtam. hec ibi. — *Antixp̄s puerſe explanabit ſcripturas.* Iſta enim verba ꝓphetica ⁊ omnia alia que loquunt de xp̄o vero Meſſia: Antixp̄s per ſe ⁊ p̄dicatores ſuos dicet in ſe completa. ¶ Etiā moralia omnia deprauabit ⁊ vſuras. rapinas. libellū repudij. ꝑſecutiones inimicorū ⁊ huiuſmodi omnia tanq̄ꝫ licita cōcedet. Precepta quoqꝫ cerimonialia, vt data a deo. dicet obſeruanda. — *Antixp̄us moralia depravabit.* Unde faciet cuſtodiri a ſuis diem ſabbati vt placeat iudeis cū hoc ſit in lege eorū: Et pariter diem dominicā. non quidē ob reuerētiam reſurrectionis xp̄i. ſed propter ſuā reſurrectionē. qꝛ dicet ſe moriturū ⁊ die tertia reſurrecturū. Unde de ꝯſecra. di. iij. ca. Peruenit. dicit ſic. Peruenit ad me. quoſdā puerſi ſpiritus homines praua inter vos aliqua ⁊ ſancte fidei aduerſa ſeminaſſe. ita vt die ſabbati aliquid operari ꝓhiberent. quos quid aliud niſi antixp̄i predicatores dixerimus. Qui veniens diē ſabbati atqꝫ dominicū ab omni faciet opere cuſtodiri. qa enim mori ſe ⁊ reſurgere ſimulat. haberi in veneratione vult diem dominicū quia ⁊ populū iudaizare compellit. vt exteriorē legis ritum reuocet ⁊ ſibi iudeorū ꝑfidiam ſubdat. coli vult ſabbatū. hec ibi. Et ſunt verba Grego. ſcribētis dilectiſſimis ciuibus rome. ¶ Etiā contra dominū noſtrū Jeſum xp̄m taꝫ p ſe q̄ꝫ per p̄dicatores ſuos cōtinue obloquet. ⁊ aperte eum blaſſemabit. dicēs eum fuiſſe ſeductorē gētium ⁊ ꝓpter ſcelera ſua fuiſſe cruci affixū ⁊ a deo derelictū. — *Antixp̄s ꝯ xp̄m obloqͤt ꝯtinue.* Et quicquid in toto corpore veteris teſtamēti habetur tam de paſſione q̄ꝫ incarnatione eius. omnia prepoſtere ⁊ falſe interpretabitur per ſophiſticas rōnes ⁊ apparētes veritates vt etiam nūc iudei ⁊ iudaizantes ⁊ heretici exponunt. Hinc Beatus Matheus euāgeliſta ꝓuidēs ſeductores antixp̄i. cautos nos reddit dicēs. xxiiij. c. Videte ne qs vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicētes. Ego ſum xp̄us ⁊ multos ſeducent. hec ibi.

Jeronimus. ¶ Super quo textu Jeronimus in explanatione ſup Math. ad Euſebium. lib. iiij.
dicit ſic. Simon Samaritanus quē in actibus apoſtoloꝝ legimus qui ſe magnam di-
cebat eſſe dei virtutem: Hec quoqꝫ inter cetera in ſuis voluminibus. ſcripta dimittēs.
ego ſum ſermo dei. ego ſpecioſus. ego paraclitus. ego epiſcop⁹. ego miſericordia dei.
Sed ⁊ Joānes apoſtolus in epiſtola ſua loquitur. Audiſtis quia Antixp̄us venturus
eſt. nunc antixp̄i multi ſunt. ego reor oēs bereſiarchas. antixp̄os eſſe ⁊ ſub noīe xp̄i. ea
docere que cōtraria ſunt xp̄o. Nec miruꝫ ſi aliquos ab bis videamus ſeduci cū domi-
nus dixerit. ⁊ multos ſeducēt. hec Jero.

Uiceſima Concluſio. Antixp̄us omnē ſubtilitatem ingenij ſui acuet vt in
errores ſuos vniuerſos xp̄icolas ꝯſentire faciat. Ideo quos ſua
ſione aut prodigijs vel muneribus ad ſe inclinare nō poterit. diuerſis tormētis ac ſup
Daniel. plitijs atrabere conabiť. Iſta concluſio eſt Danielis ꝓphete. qui in. viij. c. Ita inquit.
Et interficiet robuſtos ⁊ populū ſanctoꝝ ſecūdum voluntatē ſuam ⁊ dirigetur dolus
in manu eius ⁊ cor ſuum magnificabit: ⁊ in copia rerum omniū occidet plurimos. hec
Antixp̄s oīa tormentoꝝ genera ꝓbabit ī xp̄iāos ibi. ¶ Exhibebit ꝓfecto antixp̄us cōtra xp̄ianos omnia tormētoꝝ genera que in pri-
mitiua eccleſia in ſanctis martiribus ſunt impleta atqꝫ totis reaſumptis viribus fero-
citatē pectoris ſui nouis ⁊ inauditis ſupplitijs adimplere conabiť. Et ſicut xp̄us apo-
ſtolos ſuos ad p̄dicandum euāgelium per orbem vniuerſuꝫ deſtinauit. ſic antixp̄s di-
ſcipulos ꝯgregabit quos ⁊ apoſtolos appellabit qui illum vbiqꝫ magnificabūt. Etiaꝫ
ſicut xp̄us apoſtolos ſuos miſit ad p̄dicandum legē euangelicaꝫ cum virtute faciendi
miracula ⁊ ꝓdigia multa. ſic antixp̄us pſeudo apoſtolos per totū orbem mittet ad ꝓ-
uintias ⁊ nationes ad quas ipſe ꝑſonaliter accedere non valebit. Qui erunt ſcelerati ⁊
peſſime vite ſanctitatē tamē per hypocriſim ſimulabunt vt plures decipiant. Et quos
ſuaſionibus: vel ſignis: aut muneribus in ſui ꝑfidiam inducere nō poterunt ꝑ violen-
tiam armoꝝ exequenť. Iſta oīa iam dudum ab euāgeliſtis ⁊ ꝓphetis predicata ſunt.
Matheus. Unde Math. xxiiij. c. diciť ſic. Surgent pſeudo ꝓphete ⁊ ſeducent multos ⁊ dabunt
ſigna magna ⁊ ꝓdigia vt in errorē mittantur ſi fieri pōt etiam electi. hec ibi. Et Danie
Daniel. lis. xij. c. Ueniet tēpus quale nō fuit: ex quo gentes eſſe ceperunt vſqꝫ ad tēpus illud.
hec ibi. Etiā Joānes euangeliſta hanc atrociſſimā antixp̄i ꝑſecutionē vidit in ſpiritu.
Joānes. Apoč. xij. c. vbi dicit. ꝙ draco magnus cauda ſua trahebat tertiam ꝑtem ſtellaruꝫ celi
⁊ miſit eas in terrā. Nota ꝙ draco habet maximā fortitudinē in cauda. Unde Ma-
Magn⁹ Alber. gnus Albertus in. xxv. lib. de aīalibus dicit. ꝙ draco ſi quē cauda ligauerit occidit ⁊ a
Yſidorus. caude ſue inuolutione nec elephas tutus eſt. Yſido. pariter in. xij. lib. ethimo. c⁰. iiij. ſcri-
bit ꝙ draco circa ſemitas delitteſcēs ꝑ quas elephanti ſolito gradiūtur crura eoꝝ no-
dis illigat ⁊ ſuffocatos perimit. ¶ Iſte ergo Magnus draco qui cauda ſua traxit de
celo tertiā ꝑtem ſtellaꝝ eſt antixp̄us ꝗ poteſtate tormētorum. terrore ⁊ timore ſupplitio
rū multos ꝓſternet de celo eccleſie ꝗ ſplendebāt: vita: exēplo: ⁊ doctrina. vel ꝓſternet
multos occidēdo. vel ſeducendo ꝑ miracula falſa. ⁊ ideo cum diciť in ꝯcluſione ꝑ Da-
nielē ꝙ antixp̄us interficiet robuſtos: Intellige fortes ⁊ cōſtantes in fide catholica. vel
interficiet robuſtos ideſt. illos qui recuſabunt obedire ei. Et cum diciť ꝙ cor ſuuꝫ ma-
gnificabit. Intellige ꝙ antixp̄us in maximā ſuperbiā eleuabiť. quia habebit habūdan
tiam rerū temporaliū quibus mediātibus habebit facultatem ꝑpetrandi omnia ſcele-
Perſecutio antixp̄i durabit trib⁹ ānis ⁊ quař. ra ⁊ peccata. ¶ Durabit aūt hec ꝑſecutionis imanitas. tribus annis cuꝫ dimidio tan-
tum. ne ſi diutius durаret pacientia ſanctoꝝ prorſus deficeret. quia ſicut ait ſaluator.
Math. xxiiij. cap. Niſi abreuiati fuiſſent dies illi. non fieret ſalua omnis caro ſed pro-
pter electos breuiabūtur dies illi. hec ibi. Ecce clementia ⁊ pietas miſerentis dei. Si-
cut enim tribulationē venturam p̄nunciauit. ſic ⁊ eius abreuiationē p̄dixit vt ad ipſam

ſuſtinẽdam ꝑ ꝓuidentiã munirẽtur. Quia ſicut ait Grego. Dñs ac redemptor noſter Gregorius.
perituri mũdi precurrẽtia mala denunciat. vt eo minus perturbẽt venientia quo fue-
rint preſcita. Minus enim feriunt iacula que preuidẽtur. ⁊ nos tollerabilius mundi
mala ſuſcipimus ſi cõtra hoc per prouidẽtie clipeum muniamur. Predixit etiã vtrũ
qꝫ vt ⁊ ſi ex prenũtiata tribulatione tam horribili terremur. audita tamẽ eius abreuia-
tione per paciẽtiam ſumptis viribus armemur.

Uiceſimaprima Concluſio. Antixp̄us Enoch ⁊ Heliam mirabiles
ꝓphetas i platea Jeruſalẽ occidere faciet. ⁊ ad ter
rorem aliorũ permittet eorũ corpora iacere in ſepulta. Iſta ꝯcluſio eſt Jo. euangeliſte.
qui Apoc. xj. cap. dicit ſic. Dabo duobus teſtibus meis ⁊ prophetabunt diebus mille Apocalipſis.
ducẽtis ſexaginta amicti ſaccis. Hi ſunt due oliue ⁊ duo candelabra in ꝯſpectu domi-
ni terre ſtantes. Et parũ infra dicit ſic. Et cum finierit teſtimoniũ ſuum beſtia que aſcẽ
dit de abiſſo. faciet aduerſus eos bellũ. ⁊ vincet illos ⁊ occidet eos. Et corpora eorum
iacebũt in plateis ciuitatis magne. hec ibi.

¶ Ad maiorem euidẽtiam huius ꝯcluſionis. ſciẽdum ꝙ de Enoch habet. Geñ. v. c.
vbi dicit ſic. Et facti ſunt omnes dies Enoch. ccclxv. anni: Ambulauitqꝫ cũ deo ⁊ non De Enoch.
apparuit. quia tulit eũ deus. Nota ꝙ iudei ſuper iſto paſſu vt ſcribit Nicholaus de li
ra. dicunt. Heliã fuiſſe iuſtum et bonũ: Habebat tamẽ pronitates ad malũ quibus eũ De Helia.
magna difficultate reſiſtebat: Ideo ex diuina ordinatione mortuus eſt ante terminũ
vite ſue naturalis ne laberet in peccatũ iuxta illud ſapiẽtie. iiij. c. Raptus eſt ne malitia
mutaret animũ eius. ¶ Sed doctores catholici dicũt ꝙ propter excellẽtiam ſue vir- Quare helia aſ-
tutis aſſumptus fuit a deo ⁊ poſitus in paradiſo terreſtri vbi ⁊ Helias raptus eſt. Etiã ſumptus eſt.
de Helia legitur. iiij. Reg. ij. c. ꝙ cum Helias ⁊ Heliſeus pergerẽt ſimul ⁊ ſermocinarẽ
tur. ecce currus igneus ⁊ equi ignei diuiſerunt vtrũqꝫ. ⁊ aſcendit Helias per turbinẽ
in celum. Intellige non in celũ ſidereum vel empireũ ſed in aereum vt ſic portaretur
per aerẽ ad locum paradiſi terreſtris vbi iam erat tranſlatus Enoch. Eo enim modo
fuit deportatus Helias quo fuit Abachuc per angelũ de iudea in Caldeã ad Danie-
lẽ. vt patet Daniel. xiiij. cap. vbi dicit. Et apprehẽdit eum angelus domini in vertice
eius ⁊ portauit eũ capillo capitis ſui. poſuitqꝫ eum in Babilonẽ ſuper lacũ in impetu
ſpiritus ſui. hec ibi. ¶ Scias ergo ꝙ cõmunis opinio ſanctoꝝ doctoꝝ tenet ꝙ Enoch
⁊ Helias tẽpore illius acerrime ꝑſecutionis antichriſti a loco paradiſi terreſtris mittẽ
tur in hunc mũdum virtute diuina. ad predicãdum cõtra ꝑfidiam ⁊ errores ipſius an
tixp̄i. Et ſic videt ſonare littera. Geñ. v. c. vbi dicit de Enoch ꝙ nõ apparuit vltra in- Enoch ⁊ helia
ter hoĩes peccatores. q: tulit eum dñs de medio eoꝝ ad predictũ locum. Et ſic pariter venient ad ꝓdi-
de Helia intelligẽdum eſt. Et ꝓpterea Malachias ꝓpheta. iiij. c. ait. Ecce ego mittam candum.
vobis heliam ꝓphetam anteqꝫ veniat dies domini magnus ⁊ horribilis. ⁊ conuertet
cor patrum ad filios ⁊ cor filiorũ ad patres eoꝝ. ne forte veniam ⁊ percutiam terrã ana- Malachias ꝓ-
themate. hec ibi. ¶ Que verba explanantur ab Auguſtino in. xx. lib. de ciuitate dei. c. pheta.
xxix. vbi ita inquit. Per hunc Heliã magnum mirabilẽqꝫ ꝓphetam expoſita ſibi lege
vltimo tempore ante iudiciũ. iudeos in xp̄m verũ: ideſt in xp̄m noſtrũ eſſe credituros Auguſtinus ex-
celeberrimũ eſt in ſermonibus corꝑibuſqꝫ fidelium. Ipſe quippe ante aduentum iu- planat Mala-
dicis ſaluatoris nõ in merito ſperatur eſſe vẽturus. qui etiã nunc viuere nõ in merito chiam.
creditur. Curru namqꝫ igneo raptus eſt de rebus humanis. quod euidẽtiſſime ſancta
ſcriptura teſtatur. Cum venerit ergo exponendo legem ſpiritaliter. quam nunc iu-
dei carnaliter ſapiũt. ꝯuertet cor patris ad filiũ: Ideſt cor patrũ ad filios. Singularẽ
qppe ꝓ numero plurali interpretes. lxx. poſuerũt. Et eſt ſenſus. Ut filij etiã ſic intelli Nota.
gant legẽ ideſt iudei. quẽadmodũ patres intellexerũt. i. ꝓphete: In quibus erat ⁊ ipſe

Moyſes. Sic enim cor patrum cõuertet ad filios. cum intelligẽtia patrum perducet ad intelligẽtiam filiorum. ⁊ cor filiorum ad patres eorũ. dum in id quod ſenſerunt illi, cõſentiant ⁊ iſti. Ubi ⁊ ſeptuaginta dixerunt. ⁊ cor hominis ad proximũ ſuum. Sunt enim inter ſe valde ꝓximi patres ⁊ filij. Quãq̃ in verbis ſeptuaginta interpretũ qui propheticè ſunt interpretati. põr alius ſenſus. Idemq̃ lectioni congruens inueniri. vt intelligatur. Helias cor dei patris cõuerſurus ad filium. edocendo ꝙ pater diligat filium. vt ⁊ iudei quem prius oderant eũdem diligant qui noſter eſt xp̃us. Iudei enim nunc auerſum cor habẽt a xp̃o noſtro quia nõ putant eum deũ eſſe neq̃ dei filiũ. Eis ergo tunc cor eius cõuertetur ad filium. cũ ipſi cõuerſo corde didicerint dilectionẽ patris in filium. Quod vero ſequit. ⁊ cor hominis ad ꝓximum ſuum. Ideſt ꝯuertet Helias cor hominis ad ꝓximum ſuum: Quid melius intelligitur q̃ cor hominis ad hominem xp̃m? Cum enim ſit in forma dei deus noſter. formam ſerui accipiens. eſſe etiã dignatus eſt noſter ꝓximus. Hec ergo faciet Helias. ne forte inquit veniam ⁊ percutiã terram penitus. Terra ſunt enim. qui terrena ſapiunt ſicut iudei carnales vſq̃ nunc. Ex quo vitio contra deum murmura illa venerũt. quia mali ei placent ⁊ vanus eſt qui deo ſeruit. hec Auguſtinus. ¶ Etiam Sanctus Thomas in explanatiõe aurea ſuper

Sanctus Tho. Enoch.

epiſtola ad hebreos. vbi Paulus in. xj. cap. comẽdat Enoch dicẽs. Fide Enoch trãſlatus eſt. ne videret mortem ⁊ nõ inueniebatur quia trãſtulit illum dominus. Super iſto textu dicit. ꝙ apoſtolus nõ facit mentionẽ de operibus Enoch q2 ſcriptura modicum loquit de hoc. ſed tantũ oſtendit quid ei fecerit deus. quia fide ideſt per meritum fidei trãſlatus a cõuerſatione huius vite in alia cõſeruatur a morte. vnde dicit. Ne videret mortẽ Gẽ. v. c. Nõ apparuit quia tulit eum deus. Et verum eſt ꝙ nũdum eſt

Enoch morief aliquãdo.

mortuus. ſed tamẽ quãdoq̃ morief. quia ſentẽtiam quã dominus primis parentibus peccãtibus inflixit Gẽ. ij. c°. dicẽs. In quacũq̃ enim die comederis ex eo morte morieris. permanebit in oẽs quocũq̃ modo. etiam in xp̃o. Hinc Dauid. in pſal. Quis eſt homo qui viuet ⁊ non videbit mortẽ? Mors aũt duorum dilata eſt. ſ. Enoch ⁊ Helie.

Mors Enoch ⁊ Helie dilata ẽ ⁊ quare.

Et ratio huius eſt. Quia doctrina veteris teſtamẽti ordinatur ad promiſſa noui teſtamẽti. in quo nobis ſpes vite eterne promittit. Math. iiij. c. Penitẽtiam agite appropinquabit regnũ celorum. Et ideo data ſentẽtia mortis voluit dominus ducere homines in ſpem vite. qđ fecit in patribus vtriuſq̃ ſtatus. ſ. nature. legis. ⁊ gratie. Unde in primo ſtatu dedit ſpem euadẽdi neceſſitatem mortis. ⁊ hoc eſt in Enoch: in ſtatu nature. ⁊ in lege in Helia. In tẽpore gratie in xp̃o. per quẽ datur nobis effectus huius promiſſionis. Et ideo alij moriũtur. ſed xp̃us reſurgens ex mortuis iam nõ moritur. Sed duo primi. ſ. Enoch ⁊ Helias moriẽtur per antixp̃um.

Nota ꝙ Auctoritas quã allegat Paulus ad Heb. xj. c. in comẽdatione Enoch. habet Gẽ. v. c°. Quã tamẽ ſub alijs verbis recitat. Nam in Gẽ. dicit.

Gẽ. Sapiẽtia. Ioſephus.

Nõ apparuit. quia tulit eũ deus: Paulus vero ait. Et nõ inueniebat quia tranſtulit eũ deus. Idem habet ſenſus ſapiẽtie. iiij. c. Placens deo factus eſt dilectus. ⁊ viuẽs inter peccatores tranſlatus eſt. Ioſephus vero iſtoricus hebreus in primo libro antiquitatis iudaice. c. v. dicit. Enoch diſceſſit ad deum. vnde finis eius nõ inuenitur eſſe cõſcriptus. hec Ioſephus. Itẽ in. ix. lib. antiquitatis iudaice. c°. ij. ita inquit. De He-

Idem.

lia tamẽ ⁊ Enoch qui fuit ante diluuium in libris ſcriptũ eſt. quia ſublati ſunt quorum mortẽ nemo cognouit. hec ille. Sicut igit ꝯueniens fuit vt primus homo ꝓpter peccatum expelleret de paradiſo ita cõueniens fuit vt iuſtus introduceret. iſte Enoch per Seth ſeptimus ab Adam fuit optimus: Sic Lamech per Caym ſeptimus ab Adam fuit peſſimus. vt pote qui cõtra naturam primus introduxit Bigamiã. ¶ Pro concluſione ergo tenẽdum eſt ꝙ dominus Ieſus in illa tam acerba ac difficili ꝑſecutione

Antichriſti nō deſeret. ſanctos ſuos. ſed ad coꝝ conſolationē mittet Enoch ⁊ Heliam vt dictum eſt. Unde magiſter Uincētius in. ij. lib. ſpeculi moꝛalis. parte. ij. di. j. dicit. ꝙ Enoch ⁊ Helias in paradiſo terreſtri viuentes diu reſeruati ſunt vt illo tempoꝛe venientes antichriſtū redarguant. veritatē defendant. ſeductos reuocent. ac vacillantes in fide cōfirment. Pꝛophetabunt autē diebus milleducētis ſexaginta amicti ſaccis. i. tribus annis ⁊ dimidio pꝛedicabūt penitentiā verbo pariter ⁊ exemplo. ſicut ⁊ Antichriſtus tanto tēpoꝛe pꝛedicabit. ipſum autē antichriſtū corā omni populo arguent ac mendacē et fallacē oſtendent. Tunc beſtia faciet aduerſus eos bellū. ſ. diſputādo. blādiendo. pmittēdo. cōminando. coꝛpoꝛaliter affligēdo. ⁊ vincet eos coꝛpoꝛaliter occidēdo. Et iacebunt coꝛpoꝛa coꝝ inſepulta in platea ieruſalem. ⁊ non permittent poni in monumentis. vt. ſ. homines vidētes non audeant eis cōfoꝛmari ⁊ magis timeāt antichriſtum. Tunc erit tanta tribulatio q̄nta nō fuit antea. nec poſt erit. Antixp̄us enim ⁊ ſui gaudebūt ⁊ iocūdabunt ⁊ epulabunt ⁊ munera mittēt ſibi mutuo p moꝛte. ſ. iuſtoꝝ qui eis reſiſtebāt. ⁊ cōtrarij erant tam operibus q̄ȝ verbis ⁊ pꝛedicatiōibus coꝝ. Et ſicut iſti mali gaudebūt. ſic iuſti etiā fideles lugebunt terrebunt ⁊ ab impijs cōfundentur. Sed faciet deus cum temptatione etiā puentum. Nam poſt tres dies ⁊ dimidium diuina virtute reſurgēt. iam nō vlterius morituri. Erit aūt coꝝ reſurrectio manifeſta. vt ſicut impij prius gaudebāt. boni vero lugebāt. ſic viceuerſa omnes mali ſtupeant. vt terreant. ⁊ in ſe ipſis turpiter cōfundant. Boni vero gaudeāt vireſqȝ reaſumant ac in fide cōfirment ⁊ deo gratias agant. Audiet etiam vox magna de celo vocantis eos in gloꝛiā. ⁊ cunctis vidētibus aſcendēt in celū glorioſi ⁊ fulgētes. Tunc aliqui mouebunt ad penitentiā. Alij vero ad duritiā. Tunc iudei vidētes ſe fuiſſe deceptos cōuertēt ad xp̄m. ❡ Nota. Sunt qui dicūt ꝙ in fine mūdi nō Helias in perſona veniet ſed virtus Helie. Et ſic dicūt ꝙ verba. Joānis Apoc. xj. c. que ſupꝛa p cōcluſione poſita ſunt miſtice ſunt exponēda. Huius opinionis eſt diuus Jeronimus. qui in explanatione ſuper Malachiā pphetam ad Mineriū ⁊ Alexandrum Monachos in fine. iiij. capituli. vocat iudaizātes eos qui putant Heliam in perſonā venturum. ſic dicens. Judei ⁊ iudaizātes heretici Heliam putāt eſſe vēturum ⁊ reſtituturū omnia. Unde ⁊ chriſto in euangelio pponit queſtio. Quid eſt q̄d phariſei dicunt ꝙ Helias venturus eſt? Quibus ille reſpondit. Helias quidem veniet. Et ſi creditis iam venit. in Helia Joānem intelligēs. hec Jeronimus. Et ſunt vltima verba eiuſdē ſup Malachiā. ❡ Etiā ad ppoſitū huius opinionis allegant verba archāgeli Gabꝛielis dicētis ad Zachariam. vt patet Luc. j. c. vbi dicit ſic. Ipſe p̄cedet illum in ſpiritu ⁊ virtute Helie. vt cōuertat coꝛda patrū in filios ⁊ incredulos ad prudentiā iuſtoꝝ. parare dn̄o plebem perfectā. hec ibi. Que autē iſtaꝝ opinionū ſit melioꝛ aut laudabilioꝛ. lectoꝛis iudicio relinquo. Ego in hoc ſequoꝛ Auguſtinū: Thomā: Uincentiū ⁊ reliquos quorum opinio eſt ſanctoꝝ dictis cōmunioꝛ ⁊ pbabilioꝛ.

Uinceētius i ſpeculo hiſtoꝛiali.

Enoch ⁊ Helias tribus annis cum dimidio p̄dicabunt.

Enoch ⁊ Helia reſurgēt poſt tres dies.

Jero. tenet ꝙ Helias ñ veniet in perſona.

Confirmat opinio Jeronimi.

Uiceſimaſecunda Concluſio. Antichriſtus figet tabernaculum ſuum iuxta Nicopolim que prius vocabatur Emaus qui eſt locus inter mare moꝛtuum ⁊ mare mediterraneū. deinde erigens ſe veniet vſqȝ ad ſumitatē montis oliueti. vnde chriſtus aſcendit in celum. ibiqȝ celeſti igne fulminabit. Iſta concluſio eſt Danielis pꝛophete qui in. xj. caplo. ita inquit. Et figet tabernaculum ſuum in apheduo inter maria ſuper montem inclitum ⁊ ſanctum ⁊ veniet vſqȝ ad ſumitatem eius ⁊ nemo auxiliabitur ei. hec ibi. ❡ Ad maiorem euidentiam huius cōcluſionis ſcire debes ſm Jeronimum ꝙ ly apheduo. alias apedno idem eſt ꝙ Emaus qui eſt locus vbi incipiunt iudee montana conſurgere inter mare moꝛtuum ⁊ mare mediterraneū. Antichriſtus autem ponet tabernaculū

Daniel.

Jeronimus.

ſuum in emaus quaſi ſuper montē oliueti vel montem ſyon qui ſunt montes propinqui diſtantes tantum per vnum miliare. Et veniet vſqʒ ad ſumitatem montis olueti vt ibi ſedeat ⁊ adoret tanq̄ſ ſit deus. ſed virtute diuina illic ſubito occidet. Unde apoſtolus Paulus dicit. Quē dominus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. ij. ad Theſalo. ij. c°. ❡ Hinc Jeronimus in explanatione ſuper Danielē in fine. xj. capituli. dicit ſic.

Jero. d̄ antixp̄o

Noſtri aūt. ſ. magiſtri ⁊ doctores extremū viſionis huius capitulū. ſuper antixp̄m ſic exponunt. q̄d pugnans cōtrā Egiptios Libiaſqʒ ⁊ Ethiopas. ⁊ tria cornua de decem cornibus cōterens. auditurus ſit de aquilonis ⁊ de oriētis partibus. aduerſum ſe bella cōſurgere. q̄d veniēs cum magna multitudine vt cōterat ⁊ interficiat plurimos. figat tabernaculū ſuum in apedno iuxta Nicopolim. que prius emaus vocabat. vbi incipiunt iudee montana cōſurgere deniqʒ inde ſe erigens vſqʒ ad mōtē oliueti ieroſolimoꝝ regio aſcēdit. Et hoc eſſe q̄d nunc ſcriptura dicit. Et cum fixerit tabernaculum in montane puīcie radicibus. inter duo maria. mare videlicet q̄d nunc appellatur mortuum ab oriente. ⁊ mare magnū. in cuius littore Ceſarea: Joppe: Aſcalon: ⁊ Gaza ſite ſunt. Tunc veniet ad ſumitatem montis eius. hoc eſt montane puīcie. id eſt verticem montis oliueti. qui inclitus vocat. qr ex eo dominus atqʒ ſaluator aſcēdit ad patrem. ⁊ nullus antichriſto poterit auxiliari. cōtra ſe domino ſeuiēte. Et aſſerit ibi antichriſtū eſſe periturū vnde dominus aſcendit ad celos. ❡ Et in fine capituli. ita ſubiungit Jeronimus. dicens. Q̄d autē antichriſtus veniat vſqʒ ad ſumitatem montis ſancti ⁊ incliti ⁊ ibi pereat: Yſayas plenius loquit: Precipitabit dominus in monte ſancto faciem dominatoris tenebraꝝ ſuper omnes gentes. ⁊ eum qui dominatur cunctis populis. Et vnctionē que vncta eſt contra vniuerſas nationes. hec Jeronimus. Et ſic patet ex dictis cōcluſio.

Ubi figet tabernaculū ſuuʒ antichriſtus.

Jeronimus.

Uiceſimatertia Concluſio. Antichriſtus occidet per Michaelem nobiliſſimū Archangelum de mandato domini noſtri ieſu chriſti. Iſta cōcluſio eſt Pauli apoſtoli qui in ſcd̄a epiſtola ad Theſalo. ij. c. dicit ſic. Reuelabit ille iniquus quem dn̄s ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. hec Paulus. Super quo textu Sanctus Thomas in explanatione aurea in ſecundā epiſtolaʒ ad Theſalo. ij. c. lectione. ij. dicit. q̄ Michael interfecturus eſt antichriſtū in monte oliueti. vnde chriſtus aſcēdit ⁊ hec eſt pena preſens licet futura etiā eternaliter punietur. Dicit ergo. Reuellabit q: manifeſta erit illa abbominatio culpe ſue. Unde ſignāter dicit iniquus q: ipſe antichriſtus erit princeps ⁊ caput iniquoꝝ. ⁊ pꝑter exceſſum malitie ſue dicit iniquitas in abſtracto. vt dictū eſt ſupra in ſeptima cōcluſione. Et cū ſubiungit. quē dominus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Intellige q̄ iſta occiſio antichriſti fiet pꝑter zelum iuſticie domini ieſu. qui eſt amor chriſti. Spiritus enim chriſti eſt amor chriſti. Et hic zelus eſt ſpiritus ſancti quē hʒ ad eccleſiam. ❡ Aliter. Cum enim dicit quē dn̄s ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. id eſt de mandato ſuo p Michaelem q illū interficiet. ſicut ⁊ Julianus apoſtata manu diuina extinctus ē. ❡ Etiā Danielis. xij. c. dicit ſic. In tēpore autē illo cōſurget Michael princeps magnus qui ſtat p filijs populi tui. Et veniet tēpus q̄le nō fuit ab eo ex quo gētes eſſe ceperūt vſqʒ ad tēpus illud. Et i tēpore illo ſaluabit populus tuus. omnis qui inuētus fuerit ſcriptus i libro. Et multi de his q dormiūt i puluere terre euigilabūt. Alij i vitā eternā. Alij in oppꝛobriū. hec ibi. ❡ Et pariter Joānes euāgeliſta Apoc. xx. c. vidēs in ſpū occiſionē antichriſti ⁊ ſui exercitus ita inquit. Et deſcēdit ignis a deo de celo ⁊ deuorauit eos. Et diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnuʒ ignis ⁊ ſulphuris vbi ⁊ beſtia ⁊ pſeudo pꝓhete cruciabunt die ac nocte in ſecula ſeculoꝝ. hec ibi. ❡ Scias ergo q̄ antichriſtus fulminabit per miniſteriū Archangeli Michaelis. q: ipſe fulmine vel ſul-

Paulus.

Sanctus Tho.

Michael interficiet antixp̄um.

Daniel.

Joānes euangeliſta.

gure occidet ⁊ deſtruet in anima ⁊ corpore iubente chriſto. ⁊ magna pars ſui exercitus peribit cum eo. Jdeo dicit. Deſcendit ideſt deſcendet. ponitur enim preteritū ꝑ futuro ꝓpter certitudinē viſionis ꝓphetice. Deſcēdet ergo ignis de celo. ⁊ deuorabit eos. ſ. antichriſtū ⁊ ſequaces ſuos. Et q: poteſtas diaboli quod ſuadēte omnia operabatur antichriſtus. relegabit in inferno. vbi ipſe cum diſcipulis ſuis cruciabit ſine fine. Jdeo in verbis allegatis ſubiūgitur. Et diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris. vbi cruciabunt in ſecula ſeculoꝝ.

Uiceſimaquarta Cōcluſio. Antichriſto mortuo ⁊ occiſo per Michaelem nō ſtatim chriſtus veniet ad iudicium. ſed cōcedētur electis dies. xlv. vt veram penitudinē cōſequi valeant. Jſta cōcluſio eſt Danielis ꝓphete quaſi in fine. xij. capituli. ſic dicentis. A tempore quo ablatum fuerit iuge ſacrificiū ⁊ poſita fuerit abbominatio in deſolationē dies mille. ccxc. Beatus qui expectat ⁊ puenit vſq₃ ad dies mille. cccxxxv. hec ibi. ¶ Ex verbis Jeronimi in explanatione ſuper Danielem. xij. c°. clare conſtat ꝙ antichriſtus tribus ⁊ ſemis annis. hoc eſt mille ducentū nonaginta diebus ſanctos perſecuturus eſt ⁊ poſtea corruiturus in monte inclito ⁊ ſancto. ſ. in monte oliueti. vt dictum eſt. Poſt mortē vero antichriſti. xlv. dies cōcedent electis vt ad verā penitentiā peruenire poſſint. Jdeo ſi diligentius verba Danielis recogitaueris. ſupra numerū mille. ccxc. dieꝝ adiungunt. xlv. Hinc Jeronimus in loco ꝑallegato ſuper illo verbo Danielis. Beatus qui expectat ⁊ peruenit vſq₃ ad dies mille. cccxxxv. ita inquit. Beatus inquit qui interfecto antichriſto dies ſupra numerū ꝑfinitum. xlv. preſtolat. quibus eſt dominus atq₃ ſaluator in ſua maieſtate venturus. Quare autem poſt interfectionē antichriſti. xlv. dieꝝ ſilentiū ſit. diuine ſcientie eſt. niſi forte dicamus. Dilatio regni ſanctoꝝ pacientie cōprobatio eſt. hec Jeronimus. ¶ Nota ꝙ tranſactis. xlv. diebus. quantulū cumq₃ ſpacium tēporis ſit: vſq₃ quo dominus veniet ad iudiciū a cunctis penitus ignorat. Unde Auguſtinus in epiſtola ad Eſiciū Salonitane vrbis epiſcopū. quam epiſtolā ipſe Auguſtinus cōmemorat in. xx. lib. de ciuitate dei. c. v. Cuius epiſtole. titulus eſt de fine mundi. ita inquit. Nam de ſaluatoris aduentu qui expectat in fine. tempora dinumerare nō audeo. Nec aliquē ꝓphetam de hac re numerū annoꝝ exiſtimo prefiniſſe. ſed id potius ꝑualere. qd ipſe dominus ait. Nemo poteſt cognoſcere tēpora que pater poſuit in ſua poteſtate. hec Auguſtinus. Et q: in illis. xlv. diebus qui ad penitentiam cōcedent fiet quaſi ſilentiū in celo ideſt pax in eccleſia tribulatione ceſſante. Tūc miniſtri antichriſti gaudebūt nuptias ⁊ cōuiuia celebrantes. atq₃ dicētes. Licet preceptor noſter mortuus ſit. nunc tamē habemus pacem ⁊ ſecuritatē. Sed heu. Sicut enim ait Apoſtolus. j. ad Theſa. v. c°. Cum dixerint pax ⁊ ſecuritas tunc repentinus ſuperueniet interitus. ſicut dolor in vtero habentis ⁊ nō effugient. Et. ij. Petri. iij. c°. Aduenict autē dies domini vt fur in quo celi magno impetu tranſiēt. elementa vero calore ſoluentur. terra autem ⁊ que in ipſa ſunt opera exurent. hec ibi. Et ſicut ait Ueritas Math. xxiiij. c°. Sicut fuit in diebus Noe ita erit aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuiū comedentes ⁊ bibētes. nubētes ⁊ nuptui tradētes vſq₃ ad eum diem quo intrauit Noe in archā. ⁊ nō cognouerūt donec venit diluuium ⁊ tulit omnes ita erit aduentus filij hominis.

Daniel.

Jero. d antixp̄o

Jeronimus.

Nota.

Auguſtinus.

Uiceſimaquinta Concluſio. Antichriſtus verus iam venit. Antichriſtus verus nundū venit. Jterum. Antichriſtus verus mortuus eſt. Antichriſtus verus mortuus non eſt. Jn iſtis propoſitionibus nulla eſt ꝯtraditio. Et verificant ſic. Nam Antichriſtus poteſt conſiderari figuraliter vel perſonaliter. Uel dicit Antichriſtus mixtus. ſiue Antichriſtus verus. Siue

Nota quomodo verificāt iſte cōcluſiones.

Antichriſtus nominat vt caput vel vt membra. Nam quãdoq; in ſcriptura ſacra. caput ⁊ membra cõputant̃ ꝓ vna perſona: Sicut Jacob patriarcha appellat̃ iſrael. Unde angelus dixit ei vt patet Geñ. xxxij. cᵒ. Nequaq̃ Jacob appellabit̃ nomen tuum ſed iſrael. Et ſimiliter omnes deſcendẽtes ab eo vocantur iſrael. Sicut patet Exodi. iiij. c. vbi ait dominus. Filius meus primogenitus iſrael. Ibi enim ad litteram. iſrael nõ dicitur Jacob ſed populus ab eo deſcẽdens. Similiter corpus miſticum ⁊ corpus verum quãdoq; ꝓ eodẽ ſumuntur. Sic pariter figura ⁊ figuratũ. Etiam ex nomine capitis ſepius ſignificãtur membra corporis cõgruentia. Quãdoq; vero ex diſpoſitione corporis intelligitur caput. ¶ Stãt igitur iſta duo ſimul. antichriſtus mortuus eſt in perſona. Et antichriſtus viuit in ſuis membris. q: caput ⁊ membra ꝓ vna perſona plerũq; cõputantur. Ideo vere dici poteſt. antichriſtus in membris ſuis: vel antichriſtus mixtus: vel antichriſtus in figura mortuus eſt. Quia multi tiramni ⁊ plures heretici mortui ſunt qui in figura ⁊ miſtice perſonã antichriſti preceſſerũt. Omnes enim qui fidem catholicã perſequũtur antichriſti ſunt. Et per hunc modũ verificant̃ omnes dicte ꝓpoſitiones ſi refferãtur ad perſonã capitis ⁊ ad membra. vel ad figuram ⁊ figuratum. Propterea antichriſtus idem eſt qđ cõtra chriſtum. Nam dicitur antichriſtus ab anti qđ eſt contra ⁊ chriſtus. qui ergo eccleſiam chriſti perſequitur: antichriſtus eſt. Et ſic intelligit̃ illud. j. Joan. ij. cᵒ. Audiſtis q: antichriſtus venit. nunc antichriſti multi facti ſunt. Et Math. xxiiij. c. Multi enim venient in nomine meo dicẽtes ego ſum xp̃s ⁊ multos ſeducent. Hinc Jeronimus in explanatione ſuper Math. ad Euſebium. lib. iiij. c. xxiiij. dicit ſic. Ego reor omnes hereſiarchas antichriſtos eſſe ⁊ ſub nomine chriſti ea docere que cõtraria ſunt chriſto. Nec miruȝ ſi aliquos ab his videmus ſeduci cum dominus dixerit ⁊ multos ſeducent. hec Jeronimus. Yſidorus quoq; in primo libro de ſummo bono. cᵒ. xxviij. ita inquit. Omnis qui ſm chriſtiane ꝓfeſſionis normã aut non viuit. aut aliter docet antichriſtus eſt. Plerıq; autem antichriſti tempora nõ viſuri ſunt. ⁊ tamen in membris antichriſti inueniẽdi ſunt. Anteq̃ veniat antichriſtus. multa eius membra preceſſerunt ⁊ praue actionis merito caput ꝓprium preuenerunt ſm apoſtoli ſententiam. qui iam iniquitatis miſterium operari illum affirmat etiam anteq̃ reueletur. hec Yſidorus. Sic igitur patet ꝙ miſtice loquẽdo dici poteſt. antichriſtus venit ⁊ antichriſtus mortuus eſt. Sed antichriſtus in perſona nundum venit quia fulminabitur in monte oliueti in illa magna ⁊ vltima tribulatione eccleſie vt dictum eſt.

Antixp̃us qñq; ſumit̃ vt caput qñq; vt mẽbra.

Antixp̃s dr̃ mixtus ⁊ verus vel in figura.

Multi ſunt antixp̃i. ſ. oẽs perſecutores eccleſie.

Jeronimus.

Yſidorus.

Nota que Sunt ſigna infallibilia cõſumationis mundi.

Ultima Concluſio. Tria ſunt ſigna veriſſima apertiſſima ⁊ omnino infallibilia ꝯſumationis huius labẽtis ſeculi. ſiue vltimi aduentus chriſti ad iudicium. Quoꝝ. Primum eſt diſceſſio a fide catholica. Quãto enim aliquid magis elongat̃ a ſuo principio tanto magis deficit. Et q: in diebus nouiſſimis magis elongantur homines a ſtatu illo feliciſſimo eccleſie primitiue. in quo feruebat fides catholica in pectoribus fideliũ. ideo illis diebus magis ac magis deficiet fides q: vel anullabitur vel totaliter peribit. Sunt qui dicũt ꝙ fere omnes recedẽt a fide. Iſtud ſignum datur a Paulo apoſtolo. j. ad Thimo. iiij. cᵒ. vbi ait. In nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidã a fide attendẽtes ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demonioꝝ. hec ibi. ¶ Super quo textu Sanctus Thomas in explanatiõe aurea in primã epiſtolã ad Thimotheũ. lectiõe. j. dicit. ꝙ nouiſſimũ tẽpus dicit̃ vltima etas. q: nos ſumus in quos finea

Primũ ſignuȝ ꝯſumatiõis mũdi.

Sanctus Tho.

ſeculoꝝ deuenerunt: Tamen in hoc tempoꝛe tanto amplius nouiſſimū eſt quāto magis ꝓpinquū eſt nouiſſime dici. Et ſicut in pꝛimitiua eccleſia propter ꝓpinquitatē ad chriſtum ⁊ ſacramēta inſtituta. fuit fides feruētiſſima. ſic in nouiſſimis tempoꝛibus in cōparatione ad tempus apoſtoloꝝ recedent a fide qꝛ carnales erunt. ⁊ magis in fine habundabūt erroꝛes. Jdeo Luc. xviij. c. ait veritas. Filius hominis veniēs putas inueniet fidem in terra: quaſi dicat valde parum inueniet. Cauſa autem pꝛincipalis huius defectus ſiue receſſus a fide catholica illis tempoꝛibus: aſſignat̄ duplex. Pꝛima eſt ex parte diaboli seducētis: Cuius officium eſt homines decipere ⁊ in varios erroꝛes mittere. qꝛ vt dicitur Jo. viij. c. Jlle homicida erat ab initio. ⁊ in veritate non ſtetit. qꝛ non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendatiū ex ꝓpꝛijs loquitur quia mendax eſt ⁊ pater eius. hec ibi. Unde a pꝛincipio humani generis pꝛimos parentes ſeduxit ⁊ ſic ſemper de cetero cunctos ſeducere conatur. Hinc Paulus. ij. ad coꝛin. xj. caplō. Timeo autem ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua: ita coꝛrūpantur ſenſus veſtri ⁊ excidant a ſimplicitate que eſt in chriſto ieſu. hec ibi. Hinc Leo papa in ſermone qui incipit. Pꝛeſidia militie chriſtiane dilectiſſimi. ita inquit. Fremit aduerſarius ⁊ cruentas inimicitias ad quietas conuertit inſidias. vt quos vincere fame ⁊ gelu. flāmis ferroqꝫ non poterat otio tabeſaceret. cupiditatibus irretiret. ambitione inflaret. voluptate coꝛrūperet. vide ibi multa aurea verba eiuſdem Leonis que bꝛeuitatis cauſa relinquo. ¶ Jterum idem Leo. Non deſinit antiquus hoſtis temptationum laqueos vbiqꝫ pretendere. vt quo quomodo fidem credentium valeat coꝛrumpere. Nouit enim cui illecebꝛas carnis ingerat: Cui virus inuidie infundat. cui incitamenta luxurie apponat. nouit quē meroꝛe cōturbet. quem gaudio fallat. quē metu oppꝛimat. quē admiratōe ſeducat: Omniū diſcutit moꝛes: Omniū ventilat cauſas: Omniū ſcrutat̄ affect⁹. ⁊ ibi querit cauſas nocendi. vbi viderit quēqꝫ diligētius occupari. hec Leo.

In fine mūdi fides deficiet in multis.

Joānes.

Paulus.

Leo papa.

Jdem.

¶ Secunda cauſa quare in nouiſſimis diebus deficiet fides in pectoꝛibus fidelium. erit peruerſitas pꝛelatoꝝ: pꝛedicatoꝝ: confeſſoꝝ: ⁊ alioꝛuꝫ clericoꝛum ac religioſoꝛum qui ſuo malo exemplo ſcandalizabunt fideles ⁊ quaſi omne coꝛpus eccleſie inficient. Etiam tempoꝛe antichꝛiſti complebitur illud Math. xxiiij. c°. Multi pſeudo ꝓphete ſurgent ⁊ multos ſeducent. Quia ſicut chꝛiſtus diſcipulos ſuos per oꝛbem diſperſit vniuerſum vt publicarent veritatem euangelicam: Sic Antichꝛiſtus mittet pꝛedicatoꝛes ſuos per diuerſas mundi partes. qui fallaciter explanabunt ſcripturas cum eloquentia ⁊ aſtutia verboꝛum. Et per hunc modum non ſolum populares ⁊ plebei. ſed etiam pꝛedicatoꝛes: doctoꝛes: ⁊ perſone notabiles apoſtatabunt a fide catholica: Tum timoꝛe toꝛmentoꝝ: Tum coꝛrupti amoꝛe terrenoꝝ: Tum ex ignoꝛantia qꝛ neſcient ſoluere ſophiſmata: argutias: rationes: ſiue extoꝛtas illoꝝ expoſitiones: Sicqꝫ implebit̄ illud Math. xxiiij. caplō. Stelle cadent de celo. ideſt doctoꝛes ⁊ pꝛedicatoꝛes cadent de celo militantis eccleſie. qui per ſtellas intelligūtur. iuxta Danielis. xij. caplō. Qui ad iuſticiam erudiunt plurimos erunt quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Et bꝛeuiter tempoꝛibus Antichꝛiſti erunt quidem multi chꝛiſtiani nomine. ſed valde pauci erunt re ⁊ effectu. Hinc Auguſtinus in libꝛo de doctrina chꝛiſtiana. inquit. Chꝛiſtiani nomen ille fruſtra ſoꝛtitur. qui chꝛiſtum minime imitatur. Quid enim tibi pꝛodeſt vocari quod non es ⁊ nomen vſurpare alienum? Sed ſi chꝛiſtianum te eſſe delectat. que chꝛiſtianitatis ſunt gere. ⁊ merito tibi. nomen chꝛiſtiani aſſume. hec Auguſtinus. ¶ Et ſicut ait Ciprianus poſt Auguſtinum ⁊ Criſoſtomum. Chꝛiſtianus nemo dicitur recte niſi qui chꝛiſto moꝛibus ꝑui valet coequatur.

Quare deficiet fides in fine mūdi.

Quomodo itelligit̄ ſtelle cadēt de celo.

Auguſtinus.

Secundum ſignum

Jnfallibile conſumationis huius ſeculi eſt refrigeratio dilectionis ⁊ caritatis.

De ſcdō ſigno ꝯſumatiōis mūdi.

Hoc ſignum iam dudum declaratū eſt per os veritatis. Math. xxiiij. c°. vbi dicitur ſic. Quoniam habundauit iniquitas refrigeſcet caritas multoꝝ. ¶ Super quo textu

Jeronimus.

Jeronimus in explanatiõe ſuper Matheum ad Euſebium. libro. iiij. dicit ſic. Non omnium negauit fidem ſed multoꝝ. Multi autem vocati pauci vero electi. In apoſtolis ⁊ ſimilibus coꝝ permanſura eſt caritas. De qua ſcriptum eſt. Aque multe non potuerunt extinguere caritatē. Et ipſe Paulus. Quis nos ſeparabit a caritate chriſti? Tribulatio: An anguſtia: An fames: ⁊ reliqua. hec Jeronimus. Nam q̃to magis dies vltimi iudicij appropinquabit. tanto in hominibus regnabunt peccata otioſitatis: pigritie: tepiditatis ⁊ frigiditatis. Erūt quippe homines ſine igne dilectionis ⁊ caritatis tam dei q̃ ꝓximi. omnium peccatoꝝ generibus cõtaminati. Hinc Paulus inſtruens Timotheū diſcipulū ſuum prenunciat pericula futura nouiſſimoꝝ temporū in. ij. epiſtola ad eundem. iij. c°. ſic dicens. Hoc autem ſcito ꝗ in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: Et erunt homines ſeipſos amantes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſſemij: parentibus non obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pace: criminatores: incõtinentes: imites ſine benignitate: ꝓditores: ꝓterui: tumidi: ⁊ voluptatum amatores magis q̃ dei: habentes ſpeciem quidem pietatis. virtutem autē eius abnegantes. hec Paulus.

Quare in fine mundi refrigeſcet caritas.

¶ Ratio autem quare circa finem mundi refrigeſcet feruor dilectionis ⁊ caritatis aſſignatur in ſpeculo Morali. libro. ij. parte. ij. diſtinctione. ij. vbi dr̃ ſic.

Speculū morale Vincentij.

Sicut eni ſeneſcente microcoſmo ideſt hoīe q a philoſopho dr̃ minor mūdus. ſolet calor nālis diminui: ⁊ appropinquāte morte magis ac magis minuit. donec i morte prorſus deficiat. ſic etiā maiori mūdo ſeneſcēte ⁊ ad ſui terminū ꝓpinquāte. caritas que eſt calor vite ſpūalis refrigeſcet ⁊ pene deficiet. Ait enim Ariſtotiles. ꝙ ſenium eſt frigidum ſiccum ⁊ morbidum. Sic mundus morti. ideſt exterminio iam propinquus frigidus eſt per defectum caritatis. ⁊ ſiccus per defectū deuotionis. In his enim duobus conſeruatio vite ſpiritualis exiſtit. Cum igitur iam videamus caritatis feruorem pene totum extingui. ac deuotionis humidum exiccari. quid aliud cogitare debemus. niſi ꝙ prope eſt interitus huius mundi?

Nota quomõ ſeneſcunt in eccleſia virtutes.

Quod enim antiquatur ⁊ ſeneſcit. prope interitum eſt. vt dicitur ad Hebr. viij. caplo. Siquis igitur attente conſideret in quolibet ſtatu tam ſecularium q̃ regularium. tam clericorum q̃ laicorum. tam ſubditorum q̃ etiam prelatorum. q̃ indeuote deo ſeruitur. q̃ tepide adoratur. q̃ irreuerenter oratur. q̃ arido corde laudatur. imo potius contemnitur. dehonoratur turpiter. ac deteſtabiliter blaſſematur. manifeſte videbit caritatem ad deum non ſolum frigeſcere ſed iam ita notabiliter friguiſſe vt pene videatur extincta. De caritate vero ad proximum. quomodo iam plene defecerit. clamant nudi. clamant famelici. clamant media morientes. Relegata eſt miſericordia a filijs hominum. clauſa eſt ianua pietatis. ꝯtracta ē largitas. niſi que vanitati. aut cupiditati deſeruit. Aruit fons compaſſionis ⁊ viſcera ſua clauſit. Et ſic non reſtat aliud niſi ꝙ cito fiat iudicium: ſine miſericordia illis. qui ob caritatis defectum miſericordiam non fecerunt.

De tertio ſigno conſumationis mundi.

Tertium ſignum Conſumationis mundi. ſiue vltimi aduentus chriſti ad iudicium eſt euangelium in orbe vniuerſo predicari. Iſtud ſignum per os veritatis declaratum eſt. Mathei. xxiiij. capitulo. vbi dicitur ſic. Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe. in teſtimonū omnibus gentibus. ⁊ tunc veniet ꝯſumatio. hec ibi.

Jeronimus.

Super quo textu Jero. in explanatione ſuper Matheum. ad Euſebium. lib. iiij. dicit ſic. Signum dominici aduentus eſt euangelium in toto orbe predicari. vt nullus ſit excuſabilis. quod aut iam completuꝫ aut in breui cernimus eſſe cõplēdum. Nõ enim puto aliquam remãſiſſe gētem. que xpi nomē ignoret. Et q̃q̃ non habuerit ꝑdicatorem. tamē ex vicinis na

tionibus opinionẽ fidei non põt ignorare.hec Jeronimus. ¶ Sed queſtio animũ pulſat. vtrũ euãgelium xp̄i fuerit diuulgatũ per vniuerſum orbẽ. Et videt̃ q̄ nõ. Quia ſi euãgelium xp̄i eſſet p̄dicatum per totũ orbem iã aduenisſet cõſumatio mũdi iuxta allegata hic ſupra p̄ Matheum ⁊ Jeronimũ. Sed nũdum aduenit ꝯſumatio huius mũdi. imo aliqua ſigna huius cõſumatiõis futura. puta. aduẽtus Antixp̄i. Helie ⁊ Enoch adhuc nõ apparuerũt. Ergo euãgelium xp̄i nõ eſt diuulgatum per orbẽ vniuerſum. — Queſtio pulcra ⁊ neceſſaria.

¶ Pro reſpõſione huius q̄õnis. tria dubia declarãda ſunt. — Mouẽtur tria dubia.

¶ Primum vtrũ fama vel noticia euãgelij xp̄i: peruenerit ad omnes regiones. prouincias. nationes. vel regna totius mũdi.

¶ Secũdum vtrũ euãgelium xp̄i per orbẽ vniuerſum cũ pleno effectu ſit diuulgãtũ.

¶ Tertiũ vtrum ad ſingulos homines noticia euãgelij xp̄i peruenerit.

Quantum ad primum.

Puto. veraciter q̄ p̄ apoſtolos ⁊ eorũ diſcipulos fama legis euãgelice peruenerit ad omnes gẽtes: regna: prouincias: ⁊ nationes vniuerſi orbis. vt dicunt Jeronimus Criſoſtomus ⁊ Thomas. Jn hoc enim cõuenire videtur ꝓphetarũ vaticinia. Euãgeliſtarũ oracula. ⁊ apoſtolorũ teſtimonia. Unde Yſayas. xxiiij. caplo. ait. A finibus terre laudes audiuimus gloriam iuſti. ¶ Jterũ Yſayas raptus in ſpiritu vidit deum patrẽ alloquẽtem ſuum vnigenitũ ⁊ ſic dicẽtem. vt patet. Yſaye. xlix. caplo. Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Jacob ⁊ feces iſrael cõuertendas. dedi te in lucem gentiũ vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terre. hec ibi. ¶ Et Math. xxviij. cap. Data eſt mihi oĩs poteſtas in celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes baptizãtes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſancti. Et Marci vltio. c°. habet̃ ſic. Euntes in mũdum vniuerſũ p̄dicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit. Et Jo. xv. cap. Si nõ veniſſem ⁊ locutus eis nõ fuiſſẽ peccatũ nõ haberẽt. Nunc aũt excuſationẽ non habẽt de peccato ſuo. Paulus quoq; ad Ro. x. c. dicit: Peccatũ iudeorũ non eſſe excuſabile ex toto. quia eorũ ignorãtia non fuit inuincibilis ſed quodãmodo affectata. Adducit autẽ in teſtimoniũ verba Dauid ꝓphete ita inquiẽs. Fides ex auditu: Auditus autẽ per verbum xp̄i. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidẽ in omnẽ terram exiuit ſonus eorũ. ⁊ in fines orbis terre verba eorũ. hec Paulus. ¶ Nota q̄ iſta verba Dauid ſm̄ Auguſtinum nũdum erãt completa quãdo apoſtolus talia loquebat̃. ſed p̄uidebat ea eſſe complẽda. Et ideo vtitur preterito ꝓ futuro. vt dicit Sanctus Thomas in comẽto aureo ſup epiſtola ad Ro. c. x. lectione tertia. — Jero. Criſoſtomus Thomas cõueniunt. — Yſayas. — Matheus. — Marcus. — Paulus. — Nota Auguſtinum.

Quantum ad ſecundum.

Si queratur an fama xp̄i vel noticia legis gratie per totum orbẽ ſit diuulgata cum pleno effectu: Jta vt in qualibet gente ſit fundata eccleſia: Ad hoc dico ſecũdum Auguſtinum in epiſtola ad Eſichium Salonitane vrbis epiſcopũ. Cuius epiſtole titulus eſt de fine ſeculi. Ubi dicit q̄ nundum p̄dicatum eſt euangeliũ in vniuerſo orbe. Unde Auguſtinus teſte beato Thoma vbi ſupra. dicit. Tempore ſuo fuiſſe adhuc quaſdam gentes in Affrice partibus quibus non erat fides chriſti predicata. Sicut etiam temporibus noſtris accidit de inſulis pluribus. magnis ⁊ admirandis que tempore Sereniſſimi ac religioſiſſimi Ferdinandi regis Yſpanie qui nunc regnat fuerunt inuente: Jn quibus ſunt gentes multe ⁊ regiones mirabiles: Quarum memoria non extat. q̄ antea lex euangelica fuerit eis aliquando annunciata. Sic agente deo qui occulte ſerpit in mirabilibus ſuis. Et qui omnes homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire vt dicitur. j. ad Timotheum. ſcđo c°. Puto ⁊ nullatenus dubito. iam iã aduenisſe illa tẽpora que per occulta iudicia mi- — Reſponſio Auguſtini. — Gens noua trahit̃ ad cognitionẽ veritatis euãgelice.

ſerētis dei ſic diſponūtur ad diuulgationē legis euāgelice per orbē vniuerſum. vt nul

Euāgelium diuulgatur i toto orbe.

la gens tā in humana ſit. nulla regio tā remota. cui noticia xp̄iane legis cum plenario effectu nō debeat publicari. Vere ꝓdigia ꝛ admirāda multa diebus noſtris adimpleta ſunt. ꝛ ꝯtinue archana celeſtia reſerātur. que apud leues animas trāſeunt incognita. ꝛ rectius dixerim. nō cogitata ꝑtereunt. de qbus ſcriptū eſt. Nolite fieri ſicut equꝰ ꝛ mulus in qbus nō eſt intellectus.

O quantum ab humanis ſenſibus per noſtrā imperitiā diuina diſcrepant mirabilia. que in illo occulto eternoq; conſilio certa lance diſcernunt̄. Ecce hac etate noſtra per Athletā eccleſie dei vtiq; nobiliſſimū ac meritiſſimū Ferdinādum Regē Yſpaniaꝝ q̄ꝫ plura archanorum celeſtiū complētur ſa-

Sub Ferdinādo rege yſpanie mira cōplent̄.

cramēta. ſic domino dirigēte vt noticia legis euangelice ad cūctos perueniat. Sed nemo eſt q recogitet corde: Nemo interiora diſcutit: Nemo intelligere dignat̄ que deus reuelat nobis: Nemo eſt qui pedes a laqueis eterne mortis retrahat: Nec quiſq; vetere tenebras abigit vt noue lucis ſplēdore reformetur. Et deniq; nemo ē qui tepidos ac frigidos ſenſus ad ſublimia erigat. ſed pene vniuerſi veluti prona ac terrena animalia que extēſo corpore puluerē vertunt quaſi cecucientes ad inferiora deprimunt. Vide quomodo ſingula iterato ordine diſponunt̄ vt fides euangelica innoteſcat vniuerſis. Sed ne videar ſolūmodo verba voluere aut celeritate dicēdi ſtrophas cōponere.

¶ Cogita qualiter iudaizātes ꝛ hi qui ritus Moſaicos ſupſtitioſe colunt: debita ca-

Iudaizātes caſtigātur.

ſtigatione per omne regnū Yſpanie ad viam veritatis vocati ſunt. ¶ Deinde quia iudaica perfidia. peruerſa volūtate. libera cōtumacia. atq; perfecto odio xp̄ianā religionē inſequit̄: cuius cōuerſatio multiplici rōne periculoſa eſt fidelibus. ideo publico

Iudei expellūt̄.

edicto ab omni patria eiuſdē regis expulſi ſunt: Quia ꝑfecto reſecāde ſunt putride carnes. ꝛ ſcabioſe oues ab ouili repellēde ſunt. ne tota domus ardeat: putreſcat: intereat vt inquit Ieronimus. ¶ Cōſequenter cogita quomodo totū regnū Granate: in quo

Regnū granate recuperat̄.

ſunt ciuitates q̄ꝫ plurime ac regiones magne. auxiliāte deo: virtute regis Ferdinādi. xp̄iane religioni agregatū eſt. ꝛ vbi prius reſonabat lex machometica. nūc extollit̄. laudatur. ac p̄dicatur lex euāgelica. ¶ Etiā cum nulle maiores diuitie. nulli theſauri. nul

Nouū genꝰ hominū inuenit̄.

li honores. nulla huius mūdi maior ſubſtātia q̄ꝫ fides catholica que peccatores ſaluat. ideo clemētia miſerētis dei regnāte Catolico rege ſinum miſericordie ſue aperuit vt feraces homines ac gētes plurimas in diuerſis inſulis habitātes ad veritatē legis euangelice euocaret. ¶ Et quia idē rex More nobiliſſimi principis. oīa refundit in xp̄m quí oīa cōtulit. Idcirco in dies maiora adhuc recipere meretur. Nā triumphātes victorias ac miraculoſa ꝓlia preter ſpē humane opinionis. feliciter xp̄o largiente obtinuit. Ex quo tota xp̄iana religio facta mirabiliora ꝓ dilatatione veritatis euangelice

Magna laꝰ regis Ferdinādi.

per eūdē obtinere ſperat. Dignū quippe eſt vt a Catholico rege: catholica eccleſia ꝑ orbem vniuerſū cum plenario effectu dilatet̄. Itaq; audeo dicere. quoniā a tempore quo ille angelus Sathane ac ſcelerū princeps Machometus legē ſuam quaſi ſentinā omniū hereſum publicauit. Sancta mater eccleſia a nullo xp̄iane religionis Principe tantā ſuſcepit leticiā: quantā a Sereniſſimo Ferdinādo regū omniū Nobiliſſimo

Rex catholicus Anthonomatice dicitur rex Hyſpanie.

ac famoſiſſimo: Idcirco merito a ſede apoſtolica rex Catholicus anthonomatice vocatus eſt. eo ꝙ catholicā fidem omni virtute qua potuit non ſolū dilatauit ſed q̄ꝫ plurimū magnificit. Unde cum dicit̄ rex catholicus vice ꝓprij nominis ſignificat̄ perſona Sereniſſimi regis Yſpaniaꝝ.

Criſoſtomus.

¶ Ad propoſitū ergo redeundo. Patet ex dictis ꝙ noticia chriſti ſecundū Auguſtinum nūdum per totū orbē cum pleno effectu diuulgata eſt. Criſoſtomꝰ autē ſuper Math. ꝯtrarium ſentire videtur. Nā dicit. ꝙ iſtud quod hic dicitur fuit completum

tempore apoſtoloꝝ. Ideo exponit ſic illud. Math. xxiiij. c. Et p̄dicabit̃ hoc euāgeliū regni in vniuerſo orbe ⁊ tunc veniet cōſumatio idest deſtructio Jeruſalē. ¶ Sed beatus Tho. in comēto aureo vbi ſupra vtrāq₃ opinionē Auguſtini ⁊ Criſoſtomi cōcordat dicēs. ꝙ vtrūq₃ eſt aliqualiter veꝝ. Nam tēpore apoſtoloꝝ ad omnes gētes etiam vſq₃ ad fines mūdi ꝑuenit fama aliqua de p̄dicatione apoſtoloꝝ per ipſos apoſtolos vel diſcipulos eoꝝ. Matheus enī p̄dicauit in Ethiopia: Thomas in India: Petr⁹ ⁊ Paulus in occidēte. Et hoc eſt ꝙ Criſoſtom⁹ dicere intēdit. Nō tamē ſic fuit impletū tēpore apoſtoloꝝ ꝙ in oībus gētibus eccleſia edificaret̃ q̄d tamē eſt implēdū ante finē mūdi vt Augu. dicit ad Eſichiū. Magis tamē p̄ſenti intētioni apoſtoli ɔgruit expoſitio Criſoſtomi q̄₃ Auguſtini. hec Tho. ¶ Etiā in ſcḋa ſcḋe. q. cvj. ar⁰. iiij. in reſpōſione ad quartū. vbi querit̃ vtrū lex noua ſit duratura vſq₃ ad finē mūdi. dicit ſic. Predicatio euangelij xp̄i. pōt intelligi dupliciter. Uno mō quātum ad diuulgationē noticie xp̄i. ⁊ ſic p̄dicatū fuit euāgeliū in vniuerſo orbe etiā tēpore apoſtoloꝝ vt Criſoſtomus dicit. Et ſecundū hoc verba Math. xxiiij. c. vbi dicit̃. Predicabit̃ hoc euāgelium regni in vniuerſo orbe ⁊ tūc veniet cōſumatio: Intelligit̃ hoc de deſtructione Jeruſalē₃ de qua tunc ad litterā loquebat̃. Alio modo pōt intelligi p̄dicatio euāgelij in vniuerſo orbe cū pleno effectu: Ita ſcilicet. ꝙ in qualibet gēte fundet̃ eccleſia. ⁊ ſic dicit Augu. in epiſtola ad Eſichiū ꝙ nūdum eſt p̄dicatū euangeliū in vniuerſo orbe. ſed hoc facto veniet cōſumatio mūdi. hec Tho. Et ſic p₃ ſecūdum queſitū.

Thomas ɔcordat opionē Auguſtini ⁊ Criſo.

Sanctus Tho.

Predicatō euāgelij xp̄i intelligit̃ dupliciter.

Quantum ad tertium Si querat̃. An ad ſingulos hoīes noticia xp̄i ꝑuenerit. Pro reſpōſione: Nota ꝙ licet nomē xp̄i ad oēs gētes ⁊ ad omnes mūdi nationes ꝑuenerit per hoc nō habetur ꝙ fama p̄dicationis apoſtolice. aut noticia xp̄i ꝑuenerit ad ſingulos hoīes. Et idcirco puto in rei veritate ꝙ plures ſint hoīes in hoc mūdo qui nullā noticiā habent de xp̄o nec verbo nec ſcripto. Cogita p̄cor Barbaras nationes: Saracenoꝝ: Turchoꝝ: ac Mauroꝝ ꝑfidiam. Cogita diuerſitates populoꝝ qui falſos ritus ac deos colunt. Cogita inſulas. ſiluas. ⁊ loca deſerta in q̄bus hoīes quaſi ferales inhabitāt. ¶ Quid ergo dicemus ad hec? Nūquid iſti: qui nullā penitus noticiā habēt de xp̄o excuſant̃ a peccato infidelitatis? Si enim tales in xp̄o nō credūt. quid p̄cor mali merentur? Cuius eſt culpa ſi leges xp̄i ignorāt? Aut ſi damnādi ſunt. vbi queſo eſt iuſticia que illos condemnat? ¶ Pro reſpōſione huius difficultatis cōſiderandū eſt ꝙ clemētia miſerētis dei poſuit in homine quoddā lumē legis naturalis illuſtrās animā in cunctis agēdis. De quo lumine Dauid in pſal. iiij. ait. Multi dicūt quis oſtēdit nobis bona. Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui domine. Quod quide₃ lumē dicitur ratio naturalis anime. in qua eſt imago dei vt dicit Thomas in comēto aureo ſuper epiſtola ad Roma. cap. ij. lectōe. iij. Et ideo vultus dei dicit̃ ratio. quia ſicut in vultu homo aſſimilat̃ homini. ⁊ per vultū homo cognoſcit hominē: Ita per rōnem ⁊ intellectu₃ ſimiles ſumus deo ⁊ ipſu₃ intelligimus. Hinc Paulus ad Ephe. iiij. c. Nolite ɔtriſtare ſpiritu₃ ſanctū in quo ſignati eſtis. ſ. lumine gratie. ¶ Et ſcias ꝙ iſtud lumē a ſanctis doctorib⁹ nominatur diuerſimode. Na₃ aliquādo dicitur lex naturalis. quādoq₃ liberum arbitrium. vel libera volūtas. ſiue ſuprema pars rationis. ſiue ſcintilla rationis. vel dicitur ſinderecis. ſiue ratio naturalis. ſiue imago vel ſimilitudo dei. vel dicitur ſcientia boni ⁊ mali. vel ſplendor anime rationalis. Qui ſplendor ſiue lex naturalis dirigit homine₃ ⁊ dictat vnicuiq₃ quid agēdum ⁊ quid vetādum ſit. Hinc Paulus ad Roma. ſcḋo. c. ait. Cu₃ enim gētes que legem nō habent naturaliter ea que legis ſunt faciūt. eiuſmodi legem non habentes. ipſi ſibi ſunt lex. qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. teſtimonium reddente illis conſcientia ipſoru₃. hec ibi. Criſoſtomus autem

Reſpōſio ad dubium.

Queſtio.

Rñſio qōnis.

Lumen legis naturalis.

Sanctus Tho.

Paulus.

iſtud lumen legis nature.noiat ſpūm ſciētie boni ⁊ mali. Vñ ſup Math. vbi ptractat
illud. Math.xxj.c. Malos male perdet. Ita inquit. Omnis homo ⁊ malū cognoſcit
⁊ bonū ⁊ intelligit quod iuſtū eſt ⁊ iniuſtū eſt. Poſuit enim deus quēdam ſpiritū ſciē-

Lex nālis dictat agēda ⁊ vetanda.

tie boni ⁊ mali in hominibus.⁊ quotieſcūq peccamus.ille in ſilentio quaſi noſtruz fa-
ctum accuſat ⁊ in ꝯſciētia tacite ad animā loquit.dicēs.hoc malū eſt.⁊ hoc bonum eſt.
Propterea ſi fecerit homo malū.⁊ dep͛hēſus fuerit i eo.verbis quidē denegat ⁊ ex-
cuſat.ab intus aūt ꝯſciētia eius recognoſcit ⁊ ſibi ipſa diſcuſſa per ſpiritū qd̓ fecit. Vn
de ſcriptū eſt.in cogitatōibus impij iterrogatio erit.hec Criſo. ¶ Et idcirco p vera cō
cluſione ſcire ꝯuenit q oipotens deus qui creauit hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinez
ſuā.dat vnicuiq homini tantū de lumine gratie ſue:ſiue de illuſtratōe intellect᷒:quā-
tum ſufficit ad ſalutē anime. Illi ergo qui ſequūtur inſtinctū illius luminis.ſaluātur. Et

Obiectio.

ſic etiā dicēdum eſt de illis ad quos noticia xpi nō puenit. ¶ Si vero obiciat. Ergo ta
les ſaluant ſine fide mediatoris xpi. Ad hoc reſpōdet Sanctus Tho.in ſcd̓a ſcd̓e.q.ij.

Rñſio ſci Tho.

ar.vij.ſic dicēs. Multis gentilū facta fuit reuelatio de xpo vt patet p ea que pdixerūt
Job.dixit.xix.c. Scio q redemptor meus viuit ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrectur᷒
ſum ⁊ in carne mea videbo deū ſaluatorē meum. Sibilla etiā pnunciauit quedā d̓ xpo
vt Auguſtinus dicit. Inuenit etiā in hiſtorijs romanoꝝ. q tēpore Conſtātini Auguſti
⁊ Hirene matris eius inuētum fuit quodā ſepulcrū in quo iacebat hō aureā laminam
habēs in pectore in qua ſcriptū erat. Chriſtus naſcet ex virgine ⁊ credo i eū. O ſol ſub
hyrene ⁊ Cōſtantini tēporibus iterū me videbis. Si qui tamen ſaluati fuerūt qbus re-
uelatio nō fuit facta.nō fuerūt ſaluati abſq fide mediatoris.quia ⁊ ſi nō habuerūt fidē
explicitaz habuerūt tamē fidē implicitā in diuina puidentia.credētes deū eſſe libera-
torē hominū ſecundū modos ſibi placitos.hec Tho. ¶ Amplius Sāctus Tho.in co

Sanctus Tho.

mēto aureo ſup epiſtola ad Ro.c.xj.lectione.iij.mouet pciſe iſtud dubiū.⁊ deinde re-
ſpōdet.ſic dicēs. Nunqd ergo illi ad quos noticia xpi non puenit.vt pote qui fuerunt
nutriti in ſiluis aut in inſulis excuſationē habent de peccato infidelitatis? Ad hoc dicē-
duz eſt ſecundū ſentētiaz domini Jeſu.que habet. Jo.xv.c. Illi qui loquētē dominuz

Quō excuſant infideles a peccō īfidelitatis.

per ſe vel p eius diſcipulos nō audierūt.excuſationē habēt de peccato infidelitatis.nō
tamē beneficiū dei ꝯſequent.vt.ſ.iuſtificent ab alijs peccatis.vel q naſcēdo ꝯtraxerūt.
vl̓ male viuēdo addiderūt.⁊ p his merito dānāt. Si q tū eoꝝ feciſſent qd̓ i ſe ē.dñs eis
ſm ſuā miſicordiā puidiſſet mittēdo eis pdicatorē fidei.ſicut Petrū Cornelio. Act.x.
c.⁊ Paulū macedonib᷒.vt hēt act.xvj. Sed tū hoc ipſuz qd̓ aliq faciūt qd̓ in ſe eſt:cō
uertēdo ſe.ſ.ad deū ex deo eſt.mouēte corda ipſoꝝ ad bonū Tren.v.c°. Conuertet nos
domine ad te ⁊ ꝯuertemur.hec Tho. ¶ Iterū ad maiorē euidētiam ſolutionis huius

Sanctus Tho.

dubij. Nota verba ſancti Thome in ſa ſe.q.x.ar°.iiij.vbi dicit.q infidelitas duplici-
ter pōt accipi. Vno modo ſecundū purā negationē vel vt hz ignorātiam adiunctā vt

Infidelitas dupliciter ſumit.

dicat infidelis ex hoc ſolo q nō hz fidē. Alio modo pōt intelligi īfidelitas ſecundū cō-
trarietatez ad fidē qu.ſ.aliqs cōtemnit vel repugnat fidē. Et ex hac parte infidelitas hz
rōnem peccati grauiſſimi. Ex parte aūt ignorātie habet aliquaz rōnem excuſationis ⁊
maxīe quādo aliquis ex malitia nō peccat ſicut fuit i apoſtolo Paulo. Et ſi accipiatur

Infidelitas pura nō hz rōnem peccati.

infidelitas ſecūdum negationē puram.ſicut in illis qui nihil audierūt de fide.non ha-
bet rōnem peccati.ſed magis pene: Quia talis ignorātia diuinoruz.ex peccato primi
parentis eſt cōſecuta. Qui autem ſic ſunt infideles.damnātur qdem propter alia pec-
cata que ſine fide remitti non poſſunt.nō autem damnātur propter infidelitatis pec-
catuz. Vnde dominus dicit. Joā.xv.cap. Si non veniſſez ⁊ locutus eis nō fuiſſem pec
catū non haberēt. Quod exponēs Augu.dicit q loquit de illo peccato quo nō credide
runt in xpum.hec Thomas. Et ſic patet ſolutio dubij.⁊ per ꝯñs hec de tribus ſignis

ꝯſumationis huius ſeculi dicta ſufficiāt. ¶ Ex oībus igiṫ ſupradictis elicitˀ ꝙ ſancta
m̄ater eccleſia ſemꝑ a principio in pſecutionibꝰ laborauit. ⁊ ꝯtunuc aduerſis vſqȝ in finē Eccleſia a prin-
ꝓbabiṫ. qꝛ dignū eſt vt ſicut xp̄s vnicus ſpōſus eccleſie ab vtero matris vſqȝ ad ſuppli cipio vſqȝ i finē
ciū crucis. dura. aſpera. ac difficilia paſſus eſt. ſic ꝯuenit. vt ſpōſa ſpōſum imitetˀ. Et iō ꝓbaṫ aduerſis.
inter oīa mirabilia illud vṙ mihi omniū mirabilius vt eccleſia ſemꝑ in pſecutionibꝰ flo
reat. creſcat. vincat. ꝓficiat. donec impleatˀ illud dauiticū. Et dominabiṫ a mari vſqȝ ad
mare. ⁊ a flumine vſqȝ ad terminos orbis terraꝝ. Hinc beatiſſimꝰ Grego. in. ix. li. mo- Gregorius.
raliū. c. vij. vbi tractat illud Job. Qui facit arcturū. Ita inqt. Pēſandū quoqȝ ē ꝙ ar
cturꝰ ſemꝑ verſaṫ ⁊ nūqȝ mergiṫ qꝛ ⁊ ſancta eccleſia pſecutiōes iniquoꝝ ſine ceſſatione
tollerat. ſed tñ vſqȝ ad mūdi terminū. ſine defectu ꝑdurat. Sepe nāqȝ eā reprobi. qꝛ vſ
qȝ ad internitionē pſecuti ſunt. quaſi hāc ſe funditus extinxiſſe crediderūt. ſed eo mul
tiplicīꝰ ad ſtatū ſui ꝓfectus rediit. quo inter manus pſequētiū moriēdo laborauit. Ar-
cturus ergo dū verſaṫ erigiṫ: qꝛ tūc ſancta eccleſia valētiꝰ in veritate reficiṫ cū ardētiꝰ ꝓ
veritate fatigaṫ. hec Gre. Uere res mirabilˀ vt vñ mūdꝰ minuiṫ eccleſia potiꝰ augeaṫ.

¶ Operis Concluſio.

EXPLICAUIMUS Iuxta humilitatis noſtre tenuiſſimum ſenſum. que
fragili ſtilo de perſecutionibus eccleſie chriſti occur-
rerunt. In qbus ſiqd imꝑite aut minus caute poſitū eſt. emēdari cupimus a te Ca
role nobiliſſime ac reuerēdiſſime q inter iudices vniuerſi orbis: Inter ſplēdētia eccle
luminaria. cathedrā tenes. Si eni hec ſcripta nr̄a iudicio collegij apoſtolici: aut corrigi
aut approbari merebūṫ. ꝓfecto vt vbis Iero. vtar. qui me culpare p̄ſūpſerit. nō certe Jeronimus.
catholicū. ſȝ maliuolū aut hereticū ſe ꝯprobabit. vt pote q ambitōe cecatꝰ. ꝓprie iheret
volūtati. ⁊ qſi effractor veritatis ſub iugo doctrine apoſtolici ordis: i quo fides xp̄i reſi
det. colla ſubmittē dedignaṫ. Inſuꝑ quātū ſufficio. dignitatē tuā dep̄cor. vt hic libellꝰ
tuo nomini dedicatꝰ. ea itegritate animi ſuſcipiaṫ a te. q̄ a me editꝰ ē. In quo ſi poſtqȝ ſe
rijs negotijs claritudo tua ſatiſfecerit: Legēdo: aut meditādo fuerit aſſidua. qdā feruor
vere caritatis iſurget. q ebullire faciet cogitatōes cordis tui i amorē xp̄i ⁊ eccleſie. i qua
re oīs honor: oīs gloria dignitatis tue atqȝ oīs ſalꝰ vtriuſqȝ hoīs depēdet. Et tādē dila
tabiṫ cor tuū ad fortiter trāſcēdū ꝑ āxietates ⁊ tedia labētis ſeculi. qđ qdē ꝯdecēter pel
lago ꝯparaṫ i quo rara ſūt ꝓſpera: dēſa ſunt turbulēta: nemo naſciṫ ridens: ⁊ nemo lu
men vite niſi cū lacrimis auſpicaṫ teſte Iero. Nā expedit oīo vt q electi ſūt in vitā eter Jero.
nā. aut exteriꝰ ꝑ aduerſitates huiꝰ mūdi. aut iterius ex ꝯuerſatōe ꝑuerſoꝝ affligāṫ. Sed
illa afflictio ſiue tribulatio iterior q̄ apprehēdiṫ ex ꝯſortio iniquoꝝ vā ē ac meritoria tri Nota.
bulatio. De q̄ Dauid i pſal. l. ait. Sacrificiū deo ſpūs ꝯtribulatꝰ. Ad latitudinē āt cor
dis acgrēdā q̄ nobis neceſſaria ē vt ꝑ amaritudines huiꝰ vite ſecuri trāſire valeamus: Dauid.
nullū tale remediū: qȝ pſecutionū eccleſie freqntata mēoria. Cogita p̄cor quō ab Abel
iuſto quē ipius Caym iterfecit: in quo ſȝ Aug. eccleſia dṙ incohaſſe ⁊ deinceps vſqȝ ad Auguſtinus.
vltimū electū. ſemꝑ eccleſia vnica ſpōſa xp̄i pſecutōibꝰ ⁊ aduerſis laborādo creuit. ſic.
vt teſte Criſo. nullꝰ vnqȝ fuerit ex his q maxie deo cari ſūt atqȝ acceptabiles fuerūt: q Criſoſtomus.
ſine p̄ſuris vixerit. Idcirco oēs q ad gloriā ꝑueniṙ deſiderāt opȝ trāſire ꝑ ignē ⁊ aquā
vt illud Dauiticū libera voce clamaṙ valeāt. Trāſiuimꝰ ꝑ ignē ⁊ aquā ⁊ reduxiſti nos Dauid.
in refrigeriū. Hinc Iero. ad amicū egrotū. ait. Sine ducatu eni atqȝ morſu īfelicitatis Jeronimus.
i triūphos imortalis glorie nō ꝑuenitur.

F I N I S

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

5-6-1